tēpaliſ cōſequēdi. Impfectū adhuc ex genere pōt pfectū fieri ex circūſtantia ſicut facere aliqđ opuſ ad debitum finem caritatiſ ordinatū ex radice intime caritatiſ ꝓcederi ſicut declinare mortē non ꝓpter timorem ſed propter maiuſ bonū & magiſ neceſſarium quemadmodum Pauluſ fecit quādo euitauit etiam fugienſ furorē iudeorum & a fratribuſ ꝑ murū ſubmiſſiſ fuit in ſporta. Hoc mō xp̄uſ benedictuſ omnia pfectiſſime fecit & omneſ actuſ illiuſ in qbuſ apparet aliqua imperfectio pfectiſſimi erāt ex circūſtantia caritatiſ ſue. Quo fit ut maioriſ perfectioniſ fuerit in ipſo cibuſ & potuſ q̄ in Iohanne baptiſta illorum abſtinentia. Maioriſ perfectioniſ in eo conuerſatio cū hominibuſ q̄ ſolitudo Iohāniſ in heremo qm̄ hec & ſimilia prouenīebant ex fonte ſue ardentiſſīe caritatiſ. Nam ſicut humanā aſſumendo naturam in noſtriſ quidem factuſ eſt hūiliſ ſed in proprijſ remanſit excelſuſ ſic ex ſūme caritatiſ dignatione ad actuſ quoſdam noſtre imbecillitati & īperfectioni conformeſ deprimit᷑ & a ſumme perfectioniſ rectitudine non curuatur & ideo talia opera in ipſo perfecta fuerunt. Neqꝫ acceptanda eſt ſententia falſa illorū qui dicūt Quod perfectio & imperfectio differūt ſicut duo contraria ut rectitudo & diſtorſio iuſtitia & peccatū gloria & ignominia uita & morſ. Sed bene uerū eſt ꝙ magiſ differunt ſicut magiſ bonum & minuſ bonum magiſ meritorium & minuſ meritoriū. Ideo nō illo modo ualet conſequētia Virginitaſ eſt commendabiliſ ergo matrimonium uituꝑabile. Virginitaſ ē bona ergo matrimoniū eſt malū. quia hec duo non differunt ſicut bonū & malū ſed ſicut bonū & meliuſ. Ideo Augu. in libro de bono coniugali ait. Bonum erat ꝙ Martha faciebat occupata circa miniſterium ſanctorum ſed meliuſ ꝙ Maria eiuſ ſoror. Bonum Suſanne in coniugali caſtitate laudamuſ ſed tamē ei bonum uidue anne ac multomagiſ Marie uirginiſ anteponimuſ. Bonum erat ꝙ faciebant qui de ſubſtātia ſua xp̄o & eiuſ diſcipuliſ miniſtrabāt ſed meliuſ ꝙ faciebant qui omnem ſubſtantiam dimiſerunt ut Xp̄m expeditiuſ ſequerentur. hec ille. Tertii actuſ in xp̄o reſpiciunt informationem uite perfecte ſicut uirginitatem & paupertatem extremam ſeruare: & ſimilia. In hiſ operibuſ non tenemur Xp̄m ſequi niſi uel inquantum uolumuſ ſicut ſi uoto noſ aſtringeremuſ ad obſeruantiam diuinorū conſiliorum uel in caſu quo extrema neceſſitaſ expoſtularet uelut ſi aliqſ mortē pateret͂ ut non negaret Xp̄m. Idcirco mali iudiceſ ſunt qui ex operibuſ

pfectionis i xp̄o aut sanctis eius cōsideratis eos lacerant i quibus talia opera non relucent. Si enim uident sacerdotem aut clericū uestes sibi cōuenietes ferentē protinus susurrantes illū redarguūt & dicunt. Non sic fecit Xp̄us. Si uident prelatum secundum sui gradus dignitatem honorata familia associatum protinus asserunt Non fecit sic Xp̄us nec Petrus. Si uident religiosum apposita sibi cibaria licet quandoq̧ delicata nec cōtra sue regule aut statutorū suorum probibitionem comedentem seu uestimenta sibi concessa habentem aut equitantē interueniēte legitima causa statim clamāt Non sic fecit Dominicus nō Benedictus nō denicq̧ ipse Frācisсus. Reputant ex his malos & damnandos prelatos clericos religiosos tempales dños ciues nobiles & artifices omnes qui non faciunt que xp̄us fecit & sācti O rudes itellectus O arida igenia O temerariū damnabileq̧ iudicium quod diui Ieronimi uerbis confunditur. Inqt eni ipe ad demetur. uer. scribens Probibent mala p̄cipiuntur bona concedunt media suadent perfecta. In duobus primis oīe peccatum concluditur reliqua uero in nostra posita sunt potestate ut aut utamur concessis ac licitis aut ob maius premium ea que nobis permissa sūt respuamus. hec ille. Dicendum igitur q̄ tenemur sequi xp̄m in generali nō in particulari. s. ut benefamus seruantes mandata dei. Quod ipse docuit quando adolescentulo eum interroganti & dicenti Magister bone quid boni faciam ut habeā uitam eternam. Respondit Si uis ad uitam ingredi serua mādata Ideo in quolibet statu uolentes seruare dei mandata poterunt obtinere uitā eternam. Hoc dico de regibus hoc de principibus hoc de militibus hoc d' mercatoribus hoc de religiosis hoc de secularibus hoc de uirginibus hoc de coniugatis hoc de omnibus denicq̧ mundi hominibus.

Quod sēp hō debet benefacere etiam si sit extra caritatē & de utilitatibus bonorū que fiūt i peccato mortale. Cap. iii.

Ertium considderandum circa regulam necessariam & qualitatem bonorum operū dicitur caritatiua informatio. Solēt enim quidam trepidare & in seipsis non confidentes quia faciles se cognoscunt ad ruendū in peccata ne benefaciendo laborē & tp̄us āmittant. Pro quibus in hac ultima parte disputandum est. Vtrū bona facta i mortali peccato sint alicuius ualoris. Et argui posset q̄ non. Primo ex uerbo Gre. in omel. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis si nō manserit in radice caritatis. Secūdo

quia Apost. ait. i. cor. xiii. Si linguis hominum loquar & ange/
lorum caritatem autem non habeā factus sum uelut es sonans aut
cimbalum tinniens. Et si habuero ꝓphetiā & nouerim misteria oīa
& omnem scientiam & si habuero omnē fidem ita ut montes trās/
feram caritatem autem non habuero nihil sum. Et si distribuero i
cibos pauperū omnes facultates meas. Et si tradidero corpus meū
ita ut ardeā caritatē autē non habuero nihil mihi prodest. Et ad
idem ē textus. i. q. i. c. Vide & i. c. Teneamus & ē tritū usitatūq
dictum. Opera in peccato mortali facta ad nihil esse proficua.
Sed in oppositum ē auctoritas Augus. in li. de libero arbitrio. d.
Nullum malum impunitum nullum bonum irremuneratum. Pro
huius dubii declaratione tria sūt uidenda. Primum q̄diu dicitur qs
extra caritatem esse i statu peccati. Secundum quid est bonum
in caritate factum esse meritorium uite eterne. Tertium an illi q
sunt in statu peccati adhortandi sit ut benefaciant. Primū uidēdū
q̄diu dicat quis esse in statu peccati & extra caritatē. Et in hoc
non pauci solent grauiter errare tenētes ꝙ post peccatū mortale
commissum usq ad confessionem sequētem semper homo peccator
sit extra caritatem. Sed ego dico ꝙ post peccatū mortale usq ad
contritionem sequentem homo est in statu peccati ita ꝙ si unus
nūc peccet & hic ad unā horā uel ad unam diem uel unū ad ānū
uel ad plures non conteratur q̄diu non conteritur semp ē extra
gratiam & caritatem & bona per eum facta i peccato fieri dicūt
Si quis uero post mortale commissum statim aut paulum post
esset contritus & a contritione usq ad confessionem sequentē uel
usq ad aliquod aliud peccatum mortale per eum nouiter ꝑpetratū
bona aliqua faceret illa essent facta in caritate. Qualiter autem
per contritionem anima iustificetur & quare confessio ultra illam
sit necessaria plenius dicetur in sequentibus. Secundum uidendum
est quid est bonum in caritate factū esse meritorium eterne uite.
Et dico ꝙ cum in beatudine sāctorum detur gradus quia non oēs
equaliter illā pcipiunt q̄nto plura quis in caritate operatur bona
tanto plures illius beatitudinis gradus meretur. Verbi gratia si aliqs
operatur decem bona in caritate possibile est ipsum in beatitudīe
sublimari ad equalitatem angelorum. Si idē superadderet alia decē
bona posset equari glorie archāgelorum. Et q̄ntomagis in bona
pficeret & bonis bona adderet tāto altius conscenderet ad altiorē
beatitudinis statum. De illo ergo qui in peccato mortali operatur

bonum dico q nihil meretur de condigno q̄ntum ad meritum uite eterne. Vnde posito q aliquis in statu peccati operatus esset tot bona q omnes sancti simul si ad p̄stinam rediens propter illa mori/atur in statu salutis nihilominus ex operibus illis nullum gradum beatitudinis obtinebit. Et licet ĩ statu peccati fecerit illa bona que fecerūt illi q meruerūt esse cū angelis aut illi q meruerūt eē cū ar/changelis aut illi qui meruerunt esse cum uirtutibus dominationibus p̄ncipatibus potestatibus thronis cherubin & seraphin tñ p̄pter illa talis non merebitur esse etiam in infimo angelorum loco & ordine Et hoc mō bonū ĩ peccato mortali factū dicitur nihil esse nihilq̄ p̄desse. s. quo ad meritum eterne uite. Tertium uidendum an illi qui sunt ĩ statu peccati mortalis monēdi sint & adhortādi ut bene operentur & bene faciant. Et dico q sic dūmō opentur bona aīo & intētione honorandi deū eiq̄ ac eius ecclesie obediendi q̄a talia bona sēper utilia sunt semperq̄ fructuosa nec patitur deus libera/lissimus inanem esse laborē quorūcūq̄ opantium bene animo ut patet in sermone p̄cedenti ca. ii. Ipse est q obstinatos & duros sua gratia gratis data monet ut uelint & operentur bonū. A deo ē a deo o peccatores nequissimi Si qñ uobis firmantibus mētem in aliquo uestro delicto de quo emendari nō uultis ueniat ĩ corde ut faciatis aliqd̄ bonū ut ieiunetis ut oretis ut uisitetis ecclesias ut elimosinas pauperibus erogetis & similia. Audite uocem dei & facite q īmittit in animo uestro. Non laborabitis etiam in peccato benefaciendo absq̄ mercede. Et ut id clarius uideatur oībus assignabo nouē uti/litates que p̄ueniūt ex bono facto in mortali peccato que ponūē ab Alex. de ales in. iii. uolumine sūme. Prima dicit̄ delectationis Secūda satisfactionis. Tertia diminutionis. Quarta augmenta/tionis. Quinta liberationis. Sexta dispositionis. Septima con/tinuationis. Octaua aleuiationis. Nona glorificationis. Prima utilitas que prouenit ex bono facto in peccato mortali dicitur de/lectationis. Valet namque tale bonum ad delectationem & iocū/ditatem mentis. Hinc Arist. ait in. iiii. ethicorum. Nullus est qui nō gaudeat bonis operatiōibus Et in. ii. rheto. Benefacere & be/ne pati delectabilissimum est secundum naturā. Et. viii. ethicor͡ꝝ Boni operatio studiosa delectabilis est secundum seipsam. Et tul/lius in lib. de senectute. Conscientia bene acte uite multorumq̄ benefactorum recordatio iocundissima est. Secunda utilitas pro/ueniens ex bono q fit in peccato mortali dicitur satisfactio. Per

illud quidem satisfit preceptis dei & ecclesie & in obediẽtie peccatũ uitatur. Nam si quis in peccato mortali existens tenetur officium diuinum dicere si illud omittit mortaliter peccat si uero illud persoluit satisfacit precepto. Sicut etiam si laicus obligatur diebus festiuis audire missam licet in peccato sit si illam ex contemptu omittat aliud peccatum mortale incurrit. Si uero audiat preptum implevit & sic de reliquis est dicendum. Tertia utilitas dicitur diminutio. Valet bonum in peccato mortali factum ad diminutionem temperalis pene. Merentur siquidem peccatores quandoq non solum puniri eternaliter sed temperaliter flagellari. Sed pp/ter bona que faciunt deus temperalis pene mitigat seueritatem. Quod putamus esse sodomitas usurarios & sacrilegos homicidas piuros blasphemos & sceleratissimos homines quos nisi seruarẽt bona que faciunt. exterminaret de terra potentissimus deus sed eos sufferet eos tolerat: eisq que mala in presenti uita mererentur suspendit. Ideo quantomagis quis uoluntatem suam sentit ad penitentiam minus dispositam tantomagis conari debet facere aliqd bonũ ut sic saltem uitare possit terribilia iudicia dei. Quarta utilitas dicitur augmentationis. Adauget siquidẽ deus his qui in peccato mortali aliqua sua precepta seruare contendunt temperalia bona quibus dat salubrem aerem fertiles agros armenta fecunda uberes fructus letam familiam amicorum copiam sanitatis letitiã honoris excellentiam & alia similia. Propterea dicit deus peccatoribus omnibus illud Isaie. i. Si uolueritis. s. adhuc in peccato existentes bene facere & audieritis me bona terre comedetis. Quinta utilitas dicitur liberationis. Liberat profecto bonum a peccatoribus operatum a potestate dyabolica. Quanto enim quis magis peccatis hildat tanto maiorẽ caritatẽ sumit dyabolus contra eũ & secundum multitudinem peccatorum ita iusto dei iudicio permittitẽ uexare & molestare malos: animam & corpus simul quandoq ledendo. Sed cum inter tot peccata itersertur aliquod opus bonũ pissimus deus restringit audatiam eius tãq magna ẽ operis boni uis etiam in peccatoribus ut non solum dyabulo resistere sed illum uincere ualeat & expugnare. Est de hoc exẽplum Greg. in dyal. li. de iudeo illo non batizato qui nocturno tempore existens sub quodam antiquo tecto & in heremosito idolis consecrato signo crucis tantum communitus demones omnes qui ibidem conuenerant terruit atq fugauit cui demones ipsi propter signum crucis

tãtũ nullum malestiam inferre potuerunt. Sexta utilitas dicitur dispositio. Valet adhuc bonum factum a peccatoribus ut magis dispositi sit ad suscipiendã gratiã dei uocãtis & eos illustrantis ad penitentiam. Vnde de eo qui non est paratus peccata dimittere. Greg. ait de pe. di. v. in. c. Falsas. Nec tamen desperet & interim quicquid boni poterit facere hortamur ut faciat ut oĩpotens deus cor illius illustret ad penitentiã. Hic Alex. in. iii. uoluisse sũme cõsulit his qui nõ sunt parati sua peccata relinquere ut semel in anno secundum ecclesie statutum sacerdotis se representent eiq dicant. Ora pro me ad deum pater quia tale peccatum habeo qđ dimittere non propono. Ex hec inquit ipse possibile esset ut qui credabat propositũ malum mutare ñ posse tantam adeo assequatẽ gratiã ut mutetẽ in alterum uir & de non contrito fiat contritus. Sic & Ric. in. iiii. di. xx. cum queric An ualeant existentibus in mortali indulgentie sacre & relaxationes quas facit ecclesia. Respondit ꝙ quamuis nõ possit fieri remissio pene manente culpa & ex consequenti existentes in mortali indulgentiã nõ consequantẽ tamen si faciunt illud quod continetur in forma indulgentie prudenter faciunt quia bona facta in mortali peccato peccatorem de congruo disponunt ad penitentiam & illa mediante ad susceptionem gratie & remissionis peccatorum per diuinam misericordiam hec Ric. Et quod ipse doctissime loquitur Marie egiptiace peccatricis exẽplum roborat & cõfirmat. Que ex Alexandria ubi xvii. annis libidini publice deseruierat discessit ut iret ierosolimã cum his qui ibant ad adorandum crucem xpi non eo proposito ut a turpitudine sua desisteret sed tantũ ut modicum illud bonum ipa cũ aliis operaretur. In itinere nauigando nautis suum corpus prostituit. Cum tandẽ ierosolimã aduẽisset terq tẽptans ĩgredi tẽplũ & tanq̃ meretrix repulsam passa a domino tacta se conuertit ad lacrimas peccata deflere cepit que iã cognoscebat illa abhorrebat illa detestabatur illa amplius non prosequi cõsumabat clamabat ad dominum. misere mei quia peccaui nimis. Clamabat ad uirginẽ matrem. succurre & tu mihi clementissima genitrix dei. Ecce iam tertio ingredi uolui ecclesiam ut adorarem crucem filii tui in qua pepẽdit ꝓ me peccatrice & ut uiliter mereor electa sũ. succurre mihi o fons pietatis o misericordie speculũ. Et audiuit uocẽ de celo dicentẽ sibi. Si transieris iordanẽ salua eris. Qua uoce cõfortata

iterum ad ecclesiam accessit ac eam libere intrauit absq; contra/
dictione : & cum lacrimis & compunctione cordis de osculata
cruce foras prodiit assuitq; illi persona quedam uenerabilis tot nū/
mos illi afferēs quot ad tres panes emēdos sufficere potuere. Quibus
emptis deserta trās iordanē petiit. Ibi. xvii. ānis orationi contem/
plationi & deuotioni insistens tres tantum illos panes consūpsit.
Multiplicabantur siquidem ex miraculo dei ita ꝙ toto illo tēpe
illam cibarunt. Ibi etiam. xvii. aliis annis superuixit sine cibo &
potu gratia dei & cibo celesti recreata. Ibi abatē Zosimā deserta
percurrentem spiritu prophetico nouit nomine proprio eum
uocauit benedictionem ab eo petiit & uitā suam illi reuelauit po/
stulauitq; ut sancto dominice resurrectionis die ad ripā iordanis
sanctissimum sacramentum domini ferret ibiq; illam expectaret.
Distabat locus ille a iordanis flumine per dietas. xxx. Recessit
Zosimas fecitq; que Maria humiliter petierat & ipa die pasce
stās ī ripa iordanis uidit eā uenietē & facto crucis signo sup aquā
siccis pedibus ambulantem. Et cum peruenisset ad eā reuerentis/
sime cōmunione suscepta per eandem uiam rediit ad locum unde
recesserat. Eadem enim die per angelos deportata fuit per omne
spatium illud quo distabat locus ad quē rediit a iordane. Sequenti
uero anno ad locū illū Zosimas peruenit uiditq; in terram Mariā
iacentem corpusq; eius exanime ad caput uero scripturam quādā
dicentem. Sepeli zosima marie corpusculum que die pasce ꝗ a te
sacrum uenerabile suscepit migrauit ad dominum intellexitq; ꝙ ñ
nisi angeli portauerant eam quando per. xxx. dietas una die iter
perfecit Et cum de sepultura eius solicitus Zosimas cogitaret nec
haberet modum effodiendi terram uidit leonem ferocissimum ad
se gradientem qui fortiter cepit fodere sepultureq; locum conue/
nientissime preparauit. In qua recondito corpore sancte leo uiā
suam tenuit & Zosimas ad suam cellam rediit in domino consu/
latus O admirabilis bonitas patris nostri dei que non respicit pec/
cata hominum cum redeunt ad penitentiam. Non negligit etiam
pectores ad penitētiā illustrare si & ipsi bonis opibus se adiuuare
uoluerint. Septima utilitas dicitur continuatio. Valet bonum in
peccato mortali factum ad continuandum & perseuerandum in
bona uita. Facilius enim pōt perseuerare in bono qui benefa/
cere consueuit ꝗ qui benefacere nūꝗ didicit sicut diffusius dixi in

tractatu de uirtutibus sermone. i. c. ii. Hinc sapiens eccl. xii. c. ait Nō ē ei bene q assiduus est in malo. Octaua utilitas dicitur alleuiatio. Posito enim ꝙ quis in peccato mortali faciens bonum ꝓpter suam impenitentiā esset damnatus uirtute illius boni penā fortius substineret leuiorq; ei fieret. Vnde Aug. i ench. ait Tale bonum facit ut tollerabilior fiat damnatio. Nona utilitas dicitur glorificatio Nam si peccator per penitentiam moriatur in statu salutis & per illam obtineat unū tantum gradum beatitudinis in eo gradu erit cum ampliori gaudio accidentali propter bonum quod in peccato mortali fecit ꝗ si illud omisisset. Animentur ergo omnes & iusti & pectores ad opera bona propter que pijssimus deus prouocatur & ipse etiā peccatores equanimiter ferre eisq; sua beneficia innumera impartiri largiens hic gratiam & in futuro gloriam in qua uiuit & regnat per infinita seculorum secula Amen.

Feria tertia post dominicam i septuagesima de his que mouere habent penitētes ad obediendum deo & qualiter omnes homines studere debent ad seruandum precepta altissimi.

Sermo. iii.

Vlti sunt uocati pauci uero electi. Iterum ubi supra. Data est ab omnipotenti deo suo digito conscripta lex mandatoꝝ ad que obseruanda omnes homines conuocauit. Sed paucissimi reperiuntur qui ut decet eā excelso & gloriosissimo domino obedire uelit nec recte excusare se possūt diuinorū preceptorū trāsgressores quos omnes uoces scripturaꝝ exciteāt & inuitāt ad obedientiā dei. Et quia ut premissū est in sermone precedenti merces eterne uite non datur nisi seruantibus dei mandata. Idcirco i hoc sermone de his que merito inducunt nos ad ferendum iugum oble diuine ero dicturus ut sic hi qui ad penitentiam redire disponunt magis animentur ad exequenda opera bona & esse ualeant de numero illorum paucorum qui electi erūt. Notabimus ergo tria esse illa que nos ad dei obedientiā precipue & principaliter debent animare. Primum legis excellentia. Secūdū dei reuerentia. Tertium obedientie efficatia.

De excellentia mosayce legis & quare non seruatur a nobis nisi quo ad precepta mortalia. Capitulum. i.

Rimū quod nos animare & inducere debet ad obedientiā dei dicitur legis excellentia. Nā datur quidem nobis & iniugitur

seruare legem excellentissimam continentem precepta uirtutũ ue dicit. Alex. de ales l. iii. uolũie sũme. Sed pro clariori ĩtelligentia huius partis tria erunt dubia declaranda. Primum utrum lex diuinorum preceptorũ sit a bono deo data. Secũdũ utrũ lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata. Tertium utrum in preceptis decalogi sit regula salutis sufficienter assignata. Primum dubium declarãdum utrum lex diuinorum preceptorũ sit a bono deo data quia lex illa est ea quam moyses dux populi hebreorum tulit & promulgauit. Et statim offerunt se heretici asserentes illam legem esse non a deo sed a principe tenebrarum. Et arguebant secundũ ꝙ Aug. dicit in li. contra aduersariũ legis & prophetarum dicẽtes Dei perfecta sunt opera. Sed lex moysi erat imperfecta. Hebr. vii. Nihil ad perfectũ adduxit lex. Ergo non erat opus dei. Sed sanctus Tho. i. ii. q. lxxxxviii. respondit. Quod lex illa pro illo tempore bona erat & optima licet imperfecta sit respectu tẽporis euangelii & legis gratie. Quod autem fuerit a bono deo probatũ tripliciter. Primo ex moysi sanctitate. Secũdo ex christi auctoritate. Tertio ex legis bonitate. Primo probatur ex moysi sanctitate. Ipse eqdẽ legislator sanctissimus & amicus dei fuit amator ueritatis & iustitie sanctior. Numma pompilio qui secundũ Isidorum vi ethi. mol. leges dedit romanis & Foroneo qui grecis & Mercurio thermegisto qui egiptiis & ipso Ligurgo qui leges tulit lacedemoniis de quibus olbus est. c Moyses di. vii. dracẽtoni De sanctitate uero moysi loqtur sapiens ecc. xlv. cum de eo dicit Dilectus deo & hominibus cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum & magnificauit eũ ĩ timore inimicorum & in uerbis suis mõstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regũ & iunxit illũ corã populo suo & oñdit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum & elegit eum ex oĩ carne. Audiuit. n. uocẽ ipsius & induxit illũ in nube. Et dedit illi cor ad precepta & lege uite & discipline. Et nũeri. xii. c. de eo dicitur. Erat moyses uir mitissimus super omnes homines qui morabanẽ in terra. Exo. xxxiiii. recitatur historia q̃liter Moyses ieiunãdo. xl. dies & xl. noctes legẽ accepit a domino. Et actuũ vii. Stepanus leuita accusantibus eum quasi male sensisset de lege & de moyse respendebat. d. Moyses fuit gratus deo & eruditus in omni sapientia egiptiorũ potens in uerbo & ĩ operibus suis. Et

ẜ. Hic ē Moyses de quo dixit deus filiis Israel. Prophetā uobis suscitabit de fratribus uestris tanq̄ meipsum audietis Et iterū accepistis legem in dispositione angelorum. Et gal. iii. apostolus inquit. Lex data est per āgelos i manu mediatoris. Secundo ꝓbat̄ q̄ lex moysi a bono deo fuerit data ex Xp̄i auctoritate. Nam mathei. v. dixit Nō ueni soluere legē sed adiplere. Si igit̄ fuisset lex a pricipe tenebrarū nō impleuisset eam Et Luc. ii. dicitur. Postq̄ impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi tulerunt illum in ierusolem ut sisterent eum domino sicut scriptū ē in lege domini. Et Luc. xvi. Habēt Moysē & prophetas audiant illos. Et Luc. ultimo. c. necesse est īpleri oīa que scripta sūt ī lege moysi & ꝓphetis & psalmis de me. Et apostoli scientes uolūtatē xp̄i de lege moysi eis predicata illam cōmendarunt. Vnde Paulus ad ro. vii. ait Lex quidem sancta & mandatū sanctū est. Et i. Thi. i. Scimus autem quia bona est lex siquis ea iuste utatur. Tertio probat̄ q̄ lex fuerit bona ex legis bonitate quia lex illa homines ordinabat ad bonū illud precipiendo & malū prohibēdo Non enim diabolus legem tulisset per quā hoīes fierēt boni & diabolus ipse esse confundendus. Secundum dubium declarandum erat Vtrum lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata Et uidetur q̄ non quia nos illius legis sumus manifestissimi uiolatores. Nam in lege illa multa dantur precepta que non obseruantur a nobis utputa preceptum de sanctificatione sabbati exo. xx. De celebratione senophegie pasce pentecostes & de esu agni pascalis da lapidatione filii inobedientis mulieris adultere & uiolantis sabbatum ac de aliis omnibus de quibus habetur in li. leuit. numerorū & exodi i pluribus capitulis. Si lex illa bona erat & xp̄us illā impleuit ea faciens que & iudei faciunt perseuerantur quomō possūt ea xp̄iani dimitere absq̄ peccato. Ad hāc difficultatē ego respōdeo secundū Alex. de ales i. iii. uolūie sūme & tho. i. ii. q. lxxxxviii. Quod in lege moysi tria erāt genera preceptorum Iudicialium Cerimonialiū Moraliū. Primo in lege illa erant precepta iudicialia qbus plectabāt delinquētes & puniebāt rei Sed seueritas taliū preceptorum finem habuit in aduentu Iesu xp̄i redemptoris per quē facta est pax īter deū & hoīes pectōres. Ex hoc īquit Hieronimus ad Damasū Papam de filio prodigo. Lex quippe iustitie tenax clemētiā ñ hēbat sed quicūq̄ adulter fraudator homicida

& ut breuiter dicam mortali crimine detinebatur nulla uenia pe/
nitentie laxabatur a crimine oculum pro oculo dentem pro dente
animam pro anima iubebatur exoluere Sed misit deus filium suũ
natum ex muliere factum sub lege q austeritatem legis euangelii
gratia temperauit. Vnde apostolus eccle scribens. Gratia inque
uobis & pax a deo patre & domino Iesu xpo gratia que non ex
merito retributa est sed ex donante concessa. Pax uero qua deo
reconciliati sumus habentes propiciatorem dominum nostrum iesũ
xpm & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. hec ille. Ideo di/
cendum q per xpm dominum liberati sumus ab onere iudicialium
preceptorũ & a timore penarum legis que non obligabat quantũ
ad hoc nisi usq quo xpus uenisset q adultere dixit. Iohannis. viii.
c. Nec ego te condemnabo. Vade & amplius noli peccare. Se/
cundo in lege erant precepta cerimonialia de quibus scribitur exo.
xviii. c. Esto populo in his que ad deũ sũt ostendasq ei cerimonias
& ritum colendi hec precepta continebant omnia ad dei cultum
pertinentia de quibus in tractatu de legibus deo dante tractabo
distincte. Ideo nũc sufficit declarare quare illa obseruare preter/
mittimus. Et dico quia id facimus rationabiliter & absq peccato
quoniam omnes cerimonie ueteris legis umbra erant & figura eorũ
que per xpm erant gerẽda. Ideo adueniẽte ueritate cessat figura
Vnde & apostolus ad hebr. x. dicebat. Vmbrã hñs lex futurorũ
bonorum non ipsam imaginem rerum. Vmbra siquidem minus est
q̃ imago tanq̃ imago pertineat ad nouã legem umbra ad ueterem
Et iterum col. ii. Nemo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte
diei festi aut neomenie aut sabbatorum que sunt umbra futurorũ
Et Aug. in. vii. li. de ci. dei. c. xxxii. de hac re sic pulchre loquitẽ
Omnes enim non solum prophetie que in uerbis sunt nec tantum
precepta uite que mores hominum pietateq conformant atq illis
litteris continentur uerum etiam sacra sacerdotia tabernaculũ siue
templum cerimonie & dies festi & omnia alia que ad eam religionẽ
pertinent que deo debetur & grece proprie latria dicitur ea signi/
ficarunt & pronuntiarunt que propter eternam uitam fidelium
impleta in xpo credimus impleri cernimus & implenda cõfidimus.
hec ille. Sed cõtra arguere possumus. Quia cerimonie ueteris legis
non cessauerunt in xpi aduentu Primo quia Baruch iiii. dicitur
Hic est liber mandatorũ dei & lex que est ineternũ Sed ad legẽ

pertinebant cerimonie. ergo durature erant ineternum. Secundo dicitur quia oblatio leprosi mundati ad legis cerimonias pertinet. Sed etiam in euangelio precipitur leproso mundato ut huiusmodi oblationes offerat ergo cerimonie legis ueteris non cessauerunt xpo ueniente. Tertio obicitur ex eo quod circumcisio erat instituta in signum fidei abrae obseruatio autem sabbati ad recolendum beneficium creationis & alie sollennitates legis ad recolendum alia dei beneficia. Sed fides habrae est semper imitanda etiam a nobis & beneficium creationis & alia dei beneficia semper sunt recolenda ergo ad minus circumcisio & sollennitates legis cessare non debuerunt. Responsio ad hec omnia secundum Tho. i. ii. q. c. iii. Ad primum Quod lex uetus dicitur esse ineternum secundum moralia quidem simpliciter & absolute secundum cerimonialia uero quantum ad ueritatem per ea figuratam. Ad secundum dicendum Quod misterium redemptionis humani generis completum fuit in passione xpi Unde tunc dominus dixit. Consumatum est Ioh. xix. Ideo tunc totaliter debuere cessare legalia iam ueritate eorum consumata in cuius signum in passione xpi uelum templi scissum est mathei. xxvii. Et ideo ante passionem xpo predicante & miracula faciente currebat lex & euangelium quia iam misterium xpi erat inchoatum sed nondum consumatum Et propter hoc mandauit dominus ante passionem suam leproso ut legales cerimonias obseruaret. Post passionem uero xpi usque ad tempus euangelii diuulgati legalia cum euangelio currebant non de necessitate sed ex quadam congruitate ne scandalizarentur iudei Ideo paulus circumcidit thimotheum qui ex matre iudea erat. Titum uero quia simpliciter erat gentilis circumcidere noluit ut in circumcisione thimothei ostenderet sacramenta legalia non debere dampnari & in hoc quod titum circumcidere noluit ostenderet ea non esse necessaria Post diuulgatum autem euangelium sunt omnia prohibita & mortifera. Concordat his Alex. i. iiii. uolumine summe & Ri. in. iiii. di. i. Ad tertium obiectum sic respondit Tho. Quod fides habrae fuit commendata in hoc quod credidit diuine promissioni de futuro semine in quo benedicerentur omnes gentes Et ideo quamdiu hoc erat futurum oportebat protestari fidem habrae in circumcisione. Sed postquam iam hoc est perfectum oportet alio signo declarari. s. baptismo qui in hoc circumcisioni succedit secundum illud Apos. Col. ii. c. Circumcisi estis circumcisione non manifesta. Sed in circumcisione xpi consepulti ei in

baptismo in quo & resurrexistis per fidē operationis dei. hec ille. De sabbato autem quod significabat primam creationem dicimus quia mutatum est in diem dominicum in quo commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione xpi. Similiter aliis solēnitatibus ueteris legis noue solēnitates succedunt quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis per xpm concessa. Vnde festo pasce succedit festū passionis & xpi resurrectionis. Festo pēt. i. quo data fuit uetus lex succedit festū pēt. i. quo data fuit spiritus uite. Festo neomenie succedit festum beate uirginis i. qua primo apparuit illūiatio solis. i. xpi per copiā gratie. Festo tubarum succedunt festa apostolorum. Festo expiationis succedunt festa martirum & confessorum. Festo tabernaculorū succedit festum consecrationis ecclesie. Tertio in lege moysi erant precepta moralia de quibus dicitur ecc. xvii. Addidit illis disciplinam & legem uite hereditauit illis. Vbi glo. ait. Disciplīa ē eruditio moꝝ. Talia ergo ꝑcepta moralia a nobis obseruari debēt que exo. ii. c. commemorantur. Et hec duratura erunt usqꝫ ad completum numerorum electorum. Tertium dubium declarandū erat. Vtrū in preceptis decalogi sit regula salutis sufficiēter assignata. Nam ex. x. c. exodi colliguntur tantū decem mandata uidelicet. Primum non habebis deos alienos. Secundum non assumes nomen dei tui in uanum. Tertium memento ut diem sabbati sanctifices. Quartum honora patrē tuū & matrem tuā ut sis longeuus super terram. Quintum non occides. Sextum ñ mechaberis. Septimum non furtum facies. Octauum non loquaris contra proximū tuū falsum testimonium. Nonum nō concupisces domum proximi tui. Decimum non desiderabis uxorem eius. In quibus preceptis plene continētur omnia per que possit homo eternam salutem accipere. Quoniam ut inquit Boñ. in. iii. di. xxxvii. Omnis lex mandat iustitiam que cōmuniter dicta nil aliud est nisi ut homo ad deū sit & ad proximum ordīatus. Vnde lud. x. & mathei. xxii. xpus dixit. Diliges do. d. t. & pro. tuū sicut te ipsū. In his duobus preceptis tota lex pendet & prophecie. Ex hoc moysi date fuerunt due tabule lapidee in quarū prima continentur mandata ad deū nos ordinantia in secunda mandata nos ad proximum ordināntia. Sufficientia uero mandatorum prime tabule sumi potest tripliciter. Ex parte obiecti. Ex parte subiecti. Ex parte actus medii

Primo sumitur ex parte obiecti sic Nam cum in deo sint tres personе & tria apropriata & triplex genus cause secundũ q̃ comparatur ad creaturã triplex est preceptum secundum q̃ creatura rationalis ordinari habet ad deum. Nam secundum rationem maiestatis que apropriatur patri & conuenit deo secundũ q̃ est causa efficiens creature ordinatur per illud preceptum. Nõ habebis deos alienos. Secundũ rationẽ ueritatis que apropriatur filio & conuenit deo secundum q̃ est causa formalis & exemplaris creature ordinatur per illud. Non assumes nomen dei tui inuanũ. Secũdũ rationem bonitatis que apropriatur spiritui sancto & conuenit deo secũdum q̃ est causa finalis ordinatur homo per illud preceptũ. Memento ut diẽ sabbati sanctifices. Ita ut per hec tria subiaceat summe maiestati credat summe ueritati & adhereat summe bonitati. Secundo sumitur sufficientia ex parte subiecti ordinabilis quod est anima rationalis in q̃ est triplex uis motiua secundũ quam habet in deũ ordinari uidelicet. Rationalis. concupiscibilis. & irascibilis. Mandatum de adoratione respicit ipsam irascibilem. mandatum uero secundum ipsam rationalem. & mandatum tertiũ de sanctificatione sabbati respicit ipsam concupiscibilem. Tertio sumitur sufficientia ex parte actus medii. Triplex enĩ est actus secundum quem habet homo in deum ordinari uidelicet. Cordis oris & operis. Penes actum operis attenditur primũ mandatũ de adoratione. Penes actum oris attenditur secundum mandatũ quo prohibet falsa inuocatio nominis diuini. Secundum actum cordis attendit tertium mandatum in quo precipitur sanctificatio mẽtis Et sic mandata ad deum nos dirigẽtia sufficientissime tradita esse constat. Sufficientia autem mandatorum secunde tabule haberi potest ex parte actus medii. Nam ad proximum ordinari habemus secundum beneficentiam & secundũ innocentiam .i. ut ei bene faciamus & illi non noceamus que sunt duo precepta iuris nature de quibus dicitur. di. i. decretorum. c. i. Ius naturale ẽ quod in lege & in euangelio continetur quo quisq̃ iubetur alii facere que sibi uult fieri & prohibetur alii inferre quod sibi non uult fieri Vnde xp̃us in euangelio Omnia quecũq̃ uultis ut faciãt uobis homines & uos facite illis Hec est enim lex & prophetie. Secundum beneficẽtiam igitur ordinatur homo ad proximum per illud preceptũ Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum innocentiam

uero necesse est triplicem ordinē obseruare. s. operis oris & cordis id est ut proximo non noceamus non opere non ore non corde. Nocere autem quis potest proximo suo tripliciter opere. Aut in persona propria & hoc prohibetur per illd̄ preceptū. Nō occides Aut in persona coniuncta & pro hoc est illud preceptum Non mechaberis. Aut in possessiōe terrena & pro hoc est aliud p̄ceptū Non furtum facies. Secundo potest proximo nocumentum inferri ore & ad id reprimendū datur illud preceptū. Non loquaris contra proximum etc. Tertio secundum actum cordis proximus ledi pōt aut cōcupiscendo eius uxorē & sic ē illud preceptū. Non concupisces uxorē eius Aut inordinate desiderando eius bona temperalia & de hoc datur ultimum preceptum. Non concupisces rē proximi tui. Et sic patet sufficientia mand atorum. Sed statim est qui obiciat & dicat. Quod cum septem sint capitalia peccata & nō nisi de duobus fiat prohibitio. s. luxuria & auaritia nihilq; dicat de superbia de accidia de gula de inuidia & de iracūdia. Aut ergo ista non sunt peccata aut regula preceptorum deficiet quia illa n̄ prohibet. Respondet dominus Bon. Quod omnia hec peccata p̄hibentur in preceptis decalogi implicite. Nam superbia prohibetē in adoratione dei. Inuidia & ira in fuga homicidii. Accidia i sanctificatione sabbati & gula in detestatione luxurie. Luxuria autē & auaritia prohibentur explicite propter maiorem pronitatem quam ad illam oēs uniuersaliter habent. Et propter dicta asserit Bon. Quod i omnibus preceptis quando deus explicite aliquid p̄hibet implicite precipit eius contrarium & quando aliquid explicite precipit implicite prohibet eius contrariū. Est igitur preceptorum decalogi regula compendiosa breuis & suauissima continensq; omnia ad salutem spectantia. Ab eius obligatione nullus excipitur sed omnes illam seruare tenēt. Verumtamen dolendū puto de xp̄ianorum ignauia ignorantiaq; multorū qui non precepta dei transgrediuntur uerū etiā illa scire non curant. Hi sūt qui si interrogentē que & q̄ sunt legis p̄cepta respondere minime scient. O uere detestabilis cecitas. O reprehensibile malū. O dānabilis deniq; negligentia. Verificatur certe in talibus illud Osee iiii. c. Audite uerbum domini filii Israhel quia iudicium domini cum habitatoribus terre. Non est ueritas non est misericordia & nō est scientia dei. in terra Maledictum enī & mendacium homicidiū

& furtum & adulterium inundauerunt. Sanguis sanguinē tetigit propter hec lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea hec ille. Que enim confusio que uerecundia inesse debet ignorātibus salutis sue regulam cum sciant tot cantilenas uanas tot inutilia & curiosa & illud quod dei seruiciū respicit dei honorē deiq obedientiam addiscere nolunt.

Quod omnes debent prompto animo seruare precepta dei ob reuerentiam diuine maiestatis & quare deus hominem obligauit ad illa. Capitulum .ii.

Ecundum quod nos animat & inducit ad obedientiam dei dicitur dei reuerētia. Dictat equidem ipsa natura reuerentiā exhibendam fore summo imperatori celi terre angelorum & hoīm omniumq creaturarum. Hoc autem maxime fit cū eius mandata seruantur ad que ipse homines ligauit rationabiliter maxime ꝑpter tria. Primo propter auxiliationem. Secundo propter iustificationem. Tertio propter humiliationē. Primo deus rationabiliter obligauit homines ad obseruānam mandatorum propter auxiliationem ut sic auxilium haberet liberum arbitrium quod poterat a bono deficere & in malum declinare Quoniam ut inqt Hieronymus ad Demetr. uer. Vtrumq nos posse uoluit optimus creator sed facere tantū quod imperauit. Et si obiceretur ꝙ obligatio repugnat libertati Et ut Aug. dicit super gē ad litterā. Meliores iudicauit hoīes qui ei liberabiliter deseruirent. Si ergo a principio deus reliquit hominem in manu consilii sui dando ei libertatē arbitrii uidetꝰ ꝙ nullomō debuerit addere obligationē ꝓcepti. Responderi potest secūdū Bon. Quod obligatio ad bonū non repugnat libertati simpliciter sed repugnat libertati peccādi Quanto aut ē qs magis inheret uirtutibus & euitant peccata tanto liberior esse cēset. Quod plene ostendi i sermone .i. de uirtutibus Et hoc expresse asseruit Tulius in paradoxis Dictum inquit ē ab eruditissimis neminem nisi sapientem liberum esse. Nam cum seruitus sit obediētia fracti animi atq abiecti & arbitrio suo carētis quis neget omnes leues omnes cupidos omnes deniq improbos esse seruos. hec ille. Secundo deus rationabiliter obligauit hoīes ad obseruantiam preceptorum propter iustificationem. Decens nanq est iustum iudicem secundū merita retribuere. Sed meritum & demeritum nō habet locū ubi nulla cadit obligatio legis Quare

cõueniens fuit ut deus hominem cui contulerat liberum arbitrium secundum iustitiã remuneraret. Quod si obiceret q maioris liberalitatis est dare aliqd sine merito q̃ cũ merito & deus est liberalissimus ergo uidet q debuit homini dare beatitudinẽ sine merito & per consequens sine mandatorũ obligatione Dici potest q licet hoc uerum sit ex parte dei dãtis beatitudinẽ sine merito nõ tamẽ est tante glorie & excellentie ex parte suscipientis. Et quoniam dominus in conferendo premium tm̃ non attendit sue liberalitatis manifestationem imo etiam & glorie nostre promotionem. Hinc est q maluit nobis dare eternam beatitudinem per impletionem mandatorũ & meritũ obediẽtie q̃ nullo merito precedente. Neq propterea merita nostra derogant diuine liberalitati quia deus remunerat ultra condignum. Ob quod Hieronymus in questionibus ad helbidiã exclamat. d. O quanta beatitudo pro puis magna recipere eterna pro breuibus pro morituris semper uiuentia & habere deum debitorem Et idem ad celantiam inquit. Quid tã ĩgratum quid tam superbum uideri potest q̃ aduersus eius uiuere uoluntatem qui ideo aliquid impat ut causas habeat remunerãdi? Neq enĩ obsequii nostri deus indiget sed nos illius indigemus (pro hec ille. Tertio rationabiliter deus obligauit hões ad obseruãda mandata propter humiliationem Decens nãq erat ut homo Deũ cognosceret superiorem & dominum suum se autem seruum & inferiorem Et si ad eius famulatum cuncta mouentur eiq obediunt ut insẽsibilia elemẽta terra aqua aer ignis planete herbe arbores & pecora cãpi fontes flumina maria uolucres celi pisces maris sol luna stelle & celestia corpora quanto magis homo sui creatoris imperio parere debet. Sed heu heu quia in ordine creaturarum nulla est tam pertinax tam presumptuosa tanq temeraria ad cõtẽnendum deum q̃ ĩgratissimus homo. Quia ut ait Aug. ad heremitas. Ad nutum dei sol sua uia non deuiat non luna non stelle. Campi decorantur floribus frondibus crispatur silua in nemore cytharizat auicula. Insensibilia & irrationabilia obediunt deo. solus homo dei uoluntati resistit. hec ille. Expergiscimini itaq o pctõres. & audite loquentem deum deutro. iiii. c. dicentemq. Custodite mãdata mea que ego precipio uobis. Et de hoc xpus deus noster Ioh. xiiii. dicebat. Si diligitis me mandata mea seruate.

Quod deo est obediẽdum quia per obedientiam assequitur hõ

bona temporalia spiritualia & eterna. Capitulm. iii.

Ertium quod nos inducere debet ad obediēdum deo est obe/dientie efficatia. Est quidem obiedientia efficacissima ad im/petrandum maxime tria bona. Primum temporale. Secundum spirituale. Tertiũ eternale. Primo obedientia est efficax ad im/petrandum bonum tempale. s. prosperitatem & rerum temporaliũ habundantiam. Quod imortalis deus Leuit. xxv. sic declarauit dicens. Si in preceptis meis ambulaueritis & mandata mea custo/dieritis & feceritis ea dabo uobis pluuias tpibus suis. Terra gignet germen suum & pomis arbores replebuntur Apprehendet messiũ tritura uindemiam & uindemia occupabit sementem & comedetis panem uestrum in saturitate & absq̃ pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris dormietis & nõ erit qui ex/terreat. Auferam malas bestias & gladius non transibit terminos uestros. ꝑsequimĩ inimicos uestros & corruẽt corã uobis ꝑsequẽt quinq̃ de uestris centum alienos & centum ex uobis decem milia. Cadent inimici uestri in cõspectu uestro gladio. Respiciã uos & crescere faciã & multiplicabimini. Et firmabo pactũ meum uobi/scum. Cõedetis uetustissima ueterũ & uetera uobis supuenientibus proicietis. Ponam tabernaculum meum in medio uestri & non ab/iciat uos anima mea. Ambulabo inter uos & ero uester deus uosq̃ eritis populus meus. hec ibi. He sunt promissiones quas audiuimus a deo factas in quibus temporalia bona offerunt possidenda ob/seruantibus dei mandata Sed econtra inobedientibus in dicto. c. sic deus omnipotẽs cõminatur. d. Si spreueritis leges meas & iudicia mea contempseritis ut non faciatis ea que a me constituta sunt & ad irritum perducatis pactum meum ego hoc quoq̃ faciam uobis. Visitabo uos uelociter egestate & ardore qui conficiat oculos ue/stros & consumat animas uestras. Frustra seritis sementem que ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra uos & cor/ruetis coram hostibus uestris & subiciemini his qui oderunt uos fu/gietisq̃ nemine persequẽte. Sin autem nec sic obedieritis mihi ad/dam ad correptiões uestras septuplum propter peccata uestra & conteram superbiam duricie uestre daboq̃ uobis celum desuper sicut ferrum & terram eneam Consumetur in cassum labor uester Non proferet terra germen suum nec arbores poma prebebunt Si ambulaueritis ex aduerso mihi nec uolueritis audire me addam

ad plagas uestras usq; in septuplum propter peccata uestra. Immittã in uobis bestias agri que cõsumãt uos & pecora uestra & ad paucitatem cũcta redigant deserteq; fiant uie uestre. Quod si nec sic uolueritis recipere disciplinã sed ambulaueritis ex aduerso mihi ego quoq; contra uos incedam & percuciam uos septies propter peccata uestra inducamq; super uos gladium ultorem federis mei. Cũq; confugeritis in urbes mittã pestilenciã in medio uestri etc. ibi Secundo obediencia est efficax ad impetrandũ bonum spirituale dei. s. graciam amiciciam & beniuolenciam Hec fuit illa decora uirtus propter quam Abraham meruit audire angelum sibi. d. Per memetipsum iuraui dicit dominus quia fecisti rem hanc & nõ pepcisti filio tuo unigẽito ꝑpter me benedicã tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi & uelut arenã que est i littore maris Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum & benedicent in semine tuo omnes gentes terre quia obedisti uoci mee. Grande admirandumq; obsequium deo prestitit abraham ut eo obidiret sed maiora consecutus est diuine liberalitatis beneficia. Temptauit etquidem deus illum sicut scribitur gen xxii. idest experien tiã fecit secundum Nico. de lira. non propter se sed propter aliorum exemplum ut filium suum dilectum & unigenitũ immolaret in mõte Quod utiq; grauissimum erat imperiũ. Primo quia iniũgebatur ei ut re sibi carissima se priuaret. Secundo ꝙ filiũ suũ occidi & mori uiolenta morte pateretur. Tercio ꝙ ad hoc exequendum & cõmittẽdũ suis propriis manibus astringebatur. Quarto quia filius ille unigenitus erat neq; alium ex libera uxore filium habebat. Quinto quia miraculose illũ genuerat senex iam centum annorũ cum uxore uetula & sterili. Sexto quia magna promissio facta erat abrahe de ipso. Septimo quia ipse isaac solacium erat matris sue & baculus senectutis patris. Octauo quia debebat eũ nõ solũ occidere sed etiam in igne urere. Nono quia noluit deus eum statim audito precepto illud perficere sed triduo perseuerare quousq; uenirẽt ad montẽ ad quem potuissent cicius properare. Sed ideo deo uolente usq; in tertium diem ibidẽ non peruenerunt ut sic magis ucesceret firmitas uoluntatis abrahe scḋm Nico. de lira. Unde & glo. geñ. xxii. ait. Non ẽ iussus abrahã statim occidere filium sed per triduum ducere ad imolationis locũ ut longitudine tpis temptatio augeret & crescentibus curis paterna uiscera cruciarentur

Accepto itaq precepto tam difficili abrahã non se excusauit nec precepti causã interrogauit neq in eius executione filii blandictis dulci presentia mutatus est a proposito. Ibant simul erantq cũ eis duo famuli domusq ligna inciderãt p holocausto & die tertio re/manẽtibus illis cũ asino tulit Abrahã ligna & iposuit sup isaac filiũ suũ qui secdm Iosephũ agebat tunc annũ.xxv. ipse uero abrahã portabat in manibus suis ignem & gladium O q̃ reuerenter cum pergerẽt duo simul dicebat isaac patri suo. Ecce ignis & ligna ubi est uictima holocausti O q̃ ardenter respondebat ei pater seipsum superans seipsũ uicens. Dominus puidebit sibi uictimã holocausti fili mi. Voluntate sẽsualitatis forte secum tacite colloquente atq dicente. Tu es uictima quem ego propriis manibus interficiam quẽ adurã sup altare ut satisfaciã deo nostro. O q̃le spectaculũ O quale uirtutis exemplum mente inspicere illos postq̃ uenerunt in montem postq̃ ibi construxerunt altare postq̃ deniq super illud ligna composuere. Inquit.n. Iosephus l.i.antiquitatum li. Quod abraham ãteq̃ filiũ ligasset aduocauit illũ ad se dixitq illi. O puer quem innumeris uotis optaui a deo mihi cõferri & dum peruenisses ad uitam nihil est quod p alimẽto tuo non feci. Neq me feliciorẽ magis arbitrabar q̃ cũ te ad hanc uiderem etatem successorem mei principatus relinquere. Congaudebam quia dei uoluntate tuus pater sum factus denuo secundum eius placitũ te reponam. Hanc fortiter porta dicationem. Deo nãq te cedo q mihi p oĩa placidus fuit & suffragator. Natus ergo morere non communi modo hac uita egrediens sed a patre proprio oblatus cunctorũ ob legitimũ sacrificium. Reor enĩ quia te dignum iudicauerit ñ egreditudine nec bello nec qualibet alia passione que solet hominibus accidere hac uita liberare sed eum igni & sacrificiis tuam animam suscipere & apud se retinere Eritq de cetero mei curam habens senectutẽ regẽs q̃ gratia te maxime nutriebam Auditis his isaac humili uoce patri rñdit. O pater mi colendissime rem audeo grãdem ac durã Asseris te patrẽ meum uelle me propriis maĩbus iterficere & igne adurere ut obedias deo. Doleo nẽpe gratissime iuuẽtutis mee florẽ amittere doleo patris mei me diligentis expirit me gladium seuiẽ/tis. Doleo insuper tali modo deserere dilectam matrẽ & te patrẽ meum cui pauueram in hac senectute sua in omnibus subuenire. O care genitor. O pater amantissime Credebam me esse baculũ

enectutis tue & ecce mihi dicis ut fortiter feram mortē p te mihi inferendam. O inaudita res. O admirādū nouū quo uiscera mea cōmouētur anima turbatur & cor undiq; uexatur angustia Verū tamen pater mi dulcissime quia sic placet deo ita fiat. Et si nunq̄ hoc fieri ille mandasset & tu tantum iuberes adhuc promptissimus obedirē. Nō fugiam a tua presētia non me defendā. Et huiusmōi uerbis prostrauit se in terram patremq; adhuc alloquebatur. d. Habes me filium tuū ad uota pater stringe manus meas & pedes meos funibus interfice me sicut tibi & deo nostro placet. O quid erat uidere uenerandum senem illū mirando feruore ligare manus & pedes filii eleuantemq; euaginatum gladium ut illum perimeret. O inaudita obedientia patris & filii O utriusq; ardentissima uolūtas ad obsequium dei. O deniq; immensa diuine largitatis beneficia eisdem collata. Multa quidem susceperunt enim o ampliora dona a liberalissimo deo q̄ fuerit illoꝝ ad obediendū cōmendabilis feruor uoluntatis. Tertio obedientia est efficax ad impetrandum bonū eternale. Diximus enim in precedentibus sermonibus quemadmodū deus benedictus largitur eterne uite premiū omnibus seruantibus eius mandata Sed tanta est ē humana nequicia q magis homines dyabolo obedire uolunt q̄ deo. Clamat deus Non habebis deos alienos Et dyabolus dicit. Sint tibi dii tui temporalia bona que magis q̄ deū diligas. Noli scripturis credere. Noli debita uota complere Superstitiones incantationes & diuinationes sectare Cultum dei negligas & contemnas. Sacris locis atq; personis reuerentiam nullā exhibeas. Ecclesiasticas leges atq; censuras despicias uocisq; mee obedias ut deum minime colas. Clamat deus. Non assumes nomen dei tui in uanum. Et Dyabolus d. Sis periurus blasphema sepius. Maledic nomen sanctum dei & omniū sanctorū suorum ac matris eius nomenq; meum in omnibus tuis operibus frequētius cōmemora & dei nomē in turpibus cantilenis admisce. Clamat deus. Sabbata sanctifices. Et dyabolus. d. diebus festis nulla sit in te memoria dei nulla recordatio salutis pprie & eternoꝝ bonoꝝ. Ecclesias fugias & predicationes euangelii ad quas si accesseris nullā modestiā serues. Vano aspectu mulieres & uiros conspice. Vestibus inhonestis diebus illis utere ludo choreis atq; tripudiis tempus expendas & pro lucro temporali si quid operis facere poteris facias. Clamat deus. Honora patrem etc. Et Dyabolus dicit Parentibus tuis

ifestus sis disciplinam eorum & correctionē fuge pietatē reuerētiā & obidientiam eis denega contumelijs illos affice & si potes uerbis uebera adde atq; de domo illas expelle Clamat deus. Non occides Et dyabolus.d. Iniuriā noli sufferre. Sume de inimicis uindictā da locum ire percu te interfice & que non potes manu prosequere corde. Clamat deus Non mechaberis. Et dyabolus.d. Nullū sit pratum quod non pertranseat luxuria tua. Non erubescas adul/terari fornicari incestum moliciē sacrilegium & sodomiam nefan/dissimam & innoiabilem ppetrare. Clamat deus. Non furtū facies Et dyabolus.d. Rape depredare furare quantum potes Nulla sit tibi conscientia propter lucrū de periurijs de mēdacijs de frāde de simulationibus de iniustitia de usuris de extorsionibus de malis contractibus & de excōmunicationibus. Clamat deus. Non dices Falsum testimoniū contra proximū tuū. Et dyabolus ait. loquere sine mensura in dedecus aliorū d'trahe uicinis extraneis sacerdo/tibus religiosis prelatis dominis uirginibus uiduis & cōiugatis. Cla/mat deus Nō concupisces uxorem proximi tui. Et dyabolus dicit Omnes mulieres q̄s uides concupisce & uoluptuosa mente desidera Clamat deus Non concupisces rem proximi tui. Et dyabolus.d. Appone cor tuum ad aliorum bona desidera mortem propinquorū tuorum ut eorum bona ad manus tuas perueniant Et tamen sine cōpatione magis auditur uox dyaboli q̄ dei. O extrema demētia O stultitia perniciosissima seruire dyabolo pro eternis incendijs & relinquere deum liberalem & munificentissimum qui seruis & amicis suis policetur gaudia paradisi Ad que nos perducat xp̄us dei filius qui ui. & reg. per infinita secula Amen.

Feria. iii. post dominicam in septuagesima. De infinita mi/sericordia dei q̄ ipse pater piissimus dulcissime uocat animam ad penitentiam omnes etiam pessimos peccatores promittens eis liberaliter indulgentiam & remissionem. Sermo. iii.

V Ox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea sponsa. Aie peccatricis ad penitentiam redire disposite uerba sunt ista origenaliter Cant. v.c. Piissimus omnium pater deus offert pec/catoribus ut occasionem habeant ad eum reuertendi uberrimum fontem & indeficientem & inhauribilē misericordie sue. Neq; unq̄ tam gradis peccator inuentus est qui ad eum confugere uolens n̄ fuerit benigne misericordissimeq; susceptus Hec ē illa misericordia

que fiduciam preſtare debet cunctiſ peccatoribuſ ne unq̃ deſperẽt Hec ẽ illa decora & formoſa regina que ſemper aſtat a dextriſ dei in ueſtitu deaurata circundata uarietate. Hec eſt que blanda uoce humiliq̧ ſermone delinquenteſ admonet ut ad fontem aque uiue deum propicium atq̧ benignum currant ſicienteſ. Et quoniã multorum corda molliri nolunt & duriora ſaxiſ indieſ obſtinãtur ĩ malo ſtatui ĩ hoc ſermone uerba facere de iocũdiſſima uoce miſericordie dei qua ipſe dilectuſ animarum ſponſuſ illaſ in peccatiſ erranteſ liberaliſſime aduocat ut de erratiſ conpuncte ueniam & indulgentiam ſuſcipiant. Quod bene ſenſit anima peccatrix diſpoſita iam preterita mala corrigere & decetero a futuriſ cauere .d.ĩ uerbiſ notatiſ in themate. Vox dilecti mei qui creauit me qui me fecit qui me redemit qui mihi pollicetur gaudia paradiſi pulſantiſ ꝑ intriſecaſ inſpirationeſ per extrinſecaſ monitiõeſ ꝑ ſpiritualeſ illuminationeſ per ſacramẽtoꝝ diſpoſitionem. Aperi mihi ſ. cor tuũ o ſoror mea o anima mea ad meam imaginem & ſimilitudinẽ facta O ſponſa mea quam deſponſaui mihi ĩ fide cum ſacrum ſuſcepiſti baptiſma & ego tibi meam gratiam ſum largituſ. Aperi inq̃ mihi ut audiaſ me exhortantem te q̃tenuſ penitentiã agaſ & peccatoꝝ tuorum ueniam indulgentiamq̧ a miſericordia mea habunde ſuſcipiaſ. In quibuſ uerbiſ de uoce miſericordie dei animam uocantiſ tria miſteria proponimuſ contemplanda. Primum dicitur reuelationiſ. Secundum ampliationiſ. Tertium accelerationiſ.

De preconiiſ & laudibuſ miſericordie dei que peccatoribuſ demonſtratur in ſcripturiſ figuriſ & exempliſ. Capitulum .i.

Rimum miſterium contemplãdum dicitur reuelationiſ ĩ quo exquirere licet qualiter dei miſericordia q̃ peccatoreſ allicit reuelata & preconizata ẽ Et ad hoc dico ꝙ miſericordia ipſa maxime manifeſtatur in tribuſ. Primo in ſcripturiſ. Secundo in enigmatibuſ & figuriſ. Tertio in exempliſ. Primo manifeſtatur & reuelatur preconium miſericordie dei in ſcripturiſ que uidentur eẽ littere q̃ſi quedã fãiliareſ & domeſtice ex cãcellaria celi ad miſeroſ peccatoreſ ex parte uiuentiſ dei miſſe ac deſtinate. Ideo reuerentẽ atq̧ iocunde illorum lectio a cunctiſ eſt audienda. Dicant igitur prophete & ſancti quid ferunt de miſericordia dei, Moyſeſ ad deum loquenſ exo .xxxiiii. ĩquit ſic. Dñator domine deuſ miſericorſ & clemẽſ patiẽſ & multe miſerationiſ. & Deutro. iiii. Reuerteriſ

ad dominum deum tuum & audieſ uocem eiuſ quia deuſ miſericorſ dominuſ deuſ tuuſ. Et ſapienſ eccl. ii. Piuſ & miſericorſ eſt deuſ & remittit in die tribulationiſ peccata. Et. c. xvi. Quam magna mi/ ſericordia domini & propiciatio illiuſ conuertentibuſ ad ſe. Et. c. xviii. Quiſ adiiciet enarrare miſericordiam eiuſ. Et li. c. Letetur anima ueſtra in miſericordia eiuſ. Et ſapiē. ii. Miſereriſ omnium quoniam omnia poteſ. Et. xv. Tu autem dominuſ ſuauiſ & ueruſ eſ patienſ & in miſericordia diſponenſ omnia. Et per Iſa. liiii. dominuſ ait Derelinquat impiuſ uiam ſuam & uir iniquuſ co. ſ & re. ad. d. & mi. e. & ad. d. n. q. m. eſt ad ignoſcendum. Et. lviii. Inuocabiſ & dominuſ exaudiet clamabiſ & dicet Ecce adſum quia miſericorſ ſum dominuſ deuſ tuuſ. Et. liiii. In miſericordia ſem/ piterna miſertuſ ſū tui dicit redemptor tuuſ dominuſ. Et Ioel. ii. Cōuertimini ad dominum deum ueſtrum quia benignuſ & miſeri/ corſ eſt patienſ & multe miſericordie & preſtabiliſ ſuper malicia populi. Et Ionaſ. iiii. Scio inquit quia tu deuſ clemēſ & miſericorſ eſ patienſ & multe miſerationiſ. Et Dauid pſal. lxxxxvii. Lau/ date nomen eiuſ quoniam ſuauiſ eſt dominuſ in eternū miſericordia eiuſ. Et pſal. xxviii. Manificata ē uſq; ad celoſ miſericordia tua Et pſal. lxxxv. Tu autem domine ſuauiſ & mitiſ & multe miſe/ ricordie omnibuſ inuocantibuſ te. Et pſal. l. Miſere mei deuſ ſe/ cundum magnam miſericordiam tuā. Et pſal. cxxviii. idem hec Et Petruſ. i. epiſtola. i. c. Benedictuſ deuſ & pater domini noſtri Ieſu Xpi qui ſecundum magnam miſericordiam ſuā regenerauit noſ in ſpem uiuam Et Pauluſ eph. ii. c. Deuſ diueſ ē i miſericordia Et. ii. cor. i. Benedictuſ deuſ & p. d. n. i. x. pater. m. & d. t. con. quia. n. in o. tri. noſtra. Et cytharista ſpirituſ ſancti uirgo glori/ oſiſſima. Luce. ii. Et miſericordia eiuſ a progenie in pro. ti. eum. Et Luc. vi. Eſtote miſericordeſ ſicut & pater ueſter celeſtiſ miſe/ ricorſ ē Et Hieronymuſ de pe. di. i. in. c. Quia diuinitatiſ natura ait. Diuinitatiſ natura clemenſ eſt & pia magiſq; ad indulgentiam prona q̄ ad uindictam que non uult mortē peccatoriſ ſed ut magiſ conuertatur & uiuat Et idem Hieronymuſ in. c. uide. d. p. di. i. Vide benignum dominum miſericordiam cum ſeueritate miſcētē Et Ambroſiuſ li. de pe. Deuſ miſericordiā ſuam omnibuſ promiſit & relaxandi licentiam ſacerdotibuſ ſuiſ ſine ulla exceptione con/ ceſſit. Et. xxvi. q. vi. c. Hiſ q. Miſericordie domini nec mēſuraſ

possumus ponere nec tempora diffinire. Ex quibus omnibus apprehendimus deum nostrum benignum esse misericordē & pium. Secundo manifestatur & reuelatur preconium misericordie dei in enigmatibus & figuris. Loquebatur sepe dominus Iesus ꝑabolis secundum morem palestinorum ut dicit Nico. de lira. quoniam sic clarius potuit ueritas elucescere maxime idiotis & rudibus prout testatur Dyonisius .i. c. celestis hierarch. Et ideo ad suā & patris eius misericordiam notificandam usus est triplici enigmate seu metafora in pabola per eum dicta. Prima fuit de egroto paciente de q̄ Math. ix. c. ubi audiēs murmurationes phariseorum quę ei detrahebant quia cū publicanis & peccatoribus manducaret ait. Nō est opus ualentibus medicus sed male habentibus. Euntes autem discite quid est misericordiam uolo & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. Secunda parabola ē de pastore perditam ouem requirente de q̄ Luc. xv. scribitur. Quod dimissis lxxxxviii. aliis ouibus in deserto solicitus pastor ob errantem unā ouem .i. deus peccatricem animā perquisiuit diligenter inuētāq; custodiuit intactā impositamq; super humeros suos gaudens remittendo .s. sibi penitenti potētia sua oīa peccata atq; delicta. Tertia pabola est de filio prodigo ad patrem postq̄ omnia dissipauerat reuertente. per quem ut Hieronymus inquit ad Damasum papā de filio prodigo Peccator homo uere penitens intelligitur. Quē cum uidisset a longe pater misericordia motus occurrit illi cadēsq; supra collum illius osculatus est eum nihil illi improperauit ñ tristē uultum aut turbulentam faciem ostendit non asperis uerbis contristauit sed q̄ letanter in domū eum introduxit afferri fecit uestimenta & annulum conuiuium solēne preparauit choreasq; cātus & sonorum melodias in domo esse iussit quia recupauerat filium mortuū & perditū per quē intelligimus peccatorem compunctum cui deus se graciosissimum exhibet. Tertio manifestatur & reuelatē preconium misericordie dei in exemplis. Quotquot enim inuenti sunt peccatores qui ab illo ueniam postularūt omnes fuerunt exauditi sicut patet in ueteri & nouo testamento. David equidem ꝑ penitētiam adulterii similiter & homicidii a misericorde deo ueniā impetrauit. De cuius penitentia Hieronymus ad Sabinianum diaconem lapsum ita scribit Totam penitentiam ostendit psalmus l. quando ingressus est David ad uxorem urie & a Nathā ꝓpheta

correptus respondit dicens. Peccaui statimq; meruit audire. Et dñs abstulit peccatum tuum a te. Adulterio enim iunxerat homicidiū & inde conuersus ad lacrimas. Miserere ait mei deus secūdū magnā misericordiā tuam. Magnum enī peccatum magna indigebat misericordia. Vnde iugiter dicit. Multū laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me quoniam iniquitatem meam ego cognosco & delictū meū contra me est semper tibi soli peccaui. Rex enim alium non timebat & malum coram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Conclusit deus omnia sub peccato ut omnibus misereatur tantūq; proficit ut dudū peccator & penitens transierit in magistrum ut dicat. Docebo iniquos uias tuas. hec ille. Et idem ad Oceanū de Dauid loquēs inquit. Dauid sancti & mãsuetissimi uiri homicidium pariter & adulterium septē dierum emendauit fames. iacebat in terra uolutabatur in cinere & oblitus regie maiestatis lumen querebat in tenebris illumq; tantum respiciens quem offenderat lacrimabili uoce dicebat. Tibi soli peccaui & malum coram te feci & redde mihi leticiam salutaris tui & spiritu principali confirma me. Atq; ita factum est ut q me docuerat uirtutibus suis quō stans non caderē doceret per penitētiā quō cadens resurgerem. hec ille. Que omnia notant. ii. reg. xii. c. Est & de niniuitis exemplum de quibus habetur li. Ione per totū & de pe. di. i. in. c. Niniuite. ubi dicitur. Niniuite quos dominus in euangelio commendat penitentiā egerunt in predicatione Ione & ex misericordia domini indulgentiam consecuti subuersionis interitū subterfugere meruerūt. hec ibi. Et ut breuiter per strigā exempla adduco illud dictum. Bernardi sermone. xxii. ad Iesum de sua misericordia loquentis ubi ait. Omnino propter mansuetudinem que de te predicatur curremus post te domine Iesu audientes q pauperē nō spernas peccatorē non horreas non horruisti confitentem latronē non lacrimantē peccatricem nō chananeam suplicantem non deprehensam in adulterio non sedentem in theloneo non suplicantem publicanū non negantem discipulum non persecutorem discipulorum nō ipsos crucifixores tuos. hec ille. Expergiscamini igitur o peccatrices anime. Audiuistis o peccatores uocem dei qui misericordiam suā infinitā nobis declamauit. Nolite obdurare corda uestra d'posite peccata atq; delicta. Accedite ad eū & ueniam obtinebitis quia ipse est deus misericordiarum qui per

Ezechielem prophetã. c. xviii. inquit. Si autem impius egerit peni-tentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est & custodierit omnia precepta mea & fecerit iudiciũ & iustitiam uita uiuet & nõ morietur omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est uiuet. Nunquid uoluntatis mee est mors impii. quasi dicat non. Et infra Nolo mortem morientis. s. peccatoris sed ut conuertatur & uiuat. Reuertemini & uiuetis.

De amplitudine & magnificẽtia misericordie dei que remittit omnia peccata grauia replicata & antiquata peccatoribus penitentibus. Capitulum. ii.

Secundum mysterium contemplandum circa misericordiã dei peccatores uocantis ad penitentiam dicitur ampliatio in quo patefaciendum esse duxi quõ ampla lata profunda ac copiosa sit ipsa misericordia dei benedicti que licet in se sit infinita quia sit nihil aliud ꝙ ipse deus est. secundũ illud Aug. de fide ad Petrum. Quic-quid est in deo est ipse deus tamen etiam in suo effectu cõsiderata tam grandis inuenitur ꝙ omnia nostra supat peccata atq uincit. Tria enim sunt in peccatis horrenda & timenda ualde que tamen a misericordia dei supant Primũ grauitatis conditio. Secũdũ fre-quens iteratio. Tertiũ diuturna detentio. Primũ qđ in peccatis consideratur horrendum dicitur grauitatis conditio. quando. s. peccatum ex sua cõditione & ex suo genere graue est & nefãdũ Verũtamen tanta est misericordia dei ꝙ nullum est peccatum a deo execrandum de quo si quis penitentiam egerit indulgentiam non recipiat. Quinimo clementissimus deus misericordia sua illud penitenti plene remittit. Hinc Criso. de pe. di. iii. in. c. Talis. ait. Talis mihi crede talis est erga homines dei pietas nũq̃ spernit pe-nitentiam si ei pure & simpliciter offeratur etiam si ad summũ quis peruenerit malorum & inde tamen reuerti uelit Suscipit enim deus illum libenter & amplectitur. Et hoc ẽ quod dicitur de pe. di. i. c. In actione. Cor contritum & humiliatum deus nunq̃ spernit. Sed circa hec dubitatur de peccato in spiritum sanctum. Verum deus misericors remittat illud penitentibus. Et uidetur ꝙ nõ. Quia pec-catum in spiritum sanctũ est irremissibile. Vnde Aug. in li. de fide ad Petrum ait. Hi qui peccatum in spiritũ sanctum neq hic neq in futuro remissionẽ peccatorũ accipiunt. Et idẽ in li. de sermone domini in monte. Peccare in spiritum sanctum est per maliciam &

inuidiam fraternam impugnare charitatem post acceptā spiritus sancti gratiam quod peccatum neq; hic neq; in futuro remitti dicimus. Hoc ipsum magister sententiarum confirmat. xliii. di. ii. Ergo uidetur ꝙ dei misericordia non superat omne peccatū. Respondet ad hoc Alex. de ales in. ii. ii. m. iii. summe ubi tractat de irremissibilitate peccati Ade. Quod peccatū tripliciter dicitur irremissibile. s. Negatiue. Priuatiue. Contrarie. Negatiue dicitur irremissibile quod nullo modo potest remitti sicut peccatū luciferi aliorumq; damnatorum. Priuatiue dicitur irremissibile peccatum quod non habet aliquid dignū ut remittatur. & sic omne peccatū mortale ē irremissibile quia nullum mortale habet aliquid per qđ sit remissione dignum. Contrarie uero dicitur irremissibile qa hēt contrariam dispositionem ad gratiam sine qua peccatū nullo mō potest remitti. Et sic est irremissibile peccatum in spiritū sanctū quia directe est contra effectum sp. s. qui quidem dicitur gratia penitentionalis. Sunt autem huius peccata sex spēs ut patet per Aug. s Ench. & de fide ad Petrum & de sermone domini in mō. e & de baptismo paruulorum. i. Desperatio. presumptio. inuidentia fraterne gratie. obstinatio. finalis impenitentia & īpugnatio ueritatis agnite. quarum spēꝝ numerus secundū Bon. in. di. xliii. ii. sic assignatur. Omne peccatū in spūm. s. est contra penitētionalem gratiam. Tunc autem est contra ipsam ratione sui aut ratione antecedentium aut ratione subsequentium. Si ratione antecedentium cum ad penitentiam antecedant tanꝗ̄ due mole. spes & timor contra timorem est presumptio contra spem est desperatio. Si ratione consequentiū cū ad penitentiā consequatur emēdatio que consistit in duobus uidelicet in uera confessione & bona satisfactiōe. sic sumunē due species quarum una est impugnatio ueritatis agnite altera detestatio boni. Si ratione sui sic est obstinatio que conprehendit etiā in finalē penitentiā. Dicitur ergo peccatū in sp. s. irremissibile magis ꝙ̄ alia paccatorū genera quia secundū magistrum. Vix aut raro aut difficulter remittitur pro eo ꝙ non tantum repugnat gratie sed etiam dispositiōi ad ueniam & gratiā suscipiendam. Remissibile uero est secundum Bon. tum ratione diuine penitentie remittentis. tū quia homo potest de illo penitere excepto finalis īpenitentie que etiam dupliciter sumitur. Vno mō ꝓ ꝓposito non penitendi. alio modo pro continua permanentia

in malo. Impenitētia primo modo sumpta est peccatū irremissibile contrarie non negatiue eo q claudit uiam ad gratiam & impedit ingressum sp̄.s. tamē possibile ē ut homo de illa peniteat & remissibilis fiat Impenitentia secundo modo dicta nullo modo potest remitti. Hec autem nemini est attribuēda usq ad illud instans in quo dici de aliquo posset q finaliter sic īpenitēs. Hinc Leo papa de pe. di. vii. c. Nemo ait. Nemo desperandus est dū in hoc corpore constitutus est Idem dicitur. xxxii. q. ii. c. Ancillā & . xxiiii. q. iii. ca. Corripiantē. Patet ergo omne peccatum per penitentiam liquefieri ad conspectum misericordie dei qui nihil tantum abbominatur quantū impenitētiā & desperationē. Hinc Hieronymus ad rusticum monachum ait. Nihil sic offendit deum sicut cor impenitens Solum desperationis crimen est quod ueniam consequi n̄ pōt. Secundū q in peccatis consideratur horrendum & piculosū est peccatorum frequens iteratio quando s frequentius iteratur. T n̄ tanta est misericordia dei q si quis inciperet peccare a prima hora diei & per acto peccato statī penitentiam ageret & penitētia facta subito laberetur & post lapsum iterum surgeret & post surrectionem iterum caderet & post casum denuo contritionem haberet semper deum īmobiliter propitiū inueniret ad remittēdū. Hinc Aug. de pe. di. iii in. c. Adhuc instant. ait Quoniam cottidiana est offensio oportet ut cottidiana sit remissio. Cur docuisset dominus orantes dicere dimitte nobis debita nostra nisi ipse nobis misericors perseueraret qui nos ab hac petione non uult deficere? Et Leo papa de pe. di. i c. Multiplex misericordia dei. inquit Multiplex misericordia dei ita lapsibus humanis subuenit ut nō solū p baptismi gratiā sed etiam penitētie medicinam spes uite repararetur eterne ut qui regenerationis dona uiolassent proprio se iudicio condemnātes ad remissionem criminū peruenirēt. Et Lactantius in li. de insti. ad. g sic loquitur. Nemo potest esse tam circūspectus tam prudens qui non aliquando labatur. Idcirco deus imbecillitatem nostram sciens aperuit homini portum salutis ut huic necessitati cui fragilitas nostra subiecta ē medicina penitētie subueniat Et Hieronymus ad rusticum monachum de pe. di. iii. c. iii. Septies ait Septies ī die cadit iustus & resurgit Si iustus quō cadit? Si cadit quō iustus? Sed iusti uocabulum non amittit qui p penitentiam semper resurgit. Et non solum septies sed septuagies septies delinquenti si conuertatur ad penitentiam peccata donātur

Hoc Xp̄us Petrum docuit Math. xviii c. Sed nōnulli heretici temere asseruerunt duo falsa & merito reprobanda. Primū φ si hō cadat a penitentia φ nō uere penituit Contra quod dictū Alex. de ales in. iiii. uolumine summe adducit distinctionem de ueritate penitētie. d. Quod dupliciter pōt sumi Vno mō ut penitētia uera dicatur que uerum habet uirtutis actum qui est detestari malum cōmissum & pro illo tempore nullum committere & pponere non committere de futuro in quo statu si quis decederet saluus esset. Et ab hac potest hō cadere & in peccata labi Alio modo ut dicat penitentia uera que perducit in finem ut finalis & continuata & ab hac non est cadere. Sed adhuc heretici ad sui erroris robur auctoritates & dicta sanctorum adducūt Et primo illud Ambro. in sermone quadragesime. d. Penitentia est mala preterita plangere & plangenda iterum non cōmittere ergo qui iterum peccat ueram penitentiam non fecit. Secundo ad idem allegant Greg. sic d. Qui ita alia peccata deplorat ut tamen alia committat adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat. Insuper ad hoc propositum habent Isidorum in li. de summo bono sic loquentem Irrisor est non penitens qui adhuc agit quod penitet nec uidetur deū poscere subditus sed subsanare superbus Et his cōcordat Aug. in li. soliloquiorum quādo dicit. Inanis est penitentia quā sequēs culpa inquinat. Que auctoritates & alie similes habent in decretis de pe. di. iii. de quibus pro solutione Gratianus ibidem in. § . Sed uerba. ait. Quod illa uerba auctoritatum non ad diuersa tempora sed ad idem tempus referuntur ut. s. eo tempore quo qs deflet mala que commisit & penitētiam facit non peccet & scelera nō cōmittat. Quod autem in diuersis temporibus possit quis facere penitētiam ueram & post illam iterum possit peccare probatur rōne eo φ penitentia habet esse in libero arbitrio secundum statum uie quod uertibile est & potest a bono in malum & a malo in bonum sepius exire. Hoc etiam apparet euidenti exemplo. Nā niniuite propter uerā penitentiā gratiam consecuti sūt sed post ad uomitū redeuntes deum prouocarūt ad iracundiam & eorū ciuitas ut Hirodotus scribit a rege medorū subuersa est apud hebreos regnāte Iosia Est & de hoc exemplum conueniēs peccantis Dauid qui penitentia quam fecit de peccato mortis urie deum sibi placabilem fecit & tamen post peccauit iterum in numerando populum pro ut hētur. ii. Reg. c. penultimo Quare simulāt heretici & cōfūdātur.

Secundum falsum quod ipsi predicant est q deus non nisi semel peccata dimittit. Quibus & si obstēt auctoritates allegate ī principio huius secūde particule tñ ipsi curiose suum errorem confirmare conant̄ debentq̄. Quod si baptismus non iteratur ergo nec penitentia Ad quod dominus Bon in.iiii.di.xiiii. sic respōdet.d. Quod penitentia potest iterari baptismus autem nō. Primo quia in baptismo imprimitur caracter qui est indelebilis in penitentia non. Secundo quia baptismus est contra morbū nō iterabilē q̄lis est morbus originalis. Sed penitentia contra morbū iterabilē q̄lis ē morbus peccati actualis. Et medicina debet aptari morbo. Et iō baptismus iterat̄ ñ penitētia uero iterat̄ secūdū q uolūtas nostra cōuertitur & reuertit̄. Concludimus ergo q deus benedictus misericorditer subuenit nostre fragilitati. Quisnā nō nisi īpie de illo cōquerit̄? O peccator negligens. O peccator obduratissime disrūpe uincula colligationis agnosce blandientē tibi dn̄m q nō tātū semel sed millies milliū & totiēs quotiēs postulaueris indulgentiam tibi conferet indefesse. Tertiū qd̄ ī peccatis cōsideratur horrēdū dicit̄ diuturna detentio qñ peccata diu retenta sunt ita ut de illis pēitētiam qs differat usq̄ ad decrepitā senectutē extremūq̄ tp̄us uite. Et licet piculosum sit sic differre posito tñ q aliqs excederet ānos mathusalem quos expēdit ī iniuriam dei propositūq̄ in aīo nunq̄ benefacere. cū anima tñ a corpore egredit̄ uere ingemiscat & dolet tanta est dei mīa q ei liebralissime pcit. Hinc Hironymus ad paulā de dormitiōe blesille. Secura esto o mi Blesilla. Confidimus pbantes uera esse que dicimus nunq̄ est fera conuersio. Vox hec primū in latronē dedicata est. Amē dico tibi hodie mecū eris ī padiso. Et Idē ad damasū papā & po.de.pe.di.iii.c. importuna Christus de cruce ī padisū latronē tulit & ne quis aliqñ seram cōuersionē putaret fecit homicidii penā martyrium. Et Iulius papa xxvi.q.vi.c. Si presbiter. Vera enī confessio in ultīo tp̄e pōt esse quia dn̄s non solū temporis sed etiā cordis inspector ē. Sicut latro unius momēti pn̄ia meruit eē ī padiso in hora ultīa cōfessionis. Et Celestinus papa in.c. Cognouimus eadem causa.ii.q.iii. Perdidisset latro ī cruce premium ad Xp̄i dexterā pēdens si illum hore unius pn̄ia nō iuuisset. Cū esset in pena penituit & p unius cōfessione sermonis hītaculum padisi eo promittente pmeruit. Vera ergo ad deū cōuersio ī ultīs positoꝝ mēte potius ē estimāda q̄ tp̄e pp̄heta hoc taliter asserente. Cū cōuersus ingemueris tunc

saluus eris. Et ad idē facit illḋ dictū Cipriani i epistola .ii. ad demetrianū i isto mūdo manēti penitētia nulla sera ē. Patet ad indulgentiā dei aditus & querentibus atq intelligentibus ueritatem facilis ē accessus. O amplissima mīa dei. O largissima caritas summi creatoris que tanta est ut si daretur hō uiator secu miserēs peccata oīa que diaboli cōmiserūt & omnes hoīes q in iudicio dānabunt imo quot sunt i celo stelle & in mari aque gutte in nemore frōdes & in pratis lilia & de illis penitentiā faceret ac humili mente deū exoraret pro uenia semper audiretur benigne.

Quod deus remittit penitētibus propter misericordiā suam peccata sine dilatione & ḋ iustificatione ipii ac eius conditionibus. Capitulum .iii.

Ertium mysterium cōtēplandū circa misericordiā dei dicitur acceleratiōis. Nō .n. differt deus remittere peccata penitētibus non tpus aliqḋ iterponit. Videtur q̄si sitire salutē peccatoꝝ qbus q̄ primū fuerint contriti uel conpunctꝭ statī eis pctā illosq iustificat. De ipsa uero peccatoris & impii iustificatione solet a doctoribus dubitari maxime circa tria. Primo circa temporis circūstantiā. Secundo circa operis excellentiā. Tertio circa miraculi relucentiā. Primo solet dubitari circa temporis circūstātiā Utrum .s. impius iustificetur in instāti. Et ad hoc intelligēdum notanda sunt tria. Primum notandū secūdū. Tho .i.ii. q. c. xii. Quod iustificatio est quidam motus quo anima mouetur a deo a statu culpe in statū iustitie. Iustitia autē dicitur tripliciter Uno modo prout importat rectitudinem ordinantem actum hominis in cōperatione ad alium singularē hominem Et sic est iustitia particularis & uirtus cardinalis Secundo mō dicit̄ p ut iportat rectitudinem ordinantem actum hominis in comperatione ad bonum commune multitudinis. Et sic dicitur iustitia legalis. Tertio modo dicitur iustitia secūdum q̄ importat rectitudinem ordinantē actū hominis in cōpatione ad bonum propriū cū homo subicitur deo & uires inferiores subduntur anime rationi. Et hanc iustitiā philosophus .v. ethi. appellat methaphoricam. Ab hac igitur iustitia tertio mō sūpta sumitur iustificatio passiue accepta .s. pro fieri iustum nō pro facere iustum. Et hoc etiā non per modū simplicis generationis quia sic posset competere ei qui non esset in peccato sum iustitiam acciperet a deo sicut Adam in principio accepit iustitiam originalem cum adhuc non haberet peccatum. Sed sumit̄

pro ut huiusmodi iustificatio in homine includit rationem motus de contrario in cõtrariũ. s. iustitia adin iustitiã. Secundũ notãdũ ꝙ ad iustificationẽ impii cõcurrũt quatuor per ordinem. Primũ est gratie infusio. Secundum motus liberi arbitrii per fidem formatam in deum. Tertium motus liberi arbitrii in detestationem peccati. Quartum est remissio culpe. Tertium notandum secundũ Ric. in. iiii. di. xvii. Quod iustificatio impii quantum ad ea que sunt de eius essentia. s. quantum ad peccatorũ remissionẽ & gratie infusionem fit in instanti quia secundum glo. Actuũ. ii. c. super illo uerbo Factus est repente de celo sonus tanꝗ aduenientis spiritus uehementis. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Secũdo contingit dubitare de iustificatione impii circa operis excellentiã Utrum sit maximũ opus dei. Et uidetur ꝙ sic. Nã in psal. dicitur Miserationes eius super omnia opera eius. Et ecclesia cantat. Deus qui oĩpotentiam tuam pcendo maxime & miserando manifestas. Et Aug. exponens illud Ioh. xiiii. Maiora horum faciet ait. Maius ẽ ut ex impio iustus fiat ꝙ creare celũ & terram. Sed in cõtrariũ arguere possumus. Primo quia per iustificationem impii cõsequitur aliquis gratiam uie sed per glorificationẽ consequtur aliquis gratiã patrie que maior est ergo glorificatio angelorum uel hominum ẽ maius opus ꝙ impii iustificatio. Secundo arguimus quoniã iustificatio impii ordinatur ad bonum particulare unius hominis. Sed bonum uniuersale. s. uniuersi est maius ꝙ bonum unius hominis ut patet in primo ethi. ergo maius opus est creatio celi & terre ꝙ iustificatio impii. Rñdet Tho. i. ii. ubi supra. Quod opus aliqđ põt dici magnum dupliciter. Vno modo ex pte mõi agendi. Et sic maximũ est opus creationis in quo ex nihilo fit aliquid. Alio mõ põt dici magnum aliquid ppter eius magnitudinem quod fit. Et secundũ hoc maius opus ẽ iustificatio impii que terminat ad bonũ eternũ diuine pticipationis ꝙ creatio celi & terre que terminatur ad bonum nature mutabilis. Vnde Aug. cũ dixisset. Quod maius est ut ex impio fiat iustus etc. subiũxit. Celũ. n. & terra trãsibit pdestinatorũ aũt salus & iustificatio pmanebit Ad primũ autẽ argumentũ qđ infertĩ. Quod glorificatio angelorũ & hoĩm ẽ maius opus ꝙ impii iustificatio dicendũ. Quod aliqđ magnũ dicitur dupliciter. Vno mõ secundũ ꝗntitatẽ absolutam Et hoc mõ donũ glorie est maius ꝙ donũ gratie iustificãtis impiũ. Et secundũ hoc glorificatio iustorũ ẽ maius opus ꝙ iustificatio ipii. Alio mõ dicitẽ

aliqd magnũ q̃ntitate ꝓportionis sicut dicitur mõs puus & miliũ magnũ. Et hoc mõ donũ gratie iustificãtis impiũ ẽ maius q̃ donũ glorie beãtificãtis iustũ q̃a plus excedit donũ gratie dignitatẽ impii q erat dignus pena q̃ donũ glorie dignitatẽ iusti q ex hoc ipo q ẽ iustificatus ẽ dignus gloria. & iõ Aug. ubi supra dicit iudicet q põt Verũ maius sit iustos angelos creare q̃ impios iustificare. Certe si eq̃lis ẽ utrũq̧ possibile hoc maioris ẽ mĩe. Ad scd̃m dicẽdũ q bonũ uniuersi est maius q̃ bonũ pticulare unius si accipiatr̃ utrũq̧ in eodẽ genere. Sed bonũ gratie unius ẽ maius q̃ bonũ nature totius uniuersi. Tertio cõtigit dubitare de iustificatiõe pctõris. Verũ sit miraculosa. Et dñt Ric. & Tho. Quod iustificatio ipu & si fiat p potentiã supnaturalis agẽtis tñ miraculosa nõ ẽ loquẽdo ꝓprie de miraculo eo q naturaliter aĩa ẽ gratie capax. eo. n. ipo q facta ẽ ad imaginẽ dei capax dei ẽ p gratiã ut Aug. dicit. xiiii. de tri. Si uero deus q̃nq̧ tã uehemẽter aĩam moueret ut statim q̃ndã pfectionẽ iustitie assequeretr̃ sicut fuit i cõuersiõe pauli adhibita etiã exterius admirabili uisione & pstratione aliisq̧ circũstantiis miraculosis tũc talis iustificatio miraculosa diceretr̃ Iõ conuersio pauli tãq̃ miraculosa i ecclesia cõmẽoratr̃ celebriter. Quare uero deus nõ concurrat sẽp ad iustificãdos ipios cũ similibus signis nõ interẽ nostra diiudicare. Nobis satis esse dẽt q̃a post facinora & delicta postq̧ in ueterata mala q̃ñcũq̧ uoluerimus gratiã eius & charitatẽ nobis cõciliare sp ad uota illũ inueniemus patũ non differre aĩam peccatricẽ si eã cõpunctã uiderit iustũ facere. Redite ergo puaricatores ad cor & cognoscite miseriã aĩaꝝ uestraꝝ. Videte picula iferni que uobis imnẽt. Cogitate clemẽtiã masuetudinẽ pietatẽ & miam oĩpotentis dei & exuentes ueterẽ hoiem reuertimini ad illũ & agite penitẽtiã ut sic obtineatis gratiã i presenti & i futuro eternam gloriam Amen.

Feria q̃rta post dñicam i septuagesima. De cõplacẽtia quã hẽt deus q̃ñ peccatores reuertũtr̃ ad penitẽtiã. Sermo. v.

Ox dilecti pulsãtis. Api mihi soror mea sponsa. Iterum ubi supra. Excogitat creator noster deus sp hoies saluos facere nõ solũ iustos sed peccatores si eorũ malitia nõ obsistat. Quos & si uocet cũ mĩa ut dictũ ẽ in pcedẽti sermone excitat adhuc ut ad pniam reuertãtr̃ cũ uoce cõplacẽtie Osñdit. n. signis manifestissimis sũmã habere cõplacẽtiã de cõuersione pctõꝝ. Nã non solũ peccata illis remittit sed adhuc copiosa bñficia illis clemẽtissime tribuit

Quamobrem in pñti sermõe colligere uolo q sint effectus diuine cõplacẽtie q sequũt penitẽciam aĩe audientis uocem dilecti spõsi. Et notabo tres principales effectus. Primus dicit bonorũ restitucio. Secundus angelorum letificatio Tertius peccatorũ exultatio.

Quod deus restituit pc̃tõribus penitẽtibus ꝓpter cõplacẽtiã q̃ hẽt d' illorum cõuersiõe omnia bona que fuerãt ꝑ peccatũ mortificata. Capitulum. i.

Rimus effectus q seq̃ ad cõuersionẽ pc̃tõris i quo relucet cõplacentiã dei dicit bonorũ restitutio. Scd̃m .n. doctrinam theologorũ Ric. de media uilla dñi Bon. & aliorũ di. iiii. quarti li. Deus restituit penitẽti opa ꝑ culpam mortificata que antea uiua fuerãt. Ad qd̃ clarius intelligẽdũ notãda sũt tria. Primũ notandũ ꝙ oĩa opa bona i charitate facta adueniẽte mortali culpa mortificãt & depdunt secũdũ illud Ezechielis .xviii. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatẽ secũdũ oẽs abhominationes q̃s opari solet impius. Nunqd uiuet? Oẽs iustitie eius q̃s fecerat non recordabũt. Scd̃m notãdũ ꝙ cũ dicit in scripturis deũ nõ recordari ut i prefata auctoritate aut nescire ut Math. xxv. Nescio uos. sic ẽ itelligendũ ꝙ nõ recordet aut nesciat illos quos ñ approbat remuneratiõe dignos. Nã ut inqt dñs Bon. in. i. di. xxxviii. Duplex ẽ sciã in deo. Vna que dicit simplicis notitie qua cognoscit oĩa bona & mala in quã nulla cadit ignorãtia. Alia uocat scia approbationis ut dicat scire aliqd qñ illud approbat & nescire cũ reprobat. Sic etiã nõ recordari dicit nõ ꝙ obliuio cadat i eo sed qa nõ recordat malorũ que qs fecit & de illis penituit ut ea puniat nec recordat bonorũ que qs fecit & ꝑ peccatũ ab illis cecidit ut ea remuneret. Tertiũ notãdũ ꝙ si qs ante peccatũ ꝓpter bona ꝑ eũ in charitate facta meruisset esse de scd̃o aut de tertio uel de ultio ordine ãgelorũ & postea peccato adueniente tale meritũ ꝑdidisset & talis ad pniam rediret reuiuiscũt ei bona preterita que fuerant mortificata eo ꝙ in tali statu meriti ẽ in quo erat anteq̃ caderet utputa si erat i merito ꝑueniẽdi ad scd̃m ordinẽ beatorũ ad pniam ueniẽs in tali merito se reciperet. Et sic de oĩbus gradibus beatitudinis. Quod expsse saluator noster innuit i pabola de filio ꝓdigo Luc. xv. Quẽ cũ uidisset pater seminudũ uestes laceratas hñtem & discalciatũ. i. ꝓpter suam culpã ꝑuatũ merito ꝑcedenti dixit ad seruos suos. Cito pferte stolã ꝑmã & induite illũ & date annulũ in manu eius & calciamẽta in pedes eius ꝑ que oĩa precedens meritum

depditū p peccatū bonitate dei penitētibus restitutū uerissime in/telligit. Sed cōtra hoc nōnulli arguūt p quoddā Vgonis dictū. Nemo inqt in spe correctionis peccare dēt qa qd semel amittitur ipm amplius nō recuperatur. Ad hoc rñdet Bon. ubi supra Quod dictū Vgonis itelligit de illo ope bono qd homo potuisset facere uel fecisset illo tpe quo peccauit qd quidem non recupabit qa si alio tpe uelit facere qd omisit pdit opus quod deberet facere p illo tpe. Et si adhuc instet p illd qd Hironymus ait in.c. Qui/cūq di.l. Reuerti in pstinū gradū difficile ē. Possumus rñdere qd Hieronymus loqt ibi de gradu tpalis dignitatis aut spiritualis & ecclesiastice sicut patet in uerbis eius & i plerisq capitulis prece/dētibus & cōsequētibus. Nos aūt loqmur de statu eterne salutis & merito triumphantis ecclesie.

Quod deus facit angelos letari in conuersione peccatorū & de augmento gaudii i angelis beatis. Capitulum. ii.

Ecundus effectus q cōseqt cōuersionē peccatricis aie i quo relucet cōplacentia dei dicit angelo℞ letificatio. Facit utiq deus angelos omnes iubilare & exultare cum pctōr cōuertitur ad penitētiā. Vñ luc. .xv. dicit uerbo xpi. Gaudiū est angelis dei sup uno peccatore penitentiā agente. Ad qd intelligēdū notandū secūdū Bon. di.xxi.ii.li. Quod gaudium angelo℞ crescere potest intelligi dupliciter. Aut extensiue Aut intensiue. Extēsiue dicitur crescere qñ qs de pluribus gaudet. Intēsiue uero qñ affectus eius de aliquo copiosius gaudet. Si ergo loqmur de cremēto gaudii se/cūdū pmū modum sic uer℞ est & doctores communiter sentiunt q ipis beatis angelis accrescit gaudiū ex salute peccato℞ qa de plu/ribus gaudent sed q plures saluant. Si autē loqmur de cremento gaudii qntū ad intensionē sic est distiguēdū. Nā gaudiū duplex est. Quoddā ē gaudiū in quo consistit pmiū substātiale & illud est gaudiū de bono increato qd angelus habet de celo & est in deo. Est iterum gaudiū quoddā accidentale & illud est gaudium quod angelus hēt de bono creato siue pprio siue alieno. De huius uero gaudii augmento triplex fuit opinio. Prima eorum qui dixerūt qd i angelis beatis accrescit utrūq gaudiū intēsiue quia nōdū sūt perfecte beati qūis sint confirmati in gratia. Sed hec opinio falsa est quoniā pfecta beatitudo in uisione cōsistit diuine essentie. Et Mathei. xviii. dicitur. Angeli eo℞ sp uident faciē patris mei qui in celis est. Secunda opinio fuit eo℞ q dixerūt q neutrū gaudiu

crescat in angelis intensiue sed solũ extensiue sicut charitas eorum non est maior q̃ fuit ab initio quãuis plures nunc diligãt q̃ tunc Sed istud nõ uidet̃ ꝓbabile quia si angelis accrescit materia gaudii accrescit & ipm̃ gaudiũ. Tertia opinio catholica & secura est eoꝝ qui tenent ꝙ in angelis nullo mõ accrescit gaudiũ i quo cõsistit p̃/miũ essentiale qa ꝯnctũ ad illud pfecte sunt beati. Sed gaudiũ in quo cõsistit p̃miũ accñtale accrescere põt nõ solum extensiue uerũ etiã intensiue & ratione boni ꝓprii & rõe boni cõiuncti qa mini/strando aliis bona opa faciũt in qbus p̃mium accidẽtale merent̃ & qa etiã cõciues suos ad beatitudinẽ ꝑducũt sup quibus cõgratulãt O q̃ uigilãter itaq atq sollicite dñt curare pc̃tõres miseri de suis pc̃tis pniam facere quos expectãt oẽs angelici chori quos inuitãt angeli ad padisi delitias. Venite igĩt o pc̃tõres fetidi. Venite ad possidẽdã ciuitatẽ oĩm bonoꝝ ubertate refertissimam Venite per sanctã pniam ad cenam magni dei. Quid queritis male opãdo cũ tenebraꝝ principe? Quid de cõmertio demonũ. Quale premiũ de peccatis & malis cõmissis spectare potestis. Stipẽdia iqt apostolus peccati mors ẽ. Ro. vi. Nostra sit uobis gratia societas ut simul cõuiuamus in felicissimo regno dei. O peccatores duri. O pc̃tores obstinati Vos expectamus ut agatis pniam que. tantũ placet deo nostro ut & nos uelit etiam in uestra conuersione letissimos fieri atq iocundos.

Quod deus etiã i ecclesia militãti exaltat & sublimat ad dignita/tes spirituales pc̃tõres si reuertant̃ ad pniam. Capitulũ .iii.

Ertius effectus qui cõsequitur conuersionẽ peccatoris dicitur peccatoꝝ exaltatio. Voluit qdem deus ostendere q̃ gratũ sibi est cum peccatores ad penitentiam conuertuntur eos mirum in modũ sublimando & exaltãdo i utraq ecclesia militantei. s. & triũ/phanti. Et licet secundum rigorem disciplne quando q factum ut ab ecclesiasticis dignitatibus propter crimina nonnulli caderent ad quas etiam post pactam penitẽtiam non liceret redire ut scribitur l. di. c. Vt constitueret̃ & c. Si lapsis. & c. Qui semel . & c. Pres/biterũ & c. Miror. & c. Clericum. & c. Clerici. & c. Si episcopus Verũtamẽ hoc nõ dicitur ex desperatione idulgentie. Quinimo inuenti sunt q̃ plures qui post lapsum per penitentiam restituti sũt ad spirituales ordines & ecclesiasticas dignitates. Fuit princeps apostolorum Petrus restitutus per penitẽtiam ad apostolatum & principatũ apostolorũ nõ obstãte precedente peccato sicut scribit

l.di.c. Ponderet.&c. Considerandū.&c. Fideliter In.c.uero Si post ordinacionē.§. Si cōtra alia pctōrū penitenti inducūtur exēpla Dicitur enī ibi sic Maria soror aaron postq̄ lepra pcussa est qa in moysen murmurauerat acta pnia peccato mūdata est & pstinā gratiam prophetisandi recepit. Aaron post cōflatū uitulū in sūmū sacerdotem consecratus ē. Dauid post adulteriū homicidiū pphecie spiritū recepit & in pprio gradu permāsit. Achab quoq̧ post mortem naboth uiri sanctissimi per penitenciā humiliatus in regia sede remāsit. Et ut ptereamus multa exempla ueteris testa/mēti. Petrus negauit xp̄m & postea princeps apostolorū factus est Paulus Stephanū lapidauit & tñ a deo in apostolū est electus. Multi quoq̧ ab heresi ad unitatē fidei catholice reuertentes i suis ordinibus sunt recepti Alii uero ad epalē etiā gradum sunt pmoti ut pote Augustinus & alii plurimi. hec ibi. Verumtamen inter omnes peccatores per penitenciā restitutos ad precedentes gradus siue ad alios aliquos de nouo eis collatos efficaciorem nobis fiduciā & animum prestant tres illi nequissimi uiri. Paulus superbissimus. Dauid luxuriosissimus. Matheus uero cupidissimus & auarus. Horū tñ uoces magis q̄ aliorum uoluit spiritus sāctus in ecclesia resonare. Licet enim scripsit euāgelia Iohānes Lucas & Marcus tamen frequencius legitur euangelium secundum Math. Et licet inueniantur psal. aliorum multorum non solum illi quos Dauid cecinit tamen ecclesia illos Dauid sepius decātat Licet etiā Petrus Iacobus & Iohannes ac Iudas Thadeus suas epistolas canonicas scripserint tamen epistole Pauli magis in diuinis officiis habentur i usu. Quod ideo factum esse credendum est ut omnes percipiant q̄ cara deo sit conuersio peccatorum quos tam sublimiter per peni/tenciam in ecclesia sua dignatus est exaltare. Quanta aūt erit ta/lis in regno celorum gloria a redemptore mundi dictum est Math. xxi. Meretrices inquit & publicani precedēt in regno celorum. Et hoc exemplo monstratū est in Tarsi meretrice pulcherima & formosa que postq̄ multorū aīas illaqueauerat dedisseq̧ multis occasionē se ipsos interficiēdi accidēte ad eā Panucio sctissimo uiro cōtricionē & cōpunctionē suorū scelerū hūit adustisq̧ oībus uani/tatibus i platea publica ut daret exēplū his cū quibus peccauerat in cellula quadā puula se inclusit i q̄ p fenestrā paululū panis & aque quibus sustentaretur die qualibet accipiebat Cum ergo tri/bus annis fuisset īclusa profectus panucius ad abbatem Anthoniū

cui multa reuelabãt a deo ut ab eo iquireret si deus ei sua peccata remisisset. Narrata causa sanctus Anthonius conuocatis discipulis precepit ut illa nocte orarent statimq̄ abbas Paulus maior discipulus Anthonii uidit in celis lectum speciosis ac preciosis uestibus ornatum quem tres uirgines sacre facie clara custodiebant. Cumq̄ Paulus diceret gloriam illam eẽ Anthonii audiuit uocem dicẽtem sibi. Non est Anthonii sed Thaisis meretricis. Quod cum mane audiuisset Pannucius cum gaudio discessit. Et cum illam eduxisset de cella. xv. diebus superuixit post quos meretrix penitens quieuit in domino. Audiuimus igitur ex tribus effectibus enarratis q̄ summa est in deo complacentia ut peccatores reuertantur ad illũ. Et tamen cum ipse hac uoce melliflua incitet omnes nescio unde fiat nisi ex humani cordis duricia ut non audiatur. O infelix anima peccatrix. O seua immanis & crudelior omni belua desine iam male facere. Impone finem delictis tuis quere dominum deum tuũ dum inueniri potest ut accipias ab eo gratiam in pñti & in futuro perpetuam gloriam. Amen.

Feria sexta post dominicam in septuagesima De iflammato & ardẽtissimo amore dei ipse clementissimus pater pĉtõribus quem exhibet et ostendit ut illos ad se trahat ac reuocet et inducat ad penitentiam. Sermo. vi.

More langueo. Habẽtur hec uerba in persona Christi dei & hominis salutem peccatorum sitiẽtis originaliter Cant. v. c. Si cogitarent excecati peccatores quãta dilectione complectitũ illos pissimus deus profecto omni studio & uigilantia deposita delictorum sarcina ad diligentem se properarent. Neq̄ enim inueniri quispiam potest non pater non mater non frater non soror non filia non filius non denique domesticus quilibet amicus siue propinquus qui tantum diligat eos quantum amat ipse mitissimus pater celestis. Quod considerans Vgo in li. de arra sponse sic alloquitur animam peccatricem. Sponsum habes & nescis pulcherrimum omnium & faciem eius non uidisti. Ille te uidet quia nisi te uidisset nõ te diligeret. Noluit adhuc se ipsũ tibi presentare sed munera misit arram dedit pignus amoris. hec ille. Est utiq̄ anime legittimus & immaculatus sponsus deus dei filius qui in cruce exaltatus clamat grandi & amorosa uoce dicitq̄ aïe propter peccata pereunti & ad inferna currenti illud Hieremie secundo. Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis tamen reuertere ad me & ego suscipiam te.

Quidnā dulcius qd suauius qdue clementius potest audiri? Ondit
nempe multis diuersisq modis rex regum deus noster q hominem
diligit eiusq salutem etiam post peccata & nefanda facinora ar/
dentissime sitit. Quapropter ut euigilent somnolenti peccatores
& expgiscantur ad uocem beniuolentie summi dei in presenti ser/
mone de amore quem deus peccatoribus exhibet nonnulla erunt
uidenda ut uerificetur in corde omnium quod dictum est in the/
mate in persona illius quia scilicet amore langueo. In quibus uer/
bis de amore illo tria mysteria principaliter pponimus declarāda.
Primum de ipsius ueritate. Secundum de eius uoluntate. Tertiū
de illius copiositate.

Qualiter deus ex amore malis & pctōribus copiosissima bñ/
ficia sua largit. Et qd ē amor siue dilectio dei. Cap. i.

Rimum mysterium declarandum de amore quo deus pecca/
tores diligit dicitur ueritatis. Nam posset non immerito aliqs
dubitare. An uerum sit q deus peccatores diligat. Quoniam si di/
ceretur Quod sic. Statim occurrerent dicta scripture sacre qbus
insinuari uidetur contrarium. Vnde in persona dei prouer. viii c.
dicitur. Ego diligentes me diligo. Et Io. xiiii. Christus dixit. Qui
diligit me diligetur a patre meo & ego diligam eum. Sed pctōres
non diligunt deum. Ergo deus nō diligit illos. Et eccle. xii. sapiēs
inquit. Altissimus odio habet peccatores. Et Iudith. quinto c.
scribitur. Deus peccatorum odit iniquitatem. Et Augustinus. xii.
libro de ciuitate dei. c. iii. ita asserit. Dicuntur in scripturis inimici
dei omnes qui eius aduersantur imperio non natura sed uitiis nihil
ei nocere ualentes sed sibi. Inimici eni sunt potestate non resistēdi
sed uolūtate ledendi. Et idē Augustinus in li. de penitentia refert
quod etiam ponitur de pe. di. iii. c. Sunt plures scio dominū ini-
micum oī criminoso. Et dauid in psal. ad deum sic loquitur. Odisti
omnes obseruantes uanitates idest peccata. Et sapie. xiiii. ca. simi/
liter dicitur. Sunt deo odio impius & impietas eius. Si itaq inter
deum & peccatores est inimicicia & odiū ergo deest amor quoniā
simul ista stare non possunt. Sed contra est dictū sapiētis. Sapie
ii. c. qui deo dicit. Diligis omnia que sunt & nihil odisti eorum que
fecisti. Pro huius dubii declaratione notanda est sententia domini
Bon. di. xxxii. tertii. libri. que talis est. Quod deus non dicit crea/
tam diligere rōe affectiōis animi sed rōe colcatiōis alicuius boni.
Ita q dilectio dei dicitur potius esse dilectio effectus q affectus.

Cõmunicatio aũt bõitatis diuíe si attendat quãtum ad effectũ gratie se non extendit ad peccatores. Ideo propter huius boni subtractionem dicitur illos odire & sic itelliguntur auctoritates superius allegate. Sed cõmunicatio aliorũ beneficiorum & bõis & malis eadem est ob quod & malos etiam diligit nõ ut malos sed sua illis beneficia tribuens ut boni fiant. Sũt autem inter cetera tria beneficia peccatoribus a deo collata. Primum creationis. Secũdm gubernatiõis. Tertiũ sociatiõis. Primũ beneficiũ qd deus peccatoribus confert ex dilectione & amore dicitur creationis. Quisnã estimat quantum bonum est esse in numero creaturarũ nõ quarumcũq3 sed rationabiliũ? Nullo quidẽ precio emi posset unus ex oculis uel aliis mẽbris nostris multo magis nec aliq̃ potẽtia anime. Et quis est qui dedit animam cum potentiis & corpus tam bonis q̃ malis nisi deus. Et cur dedit nisi ex mera caritate & ex mera liberalitate sua? Hoc est quod lactã. in. ii. li. di. insti. ait Deus ueri patris officio functus est Ipse corpus effinxit ipse animam q̃ spiramus infudit. Illius est totum quicquid sumus. Et Bernardus in sermonibus. Parum ne tibi uidet o homo Cogita qualem te fecit. Nempe secũdũ corpus egregiam creaturã scdm animam magis imagine creatoris insignem rationis participem beatitudinis eterne capacẽ porro ãbo sibi coherere fecit artificio incõprehensibili & sapiẽtia inuestigabili. Nec hoc ante pmeruit qui ante non fuit. Nec spes retributionis fuit quoniam bonorũ nostrorum non eget. hec ille. Sed qui non recte de deo sentiũt de eius beneficiis ingratissimi conqueruntur dĩc etenim. q͂ licet magnum bonũ sit esse quod per creationẽ peccatores acceperũt a deo tamẽ cum deus presciererit eos futuros malos atq3 dãnandos cur illos creauit. Quibus sic respondet Augustinus. ii. li. de ci. dei c. xviii. Neq3 enĩ deus ullum nõ dico angelorũ sed uel hominũ crearet quem malum futurum esse presciisset nisi pariter nosset quibus eos bonorũ usibus cõmodaret atq3 ita ordinem seculorũ tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis honestaret. Antitheta enĩ que appellant i ornamẽtis elocutiõis sunt decentissima que latine appellant apposita uel qd expssius dicitur contraposita. Non est apud nos huius uocabuli cõsuetudo cum tamen eiusdem ornamentis elocutionis etiam sermo latinus utat imo lingue omniũ gentiũ his antithetis. Et paulus apostolus in. ii. epistola ad cor. illum locum suauiter explicat ubi dicit per

cum suis bonis magis dilexerunt q̄ deum. Timent mortẽ que pu̇at
eos omni terreno bono & uita temporali quam p̄posuerunt eterne.
O quantus labor eorũ corda mentesq̄ occupat. Alteratur ex hu/
iusmodi passionibus ratio quia scd'm Aug passiones tristabiles plus
rationem suffocant q̄ delectabiles. Inde fit ut & ipsi miseri q̄ ppo/
suerunt malefaciendo in extremo uite ad penitentiam uenire nihil
de deo cogitent nullamq̄ de propria salute memoriam habeãt q̄a
ut Aug in sermone de innocentibus ait. Percutitur hac animad/
uersione peccator ut moriẽs obliuiscatur sui q̄ dũ uiueret oblitus
est dei. Sunt de hoc quotidie exẽpla clarissima. Nam & ego uidi
quendam in extremis laborantem qui ditissimus erat & diuitias nõ
sine peccatis congregauerat. Cunq̄ monerem eum ut iam anime
salutẽ quereret male libẽter audiebat huiusmodi uerba. Quĩmo
in lectulo ĩ quo iacebat se uoluẽs suspirabat gemebat imo rugiebat
d. O quã um laboraui ut thesaurizarem & alii gaudebũt de the/
sauris meis. O diuitie mee. O pecunie mee. O iocalia mea quis uos
possidebit & quibus uos relinquam. Et in his & similibus retinens
cor & animum miserrimus expirauit. In ciuitate etiam Spoletana
puella quedã formosa fuit que uanitatibus semper intenta nil de
futura uita cogitabat. Hac ĩfirmitate percussa monitiões & hor/
tamenta salutis abhorrebat sicut mihi retulerunt qui uiderunt &
audierunt illam Tandem inualescente morbo cũ cerneret seduc
iuuencula de proximo sibi ĩminere mortẽ rogauit instanter matrẽ
ut eam uestiret & preciosis indumentis que ferre consueuerat or/
naret poliretq̄ illam tanq̄ si ad nuptias essec accessura. Annuit ei
mater fecitq̄ quod filia uolebat. O terribile iudicium O stupẽdũ
& admirabile dictũ. Sic ornata sic seduca suspirãdo clamare cepit
iuuencula uana. Heu quia moriar ego sic pulchra moriar ego sic

decore moriar ego in tam tenera etate. Dicebant illi circũstantes Committe te deo filia quia benignus & clemens est. At illa magis lamentabiliter respondebat. Et quid mihi cum deo? Veni o diabole suscipe tu animam meã Inter que uerba expirauit damnata & desperata. Secundo permittit deus impugnari peccatores impenitentes in extremo uite a demonibus. Ipsi etenim spiritus maligni & si a circũstantibus nõ uideãt apparent tñ his q moriũt aspectu horribilissimo temptantq infestant ac conantur durissimo certamine ut de misericordia desperent. Vnde Beda refert de gestis anglorum. Quod rex quidam anglie Adouerendus nomine habuit militem in armis probum sed corruptum in moribus. Cũ aũt improuisa ĩfirmitate feriretur a rege uisitatur & monetur ad penitentiã q rennuit. d. Quod uideret hoc facere timiditate conlis. Cum uero ad mortis deduceretur terminos iterũ rex uisitauit eũ confortans ut peniteret. O domine mi rex tarda hora est cum iã iudicatus sum & damnatus. Nam paulo anteq̃ huc intrares ingressi sunt duo clarissimi iuuenes quorũ unus sedit ad pedes lecti mei alter ad caput & dixerunt. Iste adiudicatus est morti. Videamus si aliquod iui habemus i eo Et unus extraxit librum speciosissimum sed ualde paruulũ de sinu suo litteris aureis & fulgentibus cõscriptum in quo legẽs uidi aliqua parua bona que feceram in iuuẽtute mea anteq̃ mortaliter peccassem. Et cum mi omodo exultarem in uisione horum ecce duo teterrimi demones intrauerunt & unum magnum librum litteris nigris scriptum in quo uidi omnia peccata mea. Et dixerunt demones angelis qui ibi erant. Quid hic facitis cũ in eo nullum iui habeatis & liber uester nihil ualeat sed noster? Et responderunt angeli ꝙ uerum est & recesserũt. Et hi duo demones cruciãt me. Quibus dictis infelicissimus expirauit Est ergo molestus diabolus morientibus non solum impiis atq peruersis sed etiam sanctis & amicis dei. Scribit enim Cyrillus ad Aug. in transitu Hiero. Quod Eusebius uir sanctissimus quondam Hieronimi gloriosissimi discipulus, Cum esset e uita migraturus adueniẽte die qua se ex Hieronimi reuelatione migrare sciebat die tertio preeunte labore febrium concussus ualide super terram magistri non immemor nudum deferri fecit a fratribus & a singulis osculũ accipiens benigna eos consolatione confortauit ut in sancto manerẽt proposito Deinde saccum quo operiebatur gloriosus Hieronimus deferri & supra se poni fecit ordinauitq se nudum instar magistri

sui Hiero. gloriosi extra ecclesiam in qua iacebat sancti Hiero. corpus sepeliri. Post hec corpore sacratissimo domini se muniens deo & beato Hieronymo deuote se commendauit. Et sic per triduum locutione corporali ac uisione priuatus circũstantibus fratribus psalterium ac passionem domini ac alia sancta legentibus. Die uero quo moriturus erat ante beate anime exitũ p duas horas uenerabilis Eusebius cepit ita terribiles actus peragere ꝙ circunstãtes monachi pauore perterriti uelut amentes in terra iacebãt. Nam quandoq; transuersis oculis manibus simul iunctis uoce dira facieq; terribili clamabat. Non faciam. Non faciam. Mentiris mentiris. Post hec ad terram rediens faciem i terra firmabat q̃ntũ poterat clamans. Adiuuate me fratres ne periã. Quod monachi uidẽtes lacrimãtibus oculis eum interrogarunt quid esset. Ad quos ille. Nonne uidetis demonum agmina qui me deuorare cupiunt. Et illi. Quid te facturum uolebant cum dicebas. Non faciã mẽtiris? At ille. Conabantur namq; ut nomen dei blasphemarem & ego hoc nolle facere acclamabam. Dicebant insuper ut de dei misericordia desparem eo ꝙ essem damnatus. Quibus ego respõdebã ꝙ mentirentur. Abscondebam autem faciem meam ne uiderẽ eorũ aspectum qui tam terribilis est ut sustineri nõ possit. Si ergo hic dei amicus tam durum prelium a demonibus sensit quid facient peccatres nefandissimi qui tam diu diabolo seruierunt. Tertio permittit deus peccatores impenitentes impugnari in extremo uite a parentibus a domesticis & propinquis Ipsi equidem sũt qui egrotantibus confessionem nominare non audent sacerdotes & religiosos nominare uolentes indignanter expellunt notarios si cõparuerĩt ut testamẽta cõficiant turpiter eiiciunt. O amici carnales O inimici animarum carorum uostrorum. De uobis dicit̃ Math. x. c. Inimici hominis domestici eius. Propterea salubriter ꝓuisum est per. c. Cum infirmitas. de pe. & re. Dicit enim sic cũ ĩfirmitas corporalis nonnunq̃ ex peccato ꝓueniat dicente domino lãguido quem sanauerat. Vade & amplius noli peccare ne deterius tibi contingat presenti decreto statuimus & districte ꝓcipimus medicis corporum ut cũ eos ad infirmos uocari contingerit ipsos ante oĩa moneant & indicant ut medicos aduocent animarum ut postquam infirmo fuerit de spirituali salute prouisum ad cõrporalis medicĩe remediũ salubrius procedatur cum. cessãte causa cesset & effectus. hec ibi. Sed permittente deo ad puniendã negligentiã ĩpenitẽtiũ

nec ipsi medici statutum hoc saluberrimum ecclesie obseruãt. Timendum igitur est omnibus peccatoribus ne seuiat in eos iusticia dei. Ideo in tempore oportuno sine dilatione studeant ad pñiam redire ut illa mediante faciant se dignos gratia & consequenti btã gloria in qua uiuit deus in secula seculorum. Amen.

Feria quarta post dñicã in sexagesima de seueritate diuine iustitie contra Origenistas q̄ dicunt in fine omnes diabolos ac homines fore saluandos. Sermo. xi.

Reddet unicuiq̧ scd̃m opera sua. Sapientissimi filii dei uerba sunt ista Math. xvi. c. originaliter scripta. Offert se nobis ex omni parte magis ac magis tremenda iusticia dei que non respicit personas hominum non curat angelorum dignitatem sed õibus peccantibus & de peccato nõ penitentibus comminatur ĩdifferenter damnationem eternam. Sunt tamen Origeniste quidam pertinaciter asserentes ꝙ in fine deus lapsis ãgelis & damnatis ueniam dabit quodq̧ infideles omnes reuocabuntur ad celum & ꝙ christiani quilibet habitabunt in paradiso ita ꝙ dei misericordia superabit omnem rigiditatem iustitie eius. Contra tales in presenti sermone dicere statui ostẽdereq̧ q̄ fortis & aspera sit diuina iusticia contra peccatores quoscunq̧. Ad quod intelligendum considerandamq̧ illam proponimus ex triplici parte. Primo ex parte angelorum malorum. Secundo ex parte infidelium excecatorum Tertio ex parte xp̄ianoꝝ falsoꝝ.

Qualiter errauit Origenes circa saluationẽ maloꝝ ãgeloꝝ. & quõ tantus error p sacras scripturas roboraẽ. Cap. i.

Rimo proponimus considerãdum dei iustitiam terribilem & seueram ex parte angelorum malorum. Nam eos excellentissimos nobilissimos perfectissimosq̧ in donis nature multos & q̄si innumerabiles propter unum solum peccatum superbie a paradiso seu empireo celo eiectos eternaliter condemnauit. Verum pro clariori notitia huius partis tria dubia emergunt disputãda. Primum utrũ Origenis opinio fuit ꝙ mali angeli saluabũẽ. Secũdũ utrum mali angeli sint in inferno. Tertium utrum per scripturas probari possit ꝙ angelorum malorum pena nunq̄ finietur. Circa primum dubium est triplex modus modus dicẽdi. Primus est quorundam qui Origenem excusare uolunt. d. Nunq̄ eum falsa aut reprehensione digna nõ solum scripsisse nec docere potuisse. Sed inuidie quorundam attribuunt omnia que de Origene erronea

& heretica predicantur. Inuidi autem talia Origeni ut illum criminarētur iposuerunt. Mouentur autem isti defensores Origenis ad sic tenendum. Tum propter eius sanctimoniam. Tum ꝓpter ꝓfundam sciam. Tum propter feruentissimum zelum. Nā ut colligitᷣ ex dictis Eusebii in historia ecclesiastica & Hieronymi in li. de uiris illustribus. Origenes habuit patrem Leonidam xp̄ianū & martyrē post cuius martyrium cum rebus patrimonialibus ob confessionem nominis christi esset priuatus cum matre uidua & sex fratribus pauper derelictus habens annos circiter .xvii. etatis studio litterarum intentus se matrem & fratres de eo quod docens lucrari poterat sustētabat. Et sepius martyr migrasset ad dominū nisi mater eius pia fraude nocte uestes eius subripuisset. Cōsecutus tandem est a deo scientie gratiam. Eratq; potentissimus in grammatica & omnibus secularibus litteris in omni quoq; philosophia & naturali eruditione perfectus sed instructus maxime in lectione & doctrina diuinorum uoluminum. Vnde pro incredibili fuentie sue prerogatiua doctor ecclesie Alexandrine a Demetrio ipsius loci episcopo institutus est cathedramq; doctoris post Pantheniū & Clementem tertius obtinuit. Cuius scilicet Clementis & ipse auditor extiterat. Vbi dum uerbum domini doceret palam tā uiros q̄ feminas instruxit. Et ut omnis maledicti temporis occasionem infidelibus tolleret quoddam minus perfecti sensus sed feruentis fidei castitatis opus exercuit. Nam illud euangelicum attendens. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum mox illud in se compleuit. Tuncq; nulla aduersariis detrahendi occasione relicta uigilanter doctrine & ꝑdicationi uacauit in abstinētia plurima in ieiuniis in uigiliis Ex eius uero auditoribus multi martyres sunt effecti Et nunq̄ permisit ea que in ecclesiis disserebat a notatoribus excipi nisi quando sexagesimum etatis sue annum agēs multo usu & labore plurimum in uerbo dei fiducie acceperat. Isidorus autem in .vi. ethimo. libro. sic de ipso ait. Origenes in scripturarum labore tam grecos q̄ latinos operum suorū magnitudine superauit. Deniq; Hieronymus sex millia librorum eius se legisse fatetur. Propter hec omnia ergo non uidetur quibusdam ut diximus q; Origenes tam grauiter potuerit errare ut diceret etiam damnatos angelos fore saluandos. Sed his ego respondeo q; nullus est tam sanctus tam iustus tam doctus in lege domini tanq̄ exercitatus in uia eius ut cadere nō possit scd̄m communem legē.

Sapientior certe mundiorq; ipſo Origene erat in celo e[m]pireo
Lucifer & tamen propter peccata expulſuſ eſt inde. Quare autē
deuſ permittit ruere eoſ qui diu in uirtutibuſ perſeuerarunt peni/
tuſ ignoramuſ quia iuditia dei abiſſuſ multa. /Secunduſ moduſ
dicendi de Origene eſt aliorum qui tenent ipſum erraſſe ſed poſt
errorem ad penitentiam ueniſſe. oſtendunt autem planctum quē/
dam qui aſcribitur Origeni tamen planctuſ ille inter apocriphaſ
ſcripturaſ annumeratur ut patet. xv. di. c. Sancta roma. eccle.
Tertiuſ moduſ dicendi de Origene eſt q in ueritate errauerit.
Vnde Auguſtinuſ. xxi. li. de ciui. dei. c. xvii. uel. xxi. ait. Nūc
iam cum miſeri cordibuſ noſtriſ agēdum eſſe uideo & pacifice diſ/
putandum qui uel omnibuſ illiſ hominibuſ quoſ iuſtiſſimuſ iudex
dignoſ gehenne ſupplitio iudicauit uel quibuſdam eorum q nolunt
credere penam ſempiternam futuram ſed poſt certi temporiſ metaſ
pro cuiuſq; peccati quantitate longioriſ ſiue breuioriſ eoſ inde
eſtimant liberandoſ. Qua in re miſericordior profecto fuit Ori/
geneſ qui & ipſum diabolū & angeloſ eiuſ poſt grauiora pro me/
ritiſ & diuturniora ſupplitia ex illiſ cruciatibuſ eruēdoſ & ſociādoſ
ſanctiſ angeliſ credidit. Sed illum propter hoc & propter alia nō/
nulla non inmerito reprobauit eccleſia. hec ille. Et Hieronymuſ
ad Palmachium inquit. Si mihi crediſ Origeniſta nunquam fui
& ſi non crediſ nunc eſſe ceſſaui. Male ſenſit de filio peiuſ de ſpi/
ritu ſancto animarum de celo ruinam impie protulit ueram totiuſ
carniſ reſurrectionem negauit Et idem ad deſiderium ait. Ori/
geneſ melior in boniſ peior in maliſ fuit cuiuſ hereſeſ in libriſ Pe/
riarchon quoſ ipſe compoſuit maxime inueniri dicuntur. Et idem
aduerſuſ Vigilantium ſic loquitur. Operiſ mei eſt & ſtudii multoſ
legere ut ex plurimiſ diuerſoſ floreſ carpam non tam probaturuſ
omnia q̄ que bona ſint electuruſ. Aſſumo multoſ in manu mea
ut a multiſ multa cognoſcam. Origeneſ hereticuſ quid ad me? qui
illum in pleriſq; hereticum eſſe non dubito. Errauit enim de dia/
boli penitentia errauit & de animarum ſtatu & quod deteriuſ eſt
patrem & ſpiritū ſanctū in commentariiſ Iſaie ſeraphin eſſe teſta/
tuſ ē. Si erraſſe nō dicerem & hec quottidie nō anathematizarem
eſſem erroriſ illiuſ ſociuſ. Neq; enim ita debemuſ illiuſ bona ſuſcipe
ne mala quoq; ſuſcipere uideamur. At idem in multiſ ſcripturiſ bñ
īterp̄tatuſ ē & prophetarum obſcura diſſeruit & tā noui q̄ ueteriſ
teſtamenti reuelauit maxima ſacramenta. hec ille. Secūdū dubiū

erat Verum mali angeli sint in inferno. Et ad hoc respondet dñs Bon.di.vi.ii.li.d. cum Alexandro de ales in.ii uolumine summe. Quod locus demonum post lapsum usq ad diem iudicii nō ē locus subterraneus quem uocamus infernum sed aer caliginosus in quo generaliter demonū habitat multitudo. Verū aūt aliq detrusi sint in īfernū hoc ego nescio nec inuenio determinatū a sanctis. Hoc autem bene credo quod aliqui descendent ad torquendas animas scdm quod habent inter se deputata maledictionis officia. Si etiā in isto aere puniantur pena ignis diuersi sentiunt diuersa. Quidā dicunt ꝙ sic licet minus intense q̃ post iudicium. Alii autem dicūt. Quod talis pena differtur eis usq ad iudicium & interī grauē penā suscipiant ex eo ꝙ sunt in isto aere caliginoso quia locus in quo conditi sunt erat celum empireum quod est luminosū & eius locus naturalis ad quem non possunt amplius reuerti. Tertium dubium propositum Verum per scripturas probari possit ꝙ nunq̃ diaboli saluabunt. Et ad hoc Augustinus.xxi.li.de ciui.dei.c.xxxiii. inducit duas auctoritates. Vna ē Io. Apoc.xx.d. Diabolus q se/ducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris ubi bestia & pseudo prophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Alia est auctoritas christi qui Mathei.xxv.art. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Ex quibus sic Augustinus.d. Quod hic dicitur in eternum ibi dicitur in secula seculorum. Quibus uerbis scriptura diuina nil aliud singnificare consueuit nisi qui finem temporis nunq̃ habet. Ideo Augustinus audacter in li. de fide ad Petrum sic loquitur. Firmissime crede diabolum & angelos eius in ignem eternum a christo esse mitten/dos ubi nunq̃ carebunt pena quam eis preparauit diuina iusticia. Si igitur deus tam dure punit angelos quia peccauerunt & in malicia sua obstinati ꝑmanserunt quomodo securi sunt transgres/sores homines diuinorum preceptorum? O reprobi offensores ma/iestatis diuine. O presumptuosi & temerarii executores omnium malarum affectionum cur non timetis? Cur non pauescitis? Cur deniq non compungimini ad comminantem uocem summi dei. Ipse quidem ut in sermone precedenti patet ad uos clamitat. Nisi conuersi fueritis sicut angelis non peperci nec uobis parcam sicut angelos a sedibus celi ieci ita & uos eiciā sicut illos perpetuo cru/ciādos damnaui ita & uos damnabo. O tremēda iusticia dei cui re/sistere nullus potest non homines non angeli spiritus potentissimi.

Qualiter iustitia dei damnabit oẽs infideles & qđ sẽtiẽdũ est de puulis de philosophis & aliis infidelibus. Cap. ii.

Ecundo proponimus cõsiderandam terribilem iustitiam dei ex parte infidelium excecatorum quos omnes quotquot fuerunt quot sunt uel erunt cum infidelitate morientes damnationi perpetue deputauit. Sciendum tamen quod triplex est infidelitas. Prima paruulorum. Secunda philosophorũ. Tertia malitiosorũ. Prima est infidelitas paruulorum Et hec dicitur scđm puram negationem ex hoc solo ꝙ paruuli non habent fidem. Et hec scđm Thomam. ii. ii. q. x. non habet rationem peccati sed magis pene quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primorum parentũ secuta est. Ideo qui cum tali infidelitate moriuntur damnant͡ qđe non propter infidelitatis peccatum sed propter originalem culpã ab illis contractam ita ꝙ omnes paruuli sine baptismo morientes & in lege ueteri sine aliis remediis contra peccatum originale adhibitis erant de numero damnatorum. Verumtamen de illis dubitari solet. Vtrum puniendi sint pena materialis ignis quoniam Augustinus de fide ad Petrum ait Firmissime tene paruulos qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transeunt eterni ignis supplitio sempiterno puniendos. Et idem in Ench. Contrarium uidetur dicere. Mitissima inquit sane eorum erit pena qui preter peccatum quod originaliter contraxerunt nullum insuper addiderunt. Sed si punirentur pena ignis non esset mitissima Ideo dicit dominus Bon. in. ii. dist. xxxiii. Quod quidam attendentes rigorem diuine iustitie ac sententiam qua deus hominem pro uno modico mortali in quo momentanea & quasi nulla fuit delectatio cruciat eternaliter dicunt ꝙ paruuli cremabuntur igne materiali longe tamen minus ꝗ̃ illi qui peccauerunt peccato actuali. Et hoc dicunt sensisse Augustin. cum dixit in Ench. penam paruulorm esse mitissimam. Et in li. de fide ad petrum. Paruuli cruciabuntur eteruo supplicio. Mitissimam enim illam uocat non absolute: sed respectu aliorum. Sed cum ualde durum uideatur quod deus tam dure tam aspere agat cũ paruulis sic decedentibus. Ideo alia extat positio mitior que magis concordat pietate fidei & iuditio ratiõis. Quod quia paruuli decedentes cum originali culpa carent iustitia & spiritus sancti gratia que est pignus hereditatis eterne priuantur in eternum uisiõe dei Quia non in carne fuit feditas ideo ponentur in loco uili utpote infernali. Sed quia non habuerunt

in se actualem delectationem peccati nec in spiritu nec in carne
ideo non sentiunt pene ignis acerbitatem. Et huic opinioni sheret
magister in littera & in textu. Ad dictum uero Augustini pre/
allegatum in libro de fide ad Petrum dicere possumus. Quod ipse
sic loquutus est non intẽdens dicere ꝙ paruuli sensibiliter cruciẽt
sed potius manifestare uoluit penam eorum quãtum ad carentiam
uisionis dei & q̃ntũ etiam ad utilitatem loci. Et hoc ualde abundã/
ter exprimit plus dicens & minus uolens intelligi. Nec sine causa sic
loquitur. Facit enim hoc ad extirpandam illam heresim que di/
cebat puulos nulla pena puniri. Vnde sicut ĩ moribus documẽtũ
est. Quod qui uult ab uno extremorum peruenire ad mediũ debet
declinare ad aliud extremum sicut docet philosophus. ii. ethicorũ
c. ix. Non punientur ergo paruuli pena sensus & materialis ignis
sed pena damni & carentia uisionis diuine. Verum autem insit eis
aliquis dolor interior satis apud doctos dubium est. Quidam enim
uoluerunt dicere carebunt cognitione & dolore. Cognitione qui/
dem exigente dei iustitia & dolore exigente misericordia diuina.
Iustitia namq; exigit ut non detur eis post hanc uitam donũ ali/
quod cognitionis quod in hac uita non habuerunt. Vnde sicut
caruerũt cognitione fidei & omni genere cognitionis intellectiue
illi qui mortui sunt ante usum rationis sic etiam carebunt post hãc
uitam nec diuturnitate tẽporis addiscent. Misericordia exigit ut
non habeant penam actualis doloris cum non habuerint maculam
actualis culpe. Et ideo iusto suo iudicio priuat eos deus omni eo/
rum cognitione que possũt eis inferre dolorem. Melius est enim
talia ignorare q̃ scire. Sed quia difficile est intelligere ꝙ anima
separata non habeat usum rationis & non cognoscat ea saltẽ quo/
rum cognitio est ei naturaliter inserta cum ex parte corporis im/
pedimentum non habeat. Ideo alii aliter opinantur scilicet quod
anime paruulorum & habebunt cognitionem & habebunt dolo/
rem. Scient enim propter quid facte sunt & scient se ab illo bono
merito originalis culpe esse priuatos & tamen non habebunt do/
lorem qui mereatur dici uermis quia non habebunt remorsum ꝙ
perdiderint illud bonum propter propriam negligentiam & con/
temptum. Et pro tanto dolor eorum erit multo mitior q̃m dolor
adultorum. Sed opinio ista bene stare non potest tum propter
hoc ꝙ dolor ille est absq; spe & ita cum murmure & desperatione
tum etiam quia dolor anime redundat in carnẽ. Et si talis dolor

i cum. 11. cap. 2.

ex deliberatione procedit nõ uidet esse absq actuali obligatiõe. Propterea est tertius modus dicendi probabilior & communior. Quod anime paruulorum carebunt actuali dolore & afflictione non tamen carebunt cognitione. Et hoc potest satis rationabiliter intelligi per hunc modum. Decedentes enim in solo originali medium tenent inter habentes gratiam & culpam actualem. Et qm̃ status retributionis debet respondere statui uite presentis in tali statu debent anime paruulorum poni ut quasi mediũ teneant ĩter beatos & eternis ignibus cruciatos. Quoniam ergo beati carent malo pene sensibilis & cum hoc habent dei uisionem damnati ecõtrario sunt in tenebris & puniuntur pena sensibili. Paruuli secũm ordinem rectum diuine equitatis debent communicare in uno cũ damnatis & in alio cum beatis. Sed non possunt communicare cum beatis in habendo diuinam presentiam quia tunc in nullo communicarent cum damnatis. Presentia enim uisionis dei non stat cum pena sensibili. Ideo cũ beatis communicant in hoc q carent omni afflictione exteriori & interiori cum damnatis uero in hoc quod priuantur uisione dei & lucis corporalis. Paruuli igitur sic diuino iudicio inter beatos & simpliciter miseros quasi in medio constituti hec nouerunt. Et cum ex una parte consideratio generet desolationem ex altera consolationem ita equa lance diuino iudicio eorũ cognitio & affectio liberantur & in tali statu perpetuant ut nec tristitia deiciat nec letitia reficiat. Et in hoc mirabilis ostenditur ordo diuine sapientie que cuncta nouit suis locis disponere & ad suam gloriam ordinare. Nã sicut in beatis potissime manifestatur misericordia & in damnatis iustitia ita in istis misericordia simul & iustitia. Et ex hoc patet q non facit deus animas frustra quas nouit de corpore ante susceptionem baptismatis egressuras. Omĩa enĩ facit deus ad suam gloriam manifestandam. Vnde si tu queras quid paruuli faciunt utrum addiscant uel conferant uel aliquod opus exerceant breuiter ego respondeo. Quod diuine iustitie equitas & immutabilitas in eodem statu quantum ad corpora & q̃ntũ ad animas siue ad cognitiuam & quo ad effectiuam perpetualiter eos cõsolidat ut nec proficiant nec defitiant nec letentur nec tristentur sed sẽper sic uniformiter maneant ut sint materia laudãdi diuinum iuditium q sic equum & iustum est ut nullum malum relinquat impunitum. & nullum bonũ irremuneratum & perfectissime teneat medium inter superfluum & diminutum. hec Bon. Ego autẽ

dico q difficile est assignare paruulorum damnatorum q̄litatem & conditionem. Nobis tamen sufficere debet q dei iustitia eos perpetuo condēnabit. Et in hoc redarguende sūt libidinose matres fornicarie & adultere imo filicide quarum culpa fit sepenumero ut uel in utero uel extra uterum paruuli interficiantur. O nefā/dissimum scelus O detestandum malum quo fit ut anime simul & corpora perimantur. Secūda infidelitas est moraliū philosophorū qui scd'm rationis regulam uixerunt extollētes uirtutes uitia uero reprobantes tamen fidem non habuerunt nec explicitam nec im/plicitam. Qui profecto omnes ex diuina iustitia cū damnatis sūt deputati. Nec durū uideri debet ista sentire de sapientibus huius seculi. Quoniam ut inquit Paulus ad romanos.i. Inexcusabiles sūt quia cum deum cognouissent non sicut deum glorificarunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscu/ratū est insipiens cor eorum & dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Tertia est infidelitas malitiosorum. Que scd'm Thomā.ii.ii. q.x. est per contrarietatem ad fidem quando.s. aliquis repugnat auditui fidei uel ipsam contemnit. Et in hoc proprie perficit ratio infidelitatis que peccatum est mortale. Et in hac impliciti sūt iudei idolatrie machometani & alii contra dicētes christiane fidei quoꝝ prochdolor grandis est numerus omnesq dei iustitia damnabit ad inferos etiam si alia peccata non haberent. Nec ualet opinio illoꝝ qui dicunt unūquemq in sua fide uel lege ex quo credit eā bonā posse saluari: quia ut scribitur Extra de summa trinitate & fide catholica. Vna est fidelium uniuersalis ecclesia extra quam nullus omnino saluatur. Et de hac d. Cyprianus. xxiiii. q.i.c. Loquit. Hanc unam ecclesiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona christi domini designat.d. Vna est columba mea formosa mea. Hanc ecclesie unitatem & beatus Paulus docet & sacramētū unitatis ostēdit.d. Vnus deus una fides unū baptisma unū corpus & unus spiritus una spes uocationis nostre. Ad idem est c. Quoniā uetus. xxiiii. q.i. Et.c. Aliud de conse. di. iiii.

Qualiter iustitia dei dānabit oēs malos xp̄ianos sīn penitētia morientes & q̄re pena eoꝝ grauior erit alioꝝ. Cap. iii.

Tertio proponimus considerandam acerrimam iustitiā dei ex parte xp̄ianorum falsorum quos cum diabolis & infidelibus si in peccato moriantur condēnabit. Et ad hoc clarius intelligēdū de illorū damnatione notabimus tria. Primo uerificationē. Scd'o

rationem. Tertio grauationem. Primo notabimus uerificationē. Vnde scilicet uerificari potest q̄ christiani mali cum impenitentia morientes saluari non possint. Ad hoc sufficiat audire August. in libro de fide ad Petrum. d. Firmissime tene & nullatenus dubites non omnes qui intra ecclesiam catholicā baptizantur accepturos esse uitam eternam sed eos qui percepto baptismate recte uiuunt. i. q abstinuerunt se a uitiis & concupiscentiis carnis. Regnū. n. celoꝝ sicut heretici īfideles atq̄ scismatici non habebunt sic catholici cri/minosi possidere non poterunt. Et sic animose locutus est August. propter uerba christi. d. Mathei. vii. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum Multi dicent mihi in illa die domine nonne in nomine tuo prophetauimus & in nomine tuo demonia eiecimus & in nomīe tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunq̄ noui uos. Discedite a me omnes q operamini iniquitatem. Secūdo notabimus rationem quare scilicet baptizati xp̄iani damnabuntur cum Marci ultimo dicatur. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Et ad hoc respōdet Ia/cobus. ii. c. Quod fides sine operibus mortua est. Ideo notanda ē illa Ambrosii sententia que ponitur. xxii. q. v. c. Cauete fratres. Cauete inquit fratres mendatium quia omnes qui amant menda/tium filii sūt diaboli. Mendatium namq̄ est christianum se dicere & opera christi non facere. Mendaciū non solum in falsis uerbis sed in simulatis consistit operibus. Et ut Augustinus dicit in iiii de doctrina christiana. Ex sacramēto unctionis christianoꝝ omniū uocabulum descendit & nomen quod nomen ille frustra sortitur q christum minime imitat᷑. Quid mirum igitur si contra malos xp̄ia/nos seuiet iustitia diuina qn̄ & ipsi criminosi flagitiosi uitiosissimiq̄ reperiuntur? Heu heu non solum de infidelibus sed & de xp̄ianis dici potest illud prophete. Corrupti sunt & abbominabiles facti sunt in studiis suis non est qui faciat bonū. Nam baptismate dū/taxat excepto temporibus istis deteriores sunt in malis moribus christiani q̄ iudei siue gentiles. Non ē in eis hoc est ꝑ maiori pte in pluribus fides non religio non pietas non reuerentia non timor non amor dei non zelus non iustitia nō simplicitas nō rectitudo non ueritas non innocentia non compassio nō liberalitas non hu/militas non mansuetudo non modestia non continentia nō sobri/etas non pudicitia non castitas. Quinimo ubiq̄ regnāt uitia cō/traria hereses superstitiones errores crudelitates irreuerentia ad

Serm 51 cap 3. y serm 52.

48
57

sacra presũptio amor seculi tepiditas iniusticia duplicitas fraudulē/
tia falsitas nequitia auaritia symonia superbia inuidia odiũ icō/
tinentia lascivia in omni abhominatione blasphemie sacrilegia &
huiusmodi. O xp̃iani tm̃ nomine & non re. O xp̃iani omni dolo
& malignitate pleni. Quo itis? Quo itis? Quoue speratis ire cum
tāta mole uiciorum uestrorum? Certe uobis dico ꝙ nisi redieritis
ad uirtutum semitam & ad penitenciam habitabitis in inferno q̃m
ut dictum est sic exigit diuina iusticia. Tertio notabimus de dā/
natione xp̃ianorum falsorum grauationem. Nam ceteris paribus
grauius ĩ inferno punietur xp̃iani falsi q̃ infideles damnati quod
constat exemplo Macharii alexandrini in cuius uita legitur ꝙ
quadam die dũ ipse deambularet in heremo reperit caput cuiusdā
defuncti & dum orasset interrogauit cuius caput illud fuerit. Et
respondit se fuisse pagani cuiusdam Dixit ei Macharius Ubi est
anima tua? Respondit in inferno. Cunq; requireretur si multum
in profundo esset. Rñdit. Quod tantum q̃tũ distat celum a terra.
Cui Macharius. Sunt ne aliqui profundiores? Cui ille Profun/
diores sunt omnibus falsi christiani qui christi sanguine redempti
& sacro baptismate mundati tot beneficia paruipendunt. Sollicite
ergo curemus omnes errata corrigere de peccatis que commisimus
dum facultas adest dum tempus datur ueram agere penitentiā ut
sic euadamus mortem gehenne a qua nos liberet benedictus deus
dei filius christus Iesus qui est benedictus in secula seculoꝝ. Am̃.

Feria quinta post dominicam in sexagesima De grauitate
pene damnatorũ cōtra illos qui dicunt leui cruciatu terreri
damnatos. Sermo. xii.

Ruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Scribuntur
hec uerba Apoc. xii. c. Satis dura & insensibilia sunt corda
illorum qui non pauescunt non timent neq; mouentur ad uocem
terribilis iustitie dei cui profecto nulla uirtus creature resistere
nec in minimo quidē potest. Nam licet in supioribus multa dicta sint
de illa tamen adhuc nonnulla occurrunt declaranda quibus meri/
to compungi debet uniuscuiusq; peccatoris mens excecata. Non
loquimur somnum non recitamus fabulas cũ narramus seueritatē
iustissimi & ōipotētis dei qui omnium iniquitatū asperrimus ultor
est Idcirco cum timore audienda sunt eloquia diuina & scriptura
que pro emendatiōe nostra manifestāt nobis q̃ grauis ac dura erit
damnatorum pena de quibus dicitur in themate. Quod cruciabūt

in peniſ atrociſſimiſ per infinita ſecula. In quibuſ uerbiſ de grauitate pene damnatorum aſſignabimuſ triplicem rationem. Pria dicitur localitatiſ. Scda horribilitatiſ. Tertia eternitatiſ.

Quod grauiſſima erit damnatorum pena ppter horribileſ cōditioneſ inferni & de īferni ueritate & ꝗlitate. Cap. 1.

Rima ratio grauiſſima eſt dānatorum pena dicit localitatiſ. Nam concludentur in loco ſatiſ inepto. ſ. in inferno in quo treſ ſunt penaleſ conditioneſ uidelicet. Prima dicitur uilitatiſ. Secunda tenebroſitatiſ. Tertia paupertatiſ. Pria penaliſ cōditio inferni & loci dānatorū dicit uilitatiſ. Eſt īfernuſ locuſ uiliſſimuſ in centro terre uelut carcer damnatorum a deo ſapientiſſimo ordinatuſ. Neq; fictio eſt ſicut Tulliuſ inuectiuarum in Catilinam li.iiii.uidet aſſerere. Vt inquit aliqua formido improbiſ eſſet poſita apud inferoſ antiq; ſupplitia impiiſ conſtituta eſſe uoluerunt. Iu quibuſ uerbiſ quaſi uidetur innuere ꝙ ad terrorem impiorum ſapienteſ ficte de inferiſ ſunt locuti Sed talem errorem eliminant & deſtruunt maxime tria.quibuſ probatur inferni ueritaſ merito eum timore excogitanda. Primum eſt theologicaliſ ratio. Secūdū ſcripture confirmatio. Tertium fidei confeſſio. Primum quod oſtendit inferni ueritatem eſt theologicaliſ ratio. Nam ut colligit ex dictiſ ſancti Tho. Ric. de media uilla & domini Bon. in. iiii. di. xliiii. Sicut ſe habet miſericordia dei ad electoſ ita ſe habet eiuſ iuſtitia ad reproboſ & malignoſ. Sed miſericordia dei preparauit electiſ locum delicioſum & amenum celum. ſ. empireum in quo eternaliter permanebunt. Ergo iuſtitiam preparauit reprobiſ & maligniſ locum uiliſſimum horrendum in quo eternaliter cruciabuntur. Iſta ratio fundatur ſup dictiſ Auguſt. qui. xix. li. de ci. dei. c. xiii. ait. Ordo eſt parium diſpariumq; rerum ſua cuiq; loca tribuenſ diſpoſitio. Et li. v. ibidem. c. ix. d. Deuſ nihil inordinatū reliquit Ergo unicuiq; rei locum tribuit ſuo ponderi cōueniētē. Sed quod ē ponduſ in corporibuſ eſt amor in ſpiritibuſ & creaturiſ rationabilibuſ. Vnde idē Auguſtinuſ. xi. li. de ci. dei c. xxviii. inquit. Ita corpuſ pondere ſicut animuſ amore fertur. Et. xiii. li. confeſ. Amor meuſ ponduſ meum eo feror quocunq; feror. Ergo ſicut deuſ ordinat corpora in ſuiſ lociſ ſcdm exigentiam ſuoꝝ naturalium ponderum ſic ordinat creaturaſ rationaleſ in lociſ ſcdm exigentiam amoꝝ. Ex quo ſicut electi ſūt in celo qa celeſtia terreniſ prepoſuerunt in ſuo amore ita reprobi erunt & ſūt in loco

infimo q̃a in suo amore īfima & terrena superioribus & celestibus preposuerunt. Locus autem omnium infimus est in centro terre. Ideo sub terra in centro infernus ē. Vñ Isidorus li. xiiii. ethymo. Infernus dicitur quasi inferius. Et hanc rationē secutus est Zeno philos. de quo sic īqt. Lact. in vii li. diuinarum institu. Esse īferos Zeno stoycus docuit & sedes piorum ab impiis esse discretas & illos q̃dem quietas ac delectabiles īcolere regiones hos uero penas luere in tenebrosis locis atq̃ in ceni uoráginibus horrēdis. Et Seneca in tragediis. Ingens uorago faucibus uastis patet latuq̃ pādit omnibus populis iter. Secundum quod ostendit inferni ueritatem est scripture testificatio. Omnis namq̃ scriptura tā ueteris q̃ noui testamenti tam doctorum sacrorum q̃ & gentilium moraliūq̃ philosophorum īfernum predicat. Vnde Geñ. xxxvii. Iacob dixit. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et Iob vii. Qui descendit ad inferos non ascendit. Et idem xvii. c. Si sustinuero infernus domus mea est. Et idem. xiiii. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me. Et idē. xxi. In puncto ad inferna descēdūt. Et Dauid in psal. vi. In īferno quis confitebitur tibi. Et psal. ix. Conuertantur peccatores in infernum Et psal. xv. Non dereliques animam meam in inferno. Et psal. xvii. Dolores inferni circundederunt me. Et psal. xxix. Erubescant impii & deducant̄ in infernū. Et psal. xlviii. Sicut oues in inferno positi sunt. Et psal. lxxxvi. Vita mea in inferno appropinquauit. Et psal. cxvii. Pericula inferni inuenerunt me. Et sapiens Prouer. ix. In profundum inferni conuiue eius. Et Ecclesiastes. ix. Corda filiorum hominum implētur malitia & cōtemptu in uita sua & post hec ad inferos deducent̄. Et Cant. viii. c. Dura sicut infernus emulatio. Et Isaie. xiiii. Infernus subtus cōturbatus est in occursū aduētus tui. Et ibidem. Ad infernū detraheris in profundū laci. Et Ezechielis. xxxii. Omnes incircumcisi interfectiq̃ gladio descendunt ad infernum. Et Apoc. xx. Mors & infernus dederunt mortuos suos. Et Actuū. ii. Hūc deus suscitauit solutis īferni doloribus. Et .ii. Petri. ii. Deus āgelis peccātibus nō pepcit sed rudētibus īferni detractos ī tartarū tradidit cruciādos. Et ad phil. ii. In nōie Iesu oē. g. fl. c. t. & infernorum. Et in glo. xiii. q. ii. c. Tēpus sup. uerbo abditis. Infernus est sub terra & celum supra. Et notat̄ etiā. xxiii. q. iiii. c. Hec autem uita. Et Luc. xvi. Mortuus est diues & sepultus est in inferno. Et Mathei. xi. Et tu capharnaum usq̃ ad

infernum descendes. Et Virgi. in. vi. Eneidos. Facilis descensus auerni. Et Seneca in Tragedijs. Nunq̄ stigias fertur adumbras inclita uirtus Nec letheos sceua per amnes nos fata trahent Sūt & alie innumere quasi auctoritates probantes q̄ infernus sit locus subterraneus deputatus damnatis quas breuitatis causa dimittimus. Sed increduli quidam statī subridendo respondent sanctos de inferis ita fuisse locutos ut homines terrerentur prout paulo ante commemorauimus qui audire debent Hieronimum ad Palmachiū & Oceanum sic scribentem. An putamus fratres q̄ iocādo pphete pdicent ridēdo loquantur apostoli xp̄us iudiciū infantiliter comminetur? Sed ioci non sunt ubi supplitia intercedunt. Si iocando passi sunt credantur & iocando locuti. Isaias serra secatur Daniel leonibus deputatur. Paulus truncatur gladio Petrus in cruce dn̄i exemplo suspenditur. Et hoc totum ut nos a peccatis sua doctrīa reuocarent. hec ille. O igit̄ ipia. O pu̇ersa. O fraudulēta. O denicq̄ diabolica cogitatio eorum qui existimant infernum non esse. Quibus sufficere debēt & satisfacere tot clarissima testimōia. Tertium quod ostendit inferni ueritatem est fidei confessio. Nam in symbolo apostolorum dicitur de christo & scribitur. c. i. de summa trinitate & fide catholica. Descendit ad inferos. Secunda cōditio penalis inferni dicitur tenebrositas. Est. n. infernus locus obscurus & totus tenebrosus. Vnde mathei. xxii. dicit rex de non habente uestem nuptialem. Mittite eum in tenebras exteriores Et Iob. x. Dimitte me ut inquit plāgam paululū dolorem a. q̄. u. & n. r. ad. e. c. & op. m. c. & t. u. umbra. m. & nullus. o. sed. s. horror inhabitat. Notandum scd̄m Ric. in iiii. di. xv. Quod lumen per se est delectabile per accidens uero potest esse tristabile in quantum aliquid ostendit quod displicet. Et quia infernus locus est omnis tristitie ideo simpliciter locus tenebrosus est in quo nō est aliquod purum lumen quod uisum delectet. Est tn̄ ibi aliquod lumen obscuritati permixtū quo damnati uidere possint unde doleant. Et hoc inquit Gregorius. ix. li. mor. uersus finem. d. Ignis inferni q̄uis ad consolationem nō luceat tamen ut magis torqueat ad aliqd lucet. Nam sequaces quosq̄ suos secū in tormento reprobi flāma illustrante uisuri sunt quorum amore deliquerunt. Hoc ipsum in sententia. d. Isidorus li. i. de summo bono. Ignem gehenne ad aliquid lumen habere ad aliquid uero non habere hoc est habere lumen ad dānationē ut uideant impii unde doleant & non habere

ad consolationem ne uideãt unde gaudeant apta fuit comparatio de camino trium puerorum ad exemplum ignis gehenne. Nã sicut ignis ille non arsit ad trium puerorum supplitium & arsit ad conburenda ligamina uinculorum ita ignis gehenne lucebit miseris ad augmentum penarum ut uideant unde doleant & non lucebit ad consolationem ne uideant unde gaudeant. Inter huius uite & future infelicitatis miseriam multa discretio est. Illic enim miseria est propter cruciationem dolorum & tenebre propter lucis auersionẽ quorum unum in hac uita est idest miseria & aliud non est. In inferuo autem utrumq; est. hec ille. Simpliciter ergo locus inferni tenebrosus erit ad quem sol non expandet lumen suum non luna nec stelle in quo nihil uidebitur nisi quod habet incutere terrorẽ sicut Exodi. x. dicitur de tenebris egyti. Facte sũt tenebre horribiles in uniuersa terra egyti tribus diebus nemo uidit fratrẽ suum nec mouit se de loco in quo erat. Super que uerba dicit Nicola. de lira. Quod tenebre ille ideo dicuntur horribiles quia inter illas uidebant egyptii uisione imaginaria fantasmata quedam & figuras turpes que non paruũ eis ingerebant timorem. Ita & in inferno erũt horribiles tenebre quia dãnati inter illas & uere uidebũt se mutuo inter tormentorum angustias laborantes & uisione imaginaria inspicient malignos spiritus qui damnatis diuersis modis & figuris horrendissimis apparebunt. O q̃ dolenda erit hora illa qua miser peccator intrabit infernum nunq̃ uisurus lucẽ per tot ãnorum millia & post iuditium per infinita secula. O quantus timor tunc cor eius inuadet cum uidebit noctem sine die tam longissimam sibi factam. Nam si hoc in mundo uiderent homines noctẽ protrahi usq; ad mensem uel annum cũcti clamarent ad sidera misericordiã. Inquit Virgilius. i. Georgicorum de obscurato sole post cesaris mortem. Ille etiam extincto miseratus cesare romam. Cum caput obscura nitidum ferrugine texit. Impiaq; eternam timuerũt secula noctem. Que igitur mẽs qualisue animus fiet damnatis in tenebris inferni ubi non solum priuati erunt in eternum omni splẽdore & luce delectabili uerum etiam ut diximus quicquid audire poterũt accedet eis ad merorem & luctum. Tertia penalis conditio inferni dicitur paupertatis. Omnes quidem ibi habitãtes paupertate affligentur & egestate nimia. Et qui in hoc mũdo affluebant diuitiis abundabant temporalibus bonis possidebant thesauris & imperabãt aliis induebantur purpura & bysso dormiebant in lectis eburneis

nutriebant canes & pascebant aues celi gaudebant in sonis cāticis & choreis & letos ducebant dies omnibus his in inferno penitus expoliati guttam aque concupiscent & illam habere non poterunt prout expresse redemptor noster apperuit Luce .xvi. c. asserens de diuite epulone. Quod instanter rogabat abraham quatenus mitteret Lazarum ut intinctum ī aquam digitum nō totum sed extremam partem ad eum deferret or̄q; eius imponeret nec fuit exauditus. De quo Gregor. in omelia dicit. Guttam aque petiit qui micas panis Lazaro negauit. Ideo audietur flebilis uox diuitum & potentum in inferno sic lamentantium ut dicitur Sapiētie .v. Errauimus a uia ueritatis & Iustitie lumen non luxit nobis & sol intelligentie non est ortus nobis Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis & ambulauimus uias difficiles uiam aūt dn̄i ignorauimus. Quid nobis profuit superbia nostra aut diuitiarum iactantia contulit nobis. Transierunt omnia illa tanq̄ umbra & tanq̄ nuntius percurrens & tanq̄ nauis que pertransit fluctuātē aquam cuius cum pertransierit non est uestigium inuenire nec semitam carine illius in fluctibus aut auis que trāsuolat ī aere nullū inuenitur argumentum itineris illius sed tantum sonitus alarum uerberans leuem uētum & scindens per uim itineris aerem cōmotis alis trāsuolauit & post hoc nullum signum itineris inuenitur illius aut tanq̄ sagitta emissa in locum destinatum diuisus aer continuo in se reclusus est ut ignoretur transitus illius Sic & nos nati continuo desinimus esse & uirtutis quidem signum nullū ualuimus ostēdere in malignitate autem nostra consumpti sumus. hec ibi.

Quod grauissima erit damnatorum pena propter lamenta & blasphemias que sunt in inferno & propter societatem demonum. Cap. ii.

Secunda ratio quare grauissima erit damnatorum pena dicitē horribilitatis. Nam inter cetera quibus miseri illi afficientur dolore tria erūt maxime horribilia. Primum horribilis lamētatio. Secundum horribilis blasphematio. Tertium horribilis sociatio. Primum horribile erit lamentatio. Ibi inquit christus erit fletus & stridor dentium. Scd̄m uero Ric. in. iiii. di. l. non erit ibi corporalis fletus in quātum est quedā resolutio corporaliū lacrimarū quia talis resolutio tūc non erit sed pertinet ad corruptibilē statū tamen erit ibi maximus dolor interior qui significabitē per signa in facie & oculis cū turbatiōe & motu capitis & cum stridore dētiū

uultusq; tristitia. Quisnam explicet q̃ntus meror erit in cordibus damnatorum inter illos strepitus ululatus atq; querelas? O beati q̃ nunc lugent ut ait christus Mathei. v. quoniam ipsi consolabūt̃. Et Luce. vi. Vhe uobis qui nūc ridetis quia lugebitis & flebitis. Secūdū horribile erit blasphematio. Pro desperatione utiq; blasphemabunt damnati seipsos parentes suos deum & angelos & oēm creaturam. Vnde Apoc. xvi. Io. ait. Blasphemauerunt deū celi pre doloribus & uulneribus suis. Ad hoc est exemplum qđ legitur in summa de septem donis. Cum quidam usurarius infirmaretur ad mortem nec sacerdos uellet ei sacramenta conferre nisi restitueret uel cautionem faceret illeq; recusaret hortabantur ad hoc filii ne ad infernum descenderet moriens Ille uero respondebat. Nescitis quid petatis. Si uellē male ablata restituere relinquerē uos paupes & egenos meliusq; est se committere misericordie dei q̃ misericordie hominum. Et in hac pertinacia mortuus est usurarius ille ac in inferno sepultus. Ex filiis autem eius duobus dixit alter ad alterū. Pater noster damnatus est non imitemur eum retinendo usuras p illū extortas sed reddamus creditoribus ut saluari possimus. At ille respondit. Ego meam partem retinebo nec illam restituere curo. Si pater noster usuras fecit & non restituit ipse nō ego penā portet? Alter ergo portionem suam restituit & seculum deserens dei obsequio se totum tradidit. Dum autem qui in seculo remanserat mundanis se īmergeret infirmatus ad mortem nec penitēs secutus est patrem. Quod frater audiens rogauit deum ut patris & fratris eius statū ei dignaret ōndere. Vna igitur dierum cum oraret uidit terram apertam & in inferno patrem in flammis penitus sepultū & filium eius fratrem suū iacentem super eum maledicebatq; pater filium dicēs. Maledicta sit hora in qua te genui fili & tu sis maledictus quia propter te feci usuras nec uolui restituere ne te paupē relinquerē & ꝓpter hoc crucior in hac flāma. Et filius rñdebat. Maledictus sis tu pater & maledicta dies in q̃ me genuisti qa exēplo tuo docuisti me fenerari & usuras extortas noluisti reddere propter quos crucior in inferno Et post ambo pariter eiulantes blasphemabant cuncta creata & creatorem illorum. Quod cernēs ille seruus dei gratias deo egit q eū liberauit de tāto malo. Tertiū horribile erit sociatio. Erunt namq; socii damnatorum nequissimi spiritus & maligni diaboli. Quantum enim sit eorum societas dira atq; molesta potest cognosci per effectus pestilentes quos exercēt

in illis quos deo permittente obsident in hac uita. Nam adeo illos turbāt & sic grauiter exuant ut quādoq; sic obsessi muti aut surdi fiant quandoq; manibus propriis seipsos lacerent & disserpāt qnq; nisi cathenis constringerentur etiam domesticos & amicos conent̄ opprimere. Quid igitur facient diaboli cum illis quos in inferno uolēte deo ꝑ libitu suo uexare poterunt si talia agunt hic cū his qui de eorū manibus & potestate possunt penitus liberari? Nullus profecto aut cogitare aut dicere potest q̄ īportabilis erit dānatis miseris societas diabolorum.

Quod rōnabiter punit deus damnatos pena eterna seu infinita per durationem licet actus peccati scd̄m se sit finitens & temporalis. Cap. iii.

Ertia ratio quare grauissima erit damnatorum pena dicitur eternitatis. Duratura quippe in scripturis sanctis ponit̄ pena damnatorum in eternum ut patet ex dictis. Verūtamen ut Aug. d. xxi. li. de ci. dei. c. xi. Quidam iniustum putane ut peccatis q̄ntumlibet magnis paruo. stempore perpetratis pena qsq; damnetur eterna q̄si ullius id unq̄ iustitia legis attendat ut tāta mora tp̄ris quisq; puniatur quanta mora temporis ūde puniret̄ admisit. Octo genera penarum in legibus esse scribit Tullius damnum. uincula. uerbera. talionem. ignominiam. exilium. mortem. seruitutē. Quid horum est quod in breue tp̄us pro cuiusq; peccati celeritate coaptetur ut tanta uindicetur morula quāta deprehenditur ꝑpetratū nisi forte talio. Id enim agit ut hoc patiat̄ quisq; quod fecit. Vñ illud est legis. Oculum pro oculo dentem pro dente. Fieri. n. pōt ut tam breui tempore quisq; amittat oculum seueritate uīdicte q̄ tulit ipse alteri improbitate peccati. Porro autem si aliene femine osculū infixū rationis sit uerbere uindicare nonne q illud puncto temporis fecerit in cōparabili horarū spatio uerberat̄ & suauitas uoluptatis exigue diuturno dolore punit̄? Quid in uīculis? Nūqd tamdiu quisq; iudicandus est in illis esse debere q̄diu fecit unde meruit alligari? hec Aug. Qui etiam de damno ignominia exilio & seruitute contendit ꝙ plerūq; infliguntur pro momentaneo quasi delicto longo tempore duratura que ideo eterna esse non possūt quia presens uita non potest esse eterna. Quanto magis ergo approbanda ē dei seuera iustitia que peccata punit eterna pena licet in tempore sint commissa. Verumtamē ut tante ueritati melius animus acquiescat ex dictis sāctorū tres ꝑncipales rōnes aptissime

post. xl. dies in rabiem uersus extinctus est. Noui ego non unum sed plures quos fulgur de celo ueniens ex improuiso uita priuauit. Vidi tot & tanta picula q si illa enũerare uellẽ longissima pfecto temporũ spatia occuparẽ. O uita labilis. O uita inumerabilibus periculis circũdata. O uita misera & laboriosa i qua nullus securus esse põt. Non ppter diuitias non ppter celsitudinem gradus non ppter amicorũ copiam non pp̃ter acutam prudentiam. Ideo hoc unum nobis debet esse sigulare refugium ut orantes recurramus ad deum. Tertio indigẽt homines a deo adiuuari quantũ ad bona temporalia impetranda que & si tanq̃ pncipalia petenda ñ sint ut Aug. inquit ad probã postulari tñ possunt tanq̃ quedã admicula quibus adiuuamur ad tendendũ ad btitudĩem intentũ. s. p ea uita corporalis sustentatur & in quantũ nobis organice deseruiunt ad actus uirtutum ut etiã philosophus. d. in. i. ethicoꝝ. Cẽturio etenĩ orauit p sãitate pueri & exauditus ẽ. Accedamus ergo & nos cũ ipso orantes deum oĩpotentem & oratõibus insistentes ut dignetur nobis salutẽ anime deĩde si ei placuerit & corporis ipartiri cõcedẽs hic gratiã suã & in futuro gloriã Amen.

Feria sexta post diẽ Cinerũ De cõditionibus que requirunt in orationibus ut debito modo fiant. Sermo. xx.

Rate. Verba sunt domini nostri Ihesu Christi in euangelio hodierno Mathei. v. c. Puto multos ex his qui audierunt cõsiderauerũtq diligẽter ea que diximus i sermõe pcedenti iam deliberasse decetero ferũt tuis soluto oratiõi uacare. Sed scire uellẽt qualiter orandũ ẽ ut oratio ipsoꝝ non ẽ inanis & infructuosa. Ea pp̃ter hodierna die de modo orationis aliqua & quidem necessaria declarare curabo. Nam audimus Christũ saluatorem in uerbis in themate allegatis ad orationem nos exhortantem. Vt ergo uoci eius promptiõre animo unusquisq pareat & obediat triplicẽ modũ in oratione obseruandũ ostendẽus. Primus modus dicitẽ expssiõis Secundus modus dicitẽ attentõis. Tertius modus dicitẽ ordinatõis.

Qualiter in oratione necessaria est uocalis expressio ut in pluribus & q̃re non sufficit orare tm̃ mentaliter. Ca. i.

Rimus modus qui seruandus ẽ in oratione dicitur expssiõis qa debet orans exp̃mere uoce qd̃ gerit in corde scd̃m illud psal. Voce mea ad dñum uoce mea ad dñum depcatus sũ. Effundo in cõspectu eius orationem meam & tribulationem meã ante ipm pronũtio. Et Mathei. vi. Christus docuit orãtes uoce dicere Pater

noster etc. Et ad inflāmādum fideliū corda que rerum uarietate satis mouentur sancta ecclesia ultra orationē dominicam hymnos psalmos & alias diuīas laudes ī offitiis in quibus oratur deus statuit decantari. Sed cōtra hoc argui pōt q̄ oratō non debet esse uerbo aut uoce expressa. Sūt ad hoc auctoritates sanctorum doctorū Vnde Ambrosius libro de sacramētis. Quādo oras inqt noli uerbis clamare. Et glo. Mathei. vi. In fide īteriori orat̄ deus n̄ strepitu labiorꝫ sed deuotōe uirtutū. Et Isidorus. li. de sūmo bono. Oratio cordis est non labiorꝫ. Nō enim uerba deprecantis deus attendit sed orantis cor inspicit. Et Aug. in li. de sermone domini ī monte Vos aūt cū oratis introite in tabernacula uestra que sūt ipsa corda Et iterū ibidē ait. Claudendum est hostium idest corporalis sensus resistēdum ut oratio spiritalis dirigatur ad patrē que fit in hymnis cordis ubi pater oratur ī abscōdito. Et iterū ibi. Agere debēus apud deū non uerbis sed rebus quas animo gerimus cum deuotione puraꝫ & simplici affectu. Et Aug. ad probam. Multū loqui in orando est rem necessariam superfluis agere uerbis. Et Grego. Veraciter orare ē amaros in cōpūctione gemitus nō cōposita uerba resōare ergo scd̄m tātorꝫ doctorꝫ documēta n̄ uidet̄ ī oratōe uox fore necia Rn̄dent ad hāc difficultatē tollendam Alex. de ales in. iii. uolūie sūme & Ric. in. iiii. di. xv. & Tho. ii. ii. q. lxxxiii. Quod duplex est oratio. Prima est cōis que. s. fieri habet p ministros ecclesie in psona totius populi qui ad horas dicēdas obligant̄ ut in. c. p̄sbiteri de cele. mis. Et talis oratio debet innotescere populo p quo offert̄ ut excidetur ad deuotionem. Ideo clerici qui obligant̄ ex statuto ecclesie & religiosi q tenentur ex uoto regule aut statutorꝫ uigore dicere horas debēt illas uoce exp̄mere. Et si qn̄ cōtingat ut extra chorꝫ p se illas psoluāt tam alte debent uerba pferre ut ipsi saltem intelligant q̄ loquuntur. Et in. c. Dolentes. Reprehenduntur illi qui syncopizando & sine deuotiōe diuinū offitiū celebrāt. Scd̄a est oratio singularis. s. que offertur ab hoīe ī quantū ē singularis psona siue oret p se siue p alio. Et q̄uis nō sit necium talē oratōm esse sensibili uoce t n̄ uox ei adiungitur triplici ratōe. Primo ratōe deuotionis excitande. Scd̄o ratiōe reuerentie exhibende. Tertio ratione affectiōis explicande. Primo ratione deuotionis excitāde ut. s. p uocē & uerborꝫ sonum cor excitetur ad deū magis timēdū colendū diligēdū siue desiderandum. Ex quadā enī naturali uniōe anime ad corpus motus corporis diuersiode aīe affectiōes excitāt

& affectiões anime maxíe si sint fortes diuersas mutationes faciunt in corpere. Ideo cum quandoq; & quasi sepius contingat quod orare uolentes & propter pondus carnis & propter ocupationes seculi & pp̄ter diaboli temptamēta mentē habeant aridā insipidā debilē & de deo parū cogitantē aut certe nihil adiūgenda ē taliū orationi uox uiua in qua nominatur magnus & excelsus bonus pius clemens misericors & huiusmodi ut p̄ talē p̄lationem euigilēt q̄si sensus interioris. Idem dico de genuflexionibus de p̄stratione ad terram de tonsionibus pectoris & similibus. Non indigent his qui oīm corda scrutatur & uidet. Sed ideo fiunt ut p̄ tales motus gestusq; corporis torpor mentis excitetur & mēs magis inflāmata efficacius p̄ orationē uniatur deo. Scd̄o adiungitur uox orationi ratione reuerentie exhibende ut .s. deo reuerentiā impendamus non tantū corde sed etiā lingua quoniā ut ait Io. dama. iii. iiii. li. Quia ex duplici natura compositi sumus intellectuali.s. & sensuali duplicem honorē debemus deo offerre. s. sp̄ualem & corporalem. Si tamen in casu adeo quis esset in cōtemplatione p̄fectus q̄ uocalis oratio remitteret īteriorē feruorē tūc non esset uocaliter orandū rationi singulari. Tertio adiungitur uox orationi ratōe affectōis explicande. Nam ex habundantia cordis os loq̄ē ut dicit̄ Mathei xii. Quādoq; ita feruet internus aīa itaq; inflāmatur in dei amore aut hūiliatur in eius tīore aut obligat̄ in eius recordatōe bn̄fitioꝝ q̄ quasi uim patiens in uerba prorumpere cogitur sicut legitur de btō Francisco quem semel audiuit beatus frater Leo eius socius & cōfessor per longum spatiū in oratione eleuatū a terra clamantē & dicentem. Quis es tu & qui sū ego. Et dū hec eadē uerba sepius replicaret suspirabat lugebat & totus uidebat̄ liquefactus āore. Nam ut ipse postea interroganti eū fratri Leoni predicto q eū explorauerat retulit predicta uerba ideo sic dixisse qm̄ in corde suo tā p̄funda uersabat̄ sui cognitio sue. s. p̄uitatis & dei magnitu/dinis a quo ipse p̄uulus & minimus tam copiosa benefitia susceperat sperabatq; se uberiora suscepturum q̄ ex uehemētia animi cū ad/miratiōe deum cōpellebat̄ laudare & benedicere dicēdo sibi. Quis es tu deus meus qui nullo indiges in quo est omne bonum & q sum ego q nihil boni habeo nec habere possū nisi tu deus meus dederis Quis es tu q teipsū etiā mihi dare p̄mittis? Et multa alia hulebāt in corde eius propter que uerba predicta ingeminabāt. Sīliter .d. Bernard. miles & doctor de assisio qui fuit primus quem sanctus

Franciscus traxit ad xp̄m anteq̄ mundum reliquisset mutasseto quodā sero in domo sua pauperē Franciscū cum in prima uigilia noctis obseruasset eū quid faciebat audiuit eū in oratione positū cum suspiriis & lacrimis sepius replicantem. Deus meus & oīa deus meus & oīa. In quibus uerbis ut ipse postea declarauit dño Ber. profūdissime cōtemplabatur excessū maiestatis diuine & infinitā bonitatem sūmi dei.

Quod in oratione necessaria est attencatio scđm uim prime intentōis & qualiter hoc modo oratio est fructuosa licet ñ sit per omnia attenta. Capitulū. ii.

Ecūdus modus qui seruandus ē in oratōe dicitur attentionis

Debet nanq̄ oratio q̄ntū fieri potest esse attenta q̄m ut. d. Hyero.. & ponitur. de cōse. di. v. c. Nō mediocriter Nō uerbis tm̄ sed corde orādus est deus. Quapropter melior ē qnq̄ psalmoꝝ decantatio cū cordis puritate ac serenitate & spirituali hilaritate q̄ psalterii modulatio cum anxietate cordis atq̄ tristitia. Et ad hoc facit. c. Nunq̄. de cōse di. v. & c. Quando. de cōse. di. i. Et ad idē sūt apostoli uerba. i. Corinth. xiiii. dicentis. Nam si orem lingua spūs meus orat mens autē mea sine fructu ē. Quid ergo ē? Orabo spū orabo & mēte. Sed satis durū hoc uidet̄ q̄n etiā & sancti uiri omnes mentis euagationem patiuntur scđm illud psal. Cor meum dereliquit me. Quomodo ergo qui imperfecti sunt poterūt orando semp esse attenti? Et si oratio sine attentione infructuosa est quis poterit orando mereri. Idcirco ad hoc clare intelligēdum tria sunt notanda scđm Ric. Tho. & Alex. ubi supra. Primo notandū q̄ si absit intentio debita & actualis in principio orationis uocalis q̄uis postea ñ cōcomitetur eā oratō uocalis est meritoria & impetratiua per uirtutem prime intententionis nisi interrumpatur postea per intentionem contrariā sicut cū aliquis ex bona intentione incipit peregrinari uel elemosinam dare totus actus sequens meritorius ē uirtute p̄me intentiōis q̄uis cesset sua intentio actualis. Secundum notandū q̄ triplex est oratōis effectus. Primus merendi & ad hūc effectū nō ex necessitate reqritur q̄ attentio absit oratōi p totū sed uis p̄me intentionis sufficit ut est dictū. Secundus effectus est impetrandi & ad hūc etiam sufficit intentio ut in primo. Tertius effectus est spūaliter delectādi in q̄ntum omnis spūali delectatur cōtemplatōe dei & ad talē effectū ncc̄ia ē attentio & q̄nto maior est tanto maiorē delectatōem & spūalē gustum sentit ille q orat.

Si tñ aliqſ hoc guſtu bona intẽtione oranſ eo q̧ nõ eſſet attentuſ etiam cõtra uolũtatem ſuã non gauderet. Non propterea tanq̃ infructuoſã oratõem relinquere debet qm̃ rariſſimi ſũt q orando ſemp poſſinit mentem attentã habere. Ideo dicitur in legenda ſcti Bernardi. Quod quadã uice cũ ipſe eqtanſ in itinere cuidã ruſtico obuiaſſet materiã ſic ſe offerente de cordiſ inſtabilitate in oratiõe Berñ. cõqueſtuſ ẽ. Quod ruſticuſ audienſ mox eum deſpexit & in oratiõibuſ ſuiſ cor fixũ & ſtabile dixit ſe habere. Volẽſ aũt Ber. eũ cõuĩcere & a ſua temeritate cohercere dixit. ſequeſtrare parũp a nobiſ & tota q̃ poteriſ attentõe oratõem dñicam incohato quam ſi ſine aliq̃ cordiſ euagatõe finire poteriſ equũ cui ĩſedeo ꝓculdubio tibi dabo. Tu aũt mihi in fide tua ſpondeaſ q̧ ſi aliqd ibidem cogitaueriſ hoc aliq̃tenuſ non mihi celabiſ. Letatur ille & tanq̃ ſe lucratũ iã reputãſ audacter ſecedit. Et ſeipſũ recolligenſ oratõem dñicam dicere incohauit. Vix aũt oratõiſ expleuit dimidiũ & ecce ĩportũa cogitatio de ſella cordi ſuo ſe ingerit utrum habere eam debeat cum iumẽto. Quod ille aduertenſ cõcituſ ad Berñ. redit & quid in ipſa oratõe ſollicite cogitauerit indicauit & de ſe ut priuſ temere non ꝑſumpſit. Tertio notandũ q̧ triplex eſt attentio que orationi uocali poteſt adhiberi. Vna quidem qua attenditur ad uerba ne quiſ in eiſ erret. Secũda q̃ attenditur ad ſenſũ uerborũ Tertia qua attenditur ad finẽ oratõiſ .ſ. ad deum & ad rẽ ꝓpter quã oratur que eſt maxĩe neccĩa & hanc habere poſſũt etiã idiote Quicũq; ergo ad oratõem accedit ea ĩtentiõe ut honoret deũ ſeq; orando ſibi ſubiciat & cõmendet ſi dolenſ & male cõtentuſ mẽtiſ patitur uagatõem non perdit oratõiſ fructũ q̃ntum ad effectum meriti & impetratõiſ licet priuetur effectu delectationiſ. Idcirco deponendi ſũt ſcrupuli & extremitateſ cõſcientie quibuſ nõ nulli diabolo inſtigante deuicti ab oratione deſiſtunt exiſtimanteſ eo q̧ attenti non ſũt inuanũ oratõi uacare.

De ordine in oratõe ſeruando & qualiter poſſumuſ rogare ſanctoſ tanq̃ interceſſoreſ & aduocatoſ noſtroſ. Ca. iii.

Ertiuſ moduſ in oratõe ſeruanduſ dicitur ordinatiõiſ. Debet oratio eſſe ordinata ut oranſ intendat impetrare a deo omne donũ qđ poſtulat qa ut inquit pſal. Gratiam & gloriã dabit dñſ. Sanctiſ uero preceſ ſunt porrigende tanq̃ interceſſoribuſ & aduocatiſ noſtriſ apud deũ. Nam ut inquit Bon. di. xlv. q̃rti libri. Deuſ ĩſtituit & uoluit q̧ ſanctoſ rogarẽuſ triplici ex cauſa. Pria

pter nostram inopiam. Secūda pter dei reuerentiam. Tertia pter sanctorum gloriam. Prima pter nostram inopiam siue in contemplādo siue in amando siue in merendo. Sumus enim cōtemplando sūmam lucē que ipse deus ē. Sumus inopes in amādo quia miser homo magis qꝫ sentit se affectum ad unū sanctum ꝗ ad ipsū deū. Sumus inopes in merendo eo ꝙ exigua sūt & parua merita nostra. Ideo deus uoluit nos rogare sanctos ut in ipsis eum cōtemplemur ut per ipsos fiduciā habeamus & per eorum merita indigentiā nostram suppleamus. Scd̄a causa ē pter dei reuerētiā ut homo peccator ad deū quasi p reuerētia non audens cōfugere ploret auxiliū sācorū eius. Tertia cā ē pter sāctoꝝ gloriā ut ipse deus glorificetur in sanctis suis quoꝝ amore deuotiōe eorum gratias dona & bñficia plurima dignat̄ cōferre. Neqꝫ audiēdi sūt illi qui dicūt superfluū esse ad sanctos p oratōes cōfugere quādo ecclesia sanctis orationes porrigere consueuit. Quinimo quottidie exprimur q̄tū pdest nobis deuotiōem sanctis dei exhibere ꝗ qbus dicitur in psal. Leuaui ocul. m. in. m. un. ue. aux. mihi. Plus nāqꝫ sāctorum precibus & pcipue uirginis gloriose liberati sunt multi a periculis maris. Alii ab ulceribus & egritudinibus desperatissimis sanati. Alii a diaboli tēptatiōibus pētius mendati. Alii ab infamiis & criminibus falsis plene purgati. Alii a uariis diuersisqꝫ tribulati/onibus & angustiis ad quietem & tranqllitatē perducti. Narrent ista qui experti sūt. Dicāt deuoti sancti Nicolai sancti Frācisci sc̄ti Anthonii sc̄ti Bernardi sācti Petri martiris & alioꝝ sāctoꝝ quid acceperūt quid obtinuerūt illos inuocando. Clament psissime uirginis fideles deuoti quot munera dei adinuocationem nominis Marie abundāter ipetrauerūt. De qua Bernardus ait. In pīculis in angustiis Mariā cogita Mariā inuoca. Ergo simul pmpti & fiducialiter orando inuocemus sanctos quoꝝ patrocinio obtinere poterimus hic gratiam & in futuro gloriā in qua uiuit deus trinus & unus per infinita secula seculorū Amen.

Sabbato post diem cinerū De impedimētis cōtrariis oratōis propter que orantes non exaudiuntur. Sermo. xxi.

Rat enim uentus cōtrarius eis. Scribūtur hec uerba Marci vi. c. & in euāgelio hodierno Cōquerūtur plurimi & quidē absqꝫ ulla ratione ꝙ in suis oratōibus non exaudiuntur a deo neqꝫ impetrant orando quod uolunt. Sed non intelligunt ꝙ ut Augu. inquit. xvi. q. i. in. c. Decime. Bñfacere deus semp ē pmptus sed

boium malitia ꝓhibetur. Cessante ergo ex parte boium defectu non est correpta ad dandum manus omnipotentis dei liberalissima Querit nāq ipse ut sua bñficia eroget mētes nostras bñ dispositas Vnde naufragiú timentibus discipulis in nauicula constitutis sicut in euāgelio hodierno legitur xp̄s dixit. Confidite. Nā ꝓpterea imminebat eis piculú & cōtrariabantur uenti quia erat cor eorum obcecatú nec ut decebat confidebāt in uirtute magistri sui. Sic & orantibus euenire solet ꝙ q̄nq non exaudiuntur qm̄ nō orant cú ea spe & fiducia quam habere debent in benignissimo deo. Verum tñ ut magis quietetur animus eoꝝ qui dolēt ꝙ eorú preces deus nō implet in presenti sermone d' īpedimentis oratōis enimus tractaturi uidebimus que qualia sint īpedimēta que cōtrariantur orantibus ne exaudiantur sicut uēti cōtrariabantur in mari discipulis & notabimus tria principalia impedimenta. Primum dicitur iniusticia. Secundum dicitur iniquitas. Tertium dicitur impatiētia.

Quod ꝓpter iniustitiam uel orantis uel oratōis uel corú pro qbus oratur quandoq deus oratiōes nō exaudit. Ca. i.

Rimum impedimentum quare multotiens deus non exaudit orantes dicit iniustitia que triplex esse pōt. Prima ē ex pte orantis. Secúda ex parte oratōis. Tertia ex parte eius pro quo oratur. Pria iniusticia ē ex parte orantis qñ orans a deo ē iniustus ut exaudiri non mereatur. Sed pro clariori notitia querit̄. Vꝝ peccatores impetrent aliqd a deo suis oratōibus. Et arguitur ꝙ nō ex uerbis scripture. Scribitur nanq Isaie. i. Cú extenderitis manus ūstras auertā oculos meos a uobis & cú multiplicaueritis oratiōem nō exaudiā. Manus enim uestre sanguine plene sūt. Et Isa. lix. Ecce non ē abreuiata manus dñi ut saluare nequeat neq aggrauata ē auris eius ut nō exaudiat sed iīqtates uestre diuiserūt īter uos & deú uestrú & peccata uestra abscōderút faciē eius a uobis ne exaudiret. Manus ení uestre sangine plene sūt & digiti uestri iniqtate. Labia uestra locuti sūt mēdatiú & lingua uestra iniqtatē fatur. Et Hyere. trenoꝝ. iii. c. Nos inique egimus & ad iracūdiam ꝓuocauisti te idcirco tu es iexōrabilis. Et Dauid in psal. Iniqtatē si aspexi in corde meo nō exaudiet dñs. Et ꝓuer. xxviii. c. Qui declinat aurē suā ne audiat legē oratio eius erit execrabilis. Et Io. ix. Scimus qa peccatores deus nō exaudit. Et Cryso. sup Math. Qui orat & peccatú nō orat deú sed deludit. Et ꝓuer. xv. Lōge est dñs ab īpiis & orationes iustoꝝ exaudiet. At contra auctoritas

Cryso. qui sic glosat dictũ xpi. Luce. xi. Omnis qui petit accipit siue iustus siue peccator. Et ad idẽ Aug. sup Io. ait. Si peccatores non exaudiret deus frustra publicanus dixisset. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori Respondeo ꝑ huius dubii solutõe sequendo Alex. in. iiii. sũme uolumie. Quod orantes hoies in triplici uarietate pñt inueniri. Nam aliqui licet ualde pauci iusti sunt id est sine peccato mortali & oratio horum potentissima est ut ostendimus in sermone de usu oratiõis in ipso Moyse Et iõ Iacobi. v. dicit. Multum eni ualet deprecatio iusti assidua. Aliqui sunt peccatores obstinati qui diutius in malo perseuerãtes ñ se uoluerũt corrigere a deo uocati non se uoluerũt emendare obdurauerunt corda sua spnentes dei iudicia. hi cũ qñq; ꝓpter suã duritiẽ dei manũ eos castigãtes sentiãt in tribulatõe positi clamãt. Dñe dñe & dñs auertit faciẽ suã ab eis quibus dicit illud ꝓuer. i. Vocaui & renuistis extendi manũ meã & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne cõsiliũ meũ & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo & subsannabo uos cum uobis quod timebatis aduenent cum irruerit repẽtina calãitas & interitus quasi tempestas ingruerit qñ uenerit sup uos tribulatio & angustia tũc inuocabũt me & nõ exaudiam mane cõsurgẽt & nõ inuenient me eo ꝙ exosã habuerĩt disciplinã. Aliqui orantes sũt peccatores hũiliati qa licet qñq; peccẽt non tñ sp retineãt ꝓpositũ male uolũtatis hũiliant deo timẽt illũ ob eiusq; reuerẽtiã aliq̃ bona opa faciũt. Hi in suis necessitatibus orãt deũ suãq; implorãt clementiã. Cõfortãdi sũt certe tales ut supẽt i dño q ex mĩa sua eos audit nec inuanũ orare pmittit qm̃ ut Aug. inqt in. c. Adhuc instant. de pe. di. iii. Cur docuisset dñs orantes dicere Dimitte nobis debita nostra nisi misericos ipse nobis pseueraret q ab hac petitõe nõ uult nos deficere. hec ille. Peccator erat publicanus & hũiliatus exauditus ẽ. Luce. xviii. Peccator Ezechias & orationem eius ꝓpter humilitatem exaudiuit deus. Peccatores Niniuite & orantes & ieiunantes dei iuditium euaserunt. Ideo qui peccatores sũt dũmodo nõ sint obstinati & obdurati in malitia sua fiducialiter orẽt ad deum. Auctoritates aũe in cõtrarium allegate intelligẽde sũt de peccatoribus obstinatis aut de illisq petũt aliqd a deo scd̃m desideriũ peccati quos deus aliqñ ex misericordia non audit qñq uero ex uindicta exaudit permittẽs eos amplius ruere in peccata qa ut. d. Aug. Deus quedam negat ꝓpitius que cõcedit iratus. Scd̃a iniustitia est ex pte orationis qñ. s. oratõ non habet

ratiōem uirtutis. Nam ut dicit Bon. di. xvii. tertii li. In qualibet oratiōe duo sūt cōsiderāda. Materia. s. & forma. Materia oratōis respicit desiderium petentis Forma uero respicit discretionē proponentis quando. s. ille qui orat cōmittit omnia uoluntati diuine sicut faciebat xp̄s quādo orans dicebat ad patrē. Pater si possi. ē tran. a me ca. iste. Verūtamē non mea uo. fi. sed tua. Qui sic orat & si non semp impetret qđ petit & desiderat nunq̄ tamē orat sine merito qm̄ sic orando deū honorat q quādoq̧ denegat tp̄ralia ista bona petētibus q a uidet illa aīe saluti esse cōtraria. Ex hoc legit in uita sancte petronille quā sanctus Marcellus scripsit. Quod cū ipsa filia esset Petri apostoli & speciosa nimis deo uolente febribus laborare cepit. Discipuli aūt petri dixerunt ad eū. Cū omnes a te sanent infirmi. Cur Petronillam iacere permittis? Quibus Petrus r̄ndit. Quia sic expedit ei. Verūtn̄ ne putet īpossibilitas sānitatis eius in noīe Ihesu Christi illā sanabo. Dixitq̧ ei. Surge Petrōilla uelotius & mīstra nobis. Que stati sanata surrexit & mīstrauit eis Cōpleto aūt ministerio. Petrus dixit ei. Petronilla redi ad lectū tuū. Que statim redijt & ut p̄us febribus laborare cepit. Ac ubi in dei amore cepit esse pfecta eā pfecte sanauit. Simile est qđ legit in uita sancti Thome Cantuarieñ. Cum eni quidam quē sāctus Thomas dum uiuebat ualde dilexerat grauiter infirmaretur iuit ad eius tumbā & p sanitate rogauit impetrauitq̧ illam ad libitum Sed dū sanatus rediret cogitare cepit q̧ illa sanitas forsan anime sue ñ expediret. Vnde iterū ad sepulchrū rediens orauit ut si nō esset utile anime sue cōtinuo ipsa infirmitas rediret Statīq̧ rediit sicut p̄us. Propterea dicius q̧ q bñ orare uolūt oīa tandē cōittere debēt uoluntati diuine. Tertia iniustitia est ex parte eius p quo oratur. Fiunt enim qñq̧ oratōes p aliquibus q nō merent bñficia que postulātur pro ipsis. Vnde deus dixit ad Hyere. de populo iudaico pessimo & indurato. Tu noli orare pro populo hoc nec assūmes pro eis laudem & oratōem & nō absistas mihi quia ego ñ exaudiam te. Sed ad hoc facit exemplum sancti Bartholomei de quo in sua legenda sic habetur. Quod Anno dñi. cccc. Sarraceni Siciliam inuadentes Liparitanam īsulam ubi corpus sancti Bartholomei quiescebat uastauerunt ac eius sepulchrū confringentes ossa ipsius disperserūt. Apparuit aūt sanctus cuidā deuotisso. d. Surge collige ossa mea. que dispersa sunt. Cui ille. Qua ratione colligere aut aliquem tibi honorem exhibere debemus cum delexi

ꝯmiseris nec auxilium nobis impenderis? Cui ille. Per multū tēpus meritis meis dominus huic populo pepercit sed eorū peccatis nimiū inualescentibus & ad celū clamantibus iā pro eis nō ualui ueniā sperare. Sed ex his dubitari solet an ꝓ oībus in hac uita exn̄tibus sit orandum. Et respondet Tho. ubi supra ar. vii. in responsione ad. iii. argu. Quod pro peccatoribus orandum est ut conuertantur quia sicut nulli q̄diu hic uiuit subtrahendū est correptōis bn̄ficiū quia non possumus distinguere predestinatos a reꝓbatis ut Aug. dicit li. de correptione & gratia ita etiam nulli est denegandum orationis suffragium. Pro iustis etiam est orandum ut perseuerent & proficiant & ut non superbiant dum considerant se aliorū suffragiis indigere.

Quod sepe deus n̄ exaudit orantes quia ipsi ueniā petētibus dare nolūt aut crudeles sunt paupibus aut diffidentes de deo.

Ecundū impedimentum cōtrariū orātibus. Capitulū. ii.

ne exaudiantur dicitur iniquitas q̄n inueniuntur ī eis potissime tres iniquitates uidelicet. Prima dicitur irrēissibilitas. Secūda dicit̄ crudelitas. Tertia infidelitas. Prima dicit̄ iniquitas irrēissibilitatis Quando orantes nolunt proximis suis qui eos leserūt ueniā petētibus indulgere & offensas remittere. Ideo dicitur Eccle. xxviii. Relinque proximo tuo nocenti tibi & tūc deprecāti tibi peccata soluent̄. Xp̄us aūt ī euāgelio Mathei. v. orari iussit ꝓ persequētibus & calūniantibus. Sed circa hoc satis in dubio uersatur aīus Primo quia in sacra scriptura inducunt̄ multe imprecationes cōtra inimicos. Dicitur enim in psal. Erubescan & conturbentur oīs inimici mei. Et alibi Erubescant impii & deducantur in infernū muta fiāt labia dolosa. Et alibi. Confundantur & reuereantur inimici mei etcetera. Secundo quia uindicari de inimicis in malum inimicoꝝ cedit. Sed sancti uindictā de inimicis petunt sicut patet Apoc. vi. ubi martyres xp̄i inducūtur d. Vsquequo nō uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. Et Helias rogauit ut ignis descenderet de celo qui cōsummeret duos ꝑncipes q̄nquagenarios & exauditus est iiii. Regū. i. Tertio quia opatio hoīs & eius oratio n̄ deberet esse cōtraria. Sed hoīes q̄nq; īpugnāt licite īimicos alioq̄n omnia bella essent illicita. Ergo uidet̄ q̄ non sit ꝓ inimicis orandū. Respondet Tho. ut supra. Quod eo modo quo tenemur diligere inimicos tenemur pro eis orare. Diligimus enim in eis naturam nō culpam. Diligere etiā inimicos in generali

est in precepto non aūt in speciali. Ut. s. homo secūdum pparatōem aīs sit paratus etiā specialiter inimicū diligere & eū iuuare ī necitatis articulo uel si ueniā peteret. sed ī speāli inimicos diligere absolute & eos iuuare perfectionis est. Similiter & necessitatis est ut a cōibus nostris orationibus quas pro aliis facimus inimicos nō excludamus Quod aūt specialiter oremus perfectionis est non necessitatis nisi in aliquo casu speciali. Ad primum ergo dicendū q imprecatiōes que in sacra scriptura ponuntur quadrupliciter possunt intelligi Uno mō scđm qđ pphete solent figura īprecantis futura pdicere ut Aug. d. in li. de sermone domini in monte. Secūdo modo prout quedā tēporalia mala peccatoribus quādoq; a deo ad correptōem mittuntur. Tertio modo intelliguntur petere nō cōtra ipsos hoīes sed cōtra regnū peccati ut. s. correptōe hominū peccatū destruatē Quarto mō conformādo uoluntatē suā diuīe iustitie circa dāna/tōem pseuerantiū in peccato. Ad secundū dicendū q sicut in eodē li. Augu. ait uindicta sanctorū est propter diuinam iustitiam qa ut inquit psal. Letabitur iustus cum uiderit uindictā. Ad tertiū dicendum. Quod licitum est impugnare inimicos ut cōpescantur a peccatis eo q cedit in bonū eorum. Et sic etiā licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorū ut corrigantur. Et sic oratō & operatio non erūt contraria. Secūdā iniquitas dicitur crudelitatis quando orantes deū liberalem inuenire uolūt & ipsi proximis suis auari sunt & crudeles. Ideo Tobie. xii. dicitur. Bona est oratio cū & ieiūio & elēosina. Tertia īiqtas dicit̄ īfidelitatis. Orāt multi sine fide sūmēdo fidem pro fidutia siue cōfidētia. Ideo dicit̄ Iacobi. i. Si quis indiget sapientia postulet illam a deo postulet autē in fide nihil hesitans. Nanq ut inquit psalmista psal. xxxii. Oculi dñi in eis qui sperāt super misericordia eius. Et prouer. xxx. Clipeus est dñs sperantibus in se. Et Eccle. ii. Respicite filii & scitote natiōes hominū quia nullus sperauit in deo & cōfusus est.

Quod deus qñq; nō exaudit orantes propter illoꝝ īpatiētiā & qualiter orandū est perseueranter. Capi. iii.

Ertiū impedimentum contrarium orantibus ne exaudiantur dicitur impatientia. Sunt enim multi qui si statī non exau/diantur cū orant efficiuntur impatientes murmurant de deo & ad eum amplius redire nolūt deum esse durum tenacem & auarū. d. Quibus sonare debet uox euangelica Christi. d. Luce. xi. Quis uestrū habebit amicum & ibit ad illum media nocte dicens Amice

accomoda mihi tres panes quia amicus meus uenit de uia & n̄ hēo quod ponā ante illū. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse Iam clausum est hostiū & pueri mei sunt in cubili nō possum surgere & dare tibi. Et ille perseuerauerit pulsans. Dico uobis & si non dabit illi surgens eo q amicus eius sit ppter importunitatem tn̄ eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis. Petite & dabit uobis. Vbi Christus docet nos perseueranter orare quia perseuerantia continua i quolibet opere arduo satis pdest Ideo ait Ouidius li.ii.de punto. Percussu crebro saxa cauant aquis & li.iiii.d. Gutta cauat lapidem nō ui sed sepe cadendo. Et li.i. de arte amandi. Quid magis est durū saxo? quid mollius unda? Dura tn̄ molli saxa cauantur aqua. Et Iob.xiiii. Lapides excauant aque & illuuione paulatim terra consummitur Nec pterea quia replicamus uicibus deus uult exorari illiberalis & inurbanus ē censendus qui ideo q̄nq̄ sua bn̄ficia rogatus differt conferre ut nos humiliet ut corda nostra magis inflāmet ut bn̄ficia sua sapidiora reddat Amoueātur ergo ipedimēta pdicta & erit tranquillitas in anima orantis. Cui Christus hic dabit gratiam & postea gloriam Amen.

Dn̄ica p̄ma in q̄dragesima in mane. De tp̄re bn̄ dispēsando.

Ecce nunc tempus acceptabile. Doctoris gentiū uerba sūt ista.ii. Corin.vi. & in epistola pn̄is dn̄ice Ponderanda sūt uerba apostoli que de tp̄re dicit i lectōe occurrentis epistole q̄m nulla grauior pīculosiorq̄ iactura q̄ pdicō tp̄is illud nanq̄ datū est nobis a deo ut possimus mereri regnū eternū Si tn̄ defecerit sine merito deficiet etiā spes nostre salutis. Diximus enī in pcedentibus sermonibus de iusticia dei q̄liter hi q i inferno sunt extra omnē statū omneq̄ tp̄us merendi dolent se esse positos Solerter itaq̄ unusquisq̄ studere debet ut tp̄us sibi cōcessū fructuose dispenset q̄ quia plerīq̄ negligūt idcirco in pn̄ti sermone de tempore erimus locuturi de quo pncipaliter tria mysteria pp̄ius cōtemplanda. Primū dicitē cōditō. Secundum dicitur nominatio Tertium dicitur obseruatio.

Sermo.xxiii.

De tribus cōdicōibus temporibus.s.breuitate mobilitate & irreuocabilitate. Capitulū primū.

Rimū ysteriū cōtemplandū de tp̄re dicitē condicio in quo attente cōsiderare debeās quot sūt pncipales tp̄is cōdicōes Et reducimus illas ad tres uidelicet. Pria dicitur breuitatis. Scda

mobilitatis. Tertia irreuocabilitatis. Pria cōditō tpis dicit breuitas qa ut mqt Paulus. i. Corin. vii. Tpus breue est. Et hoc tripliciter Primo respectu sui. Scdo respectu dei. Tertio respectu nostri. Primo tpus breue est respectu sui quia incipit esse & desinit esse. Quod tpus incepit esse patet p dicta doctorū. Vnde cassiodorus sup psal. liiii. ait. Tpus tūc cepit qn mūdus sūpsit initiū. Et Orig. li. i. sup geñ. Tpus nō erat anteq̄ mūdus nō esset sed esse cepit. Et Isidorus. li. i. de sūmo bono. Nulla añ pncipiū mūdi fuerūt tpra qa cū ipsū sit creatura in pncipio mūdi factū esse credēdū est. Et Aug. li. v. de trini. Tpus nō cepit in tpre. Nō. n. erat tpus añq̄ esset tpus. Et si diceret φ oē qđ cepit esse aut cepit eē i tpre aut in eternitate. Si ergo tpus cepit esse & non cepit esse in eternitate Ergo cepit esse in tpre. Rñdet. d. Bon. ii. di. ii. li. in declaratione littere. Quod scđm Aug. differt dicere aliqd fieri ex tpre & i tpe & cū tpre. Quod. n. importat ordinem importat contingentiam cum importat simultatē. Et iō nihil factū est in tpre nec ex tpe nisi φ excedit a tpre. Quia ergo tps & ea que in primordio tpris creata sūt a tpre nō excedūtur. Ideo dicit Aug. ea esse creata cū tpre ñ in tpre nec ex tpre. Scđm aūt Bedā quē Magister i ducit in textu q̄tuor fuerūt a pncipio creata. s. Materia pma. Angelica natura Celū empireū & tpus. Dicit tñ. d. Bon. Quod tpus accipi cōsueuit i scripturis sanctoꝝ q̄druplicitei. s. Cōissime cōiter pprie & magis ppe Cōissie tpus dicit mēsurā cuiuslibet duratōis create. Et sic accipit illud Beda. Cōiter dicit mēsuram cuiuscūq3 mutatōis siue illius que est de non esse in esse siue alterius que est de uno esse in aliud esse. Et sic accipit tempus Ric. de sancto Victore in glo. sup. i. c. geñ. ubi. d. Omne qđ coepit ex tpre coepit. Tertio mō accipit pprie. Et sic dicit mēsurā uariatōis successiue siue sit successiua successione regulari & continua siue nō. Et sic dicit Aug. ad Horosiū. Quod affectiones uarie angeloꝝ mēsurant tpre & oīs uariatio rerū. Quarto mō accipit magis pprie. Et sic dicitur mēsura motus siue uariatōis successiue continue & regulate scđm regulā motus octaue spere. Et sic cōsueuit accipi ab Aris. & commendatore. iiii. phy. Et ista est coarctata tpris acceptio. Et sicut tpus cepit esse ita desinet esse. Vñ Apoc. x. Io. ait. Angelus quē uidi stantē supra mare & supra terrā. Leuauit manū suā ad celū & iurauit p uiuentem in secula seculorū q creauit celū & ea que in ea sunt φ tpus amplius nō erit. Quemadmodū aūt cessante motu

celi cessabit etiā & tempus plenius dicā in sermone de contemptu mundi. Scd'o tp̄us est breue respectu dei. Nam deus est eternus sine tempe sine successiōis mensura qm̄ ut inquit Aris. iiii. phy. Ea dicunt̄ tpe mēsurari que pncipiū & finē hn̄t. Est aūt repire pn-cipium & finē i oī eo quod mouetur quod uero ē oīno imutabile sicut nec successiōem ita nec pncipiū nec finē habere potest. Ideo cū deus sit maxime imutabilis sibi maxime competit ut sit eternus quia deus est suū esse uniforme. Vnde sicut est sua essentia ita est sua eternitas. Et hoc exp̄ssit Aug. d. ad Marcellinū. Deus solus est qui exordiū non habet. Sed qd̄ soli deo nō cōpetat eternitas pbare posset aliquis p dicta scripture. Vnde Danielis. xii. dicitur Qui ad iustitiam erudiūt multos fulgebunt quasi stelle in ppetuas eternitates. Sed si solus deus esset eternus nō essēt plures eternita-tes. Et Dauid in psal. montes uocat eternos. Illuminans inquit tu tu mirabiliter a mōtibus eternis. Et Deutro. xxiii. Colles uocant̄ eterni. Et Math. xxv. Ignis inferni adhuc nominatur eternus Ergo non solus deus eternus. Rn̄det Tho. pte prima sūme q. x. Quod eternitas uere & pprie in solo deo est eo q consequit̄ imu-tabilitatē ut dictū est. Solus aūt deus oīno ē imutabilis. Scd'm tn̄ q aliq̄ ab ipo imutabilitatē recipiūt scd'm hoc aliqd eternitatis ei-us pticipāt. Quedā uero q̄tū ad hoc imutabilitatē sortiunt̄ a deo q nunq̄ desinūt eē. Et sic dicit̄ Eccl. i. Terra uero i eternū stat Quedā etiā eterna i scripturis dicūt̄ pp̄ter diuturnitatē duratōnis licet corruptibilia sit sicut i uerbis allegatis dicūt̄ eterni montes & colles. Quedā āplius pticipāt de rōe eternitatis i q̄ntū hn̄t itrās-mutabilitatē uel scd'm eē ut ignis inferni uel scd'm suam opatōem sicut angeli & bti uidētes deum i quibus nō erunt q̄ntū ad uisionē beatificā uolubies cogitationes ut docet Agus. iiii. de trinitate. Vn̄ dicuntur habere uitam eternam secundum illd. Io. xvii. Hec est uita eterna ut congnoscant te uerum deum. Multe ergo eterni-tates sunt quia multi sūt participantes eternitatem ex ipsa dei cō-templatione. Dicimus ergo quod sicut solus deus est bonus per suā eēntiā ut. d. Boetius in li. de ebdomadibus. Sicut oīa alia sūt bona p participatōem ita solus deus ē eternus p suā eēntiā. Alia uero dn̄r eterna p participatōem. Tertio tp̄us ē breue respectu nostri Quid. n. de tp̄re dicam ad uitā p̄ntem nobis concesso? Audiamus sapiētū sāctorūq; uoces. Ingt. n. Iob. viii. c. Sicut ūbra sūt dies nostri sup terrā. Et. xiii. Homo natus de muliere breui uiuēs tpe

repletuſ multiſ miſeriſ. Qui. q. fl. e. & có. & f. u. umbra. Et. xiiii
Breueſ dieſ hominiſ ſunt. Et Gregoriuſ. xv. lib. moraliũ. Omniſ
longitudo tpiſ uite pñtiſ punctuſ eſſe cognoſcit cũ fine terminet.
Et Iſidoruſ li. i. ſoliloquiorũ. Quottidie dieſ ultimuſ appropiquat
quottidie ad finem tendimuſ ad mortem quottidie pperamuſ. Et
Jacobi. iiii. Que eſt uita noſtra? Vapor eſt ad modicum parenſ &
deinde exterminabit. Et Seneca ad Lucillũ. Punctũ eſt om̃e qđ
uiuimuſ & adhuc puncto minuſ. Et iterum adeundem. Quottidie
morimur quottidie demit aliqua pſ uite & tunc quoq cũ creſcimuſ
uita decreſcit. Et idẽ de cõſolatione ad Martiã. Omnia humana
breuia & caduca ſunt & infiniti temporiſ nullam partẽ occupãtia
Et idem in tragediiſ. Etate fruere mobili curſu fugit. Et idem in
qõibuſ naturalibuſ. Fugit tẽpuſ & auidiſſimoſ ſuoſ deſerit peũdo.
Eleganter Leſio quidam dñt. Sexaginta annoſ habeo hoſ inqe
ſexaginta dicſ quoſ nõ habeſ. Et Ouidiuſ li. iii. de faſtiſ. Tempa
labunt tacitiſq ſeneſcimuſ anniſ. Et celer admiſſiſ labit annuſ eqſ.
Et in. x. Metha. Labit occulte fallitq uolatiliſ etaſ. Et nihil eſt
anniſ uelociuſ. Hinc ſapienter philoſophuſ quidam quaſdam ſibi
qõneſ ppoſitaſ ſoluit. Interrogatuſ etenĩ. Cũ quibuſ ſociuſ eſt hõ.
Reſpondit. Cum ſeptẽ quia eum aſſidue meleſtant. Hi ſũt fameſ
ſitiſ calor friguſ laſſitudo infirmitaſ & morſ. Interrogatuſ ubi eſt
homo Rñdit in bello multiplici & diuerſo. Intra ſe habet bellum
mordentiſ conſcientie. In proprio corpe habet bellum q̃tuor ele/
mentoꝝ que ſecum pugnant adinuicem per contrariaſ qualitateſ.
Extra ſe habet bellũ rerum concupiſcibiliũ & diabolice tẽptatiõiſ.
Tertio interrogatuſ. Quõ ſe habet homo. Rñdit ut lucerna ad
uentum que cito extinguit. Vt ſcintilla in mari que cito ab undiſ
abſorbet. Vt ſpuma gracilis que cito a procella diſpergit. Vt fu/
muſ qui cito diffundit. Interrogatuſ quarto cui ſimiliſ eſt homo.
Rñdit aceruo niuiſga ut aceruuſ niuiſ modico calore cito in aquã
de qua fuerat reſoluitur ſic homo genituſ de putredine modica in/
firmitate in eam reuertit. Similiſ eſt etiã homo roſe matutine que
dum colligit mane pulchra uidet in ſero uero marcida inuenit. ſic
homo in iuuentute apparet floriduſ in ſenectute uero marceſſit.
Similiſ eſt etiam pomo nouo quod dum in arbore pendenſ ad in/
crementum debitũ peruenire credit modico tamen uerme interiuſ
exorto corrodit & ſubito corruenſ efficitur inutile. Sic hmoo in
pueritia ſua aut in adoleſcẽtia ſua ſepiuſ ſubita infirmitate ꝑuẽtuſ

moritur & inutilis efficit. Interrogatus quinto quid est hō. Rñdit Mancipiū mortis hospes loci uiator transiens. Mancipiū dicit qa manū mortis nequit euadere. Hospes loci quia recipit cū gaudio scilicet cito obliuioni tradit. Viator uero transiens uocat qa dor/miens aut uigilans sedens aut ambulans uel quicquid aliud faciens semper ad mortē pperat. Absoluit ergo philosophus optime dicta sua ostendens uite humane dolendam breuitatem. Et qd prodest esse in diliciis possidere diuitias sedere i throno regni florere in iu/uentute letari pulchritudine & quibuscūq; tēporalibus bonis pfrui quando tam cito uita cessabit? Aut quō non erunt irrisione digni qui deum derelinquentes in illa confidunt. Hinc Aug: in li. de mi/seria huius mundi exclamans ait. O uita pnis q̄ multos decipis que dum cognosceris nihil es dum exaltaris fumus es Sapiētibus amara es insipientibus dulcis es. Qui te querunt non te cognoscunt. Qui te cognoscunt ipsi te fugiunt. Ideo Paulus hanc breuitatem uite considerans. i. Cor. vii. c. dicebat. Qui habent uxores tanq̄ non hñtes sint & qui emūt tanq̄ non possidentes & qui flent tanq̄ non flentes & qui utunt hoc mundo tanq̄ non utant & qui gaudent tanq̄ non gaudentes. Preterit. n. figura huius mundi. Secunda conditio temporis dicit mobilitas. Semper enim tempus est mobile & nunq̄ quiescit. Sic & conditio nostra mutabilis est & mouet sp cum tempore. Ideo Iob dicebat. xiii. c. loquens de homine. Nūq̄ in eodem statu permanet. Et Ouidius li. xv. meta. inquit. Hec species cuiq; manet rerūq; nouatrix. Et aliis alias repat natura fi/guras. Nil equidem constare diu sub imagine eadem crediderī. Et in Auteñ. de no. alie. §. Vt aūt. dicit. Quid est stabile iter hoīes & ita imobile ut nullam patiat imutationē cū omnis noster status sub perpetuo motu consistat? Et. C. de ueteri iure enucleādo. l. ii §. Sed quia diem. Humani iuris cōditio semp in infinitū decurrit & nihil est in ea quod stare perpetuo possit. Et Cassiodorus. lib. iii. epistolaꝝ. Humane res mutabilitatem patiunt. Ideo Seneca ad Lucillū ppulchre sic loquit. Noli huic tranquillitate cōfidere Momento mare euertit & eodē die ubi luserunt nauigia sorbent. Videmus omnia ista quotidie per expiētiam deficere expimur q omnia uanitati fore subiecta & tamen omnem operam adhibemus ad hec temporalia bona assequenda. Pro celesti autē mercede que in eternū est duratura nec in minimo laborare sumus pati. Tertia conditio temporis dicit irreuocabilitas. Perditū namq; tēpus adeo

irreuocabiliter euolat ut amplius recuperari nõ possit. Vñ Ouidius in .iii. de arte amandi. Nec que preterit hora redire potest. O q̃ preciosum est tempus cum quo lucrari possumus eternitatem. Ideo Seneca ad Lucillũ dicebat. Omnia mi Lucille aliena sunt tẽpus tamen nostrũ est. Ex hoc Hieronymus sic scribit ad Eustochiũ. Omne tempus in quo te meliorem non senseris existima pdidisse. Et Bernardus uidens ociosoꝝ incredibilem numerum in li. de contemptu mundi sic loquit̃. Heu heu nihil preciosius tempore nihil hodie uilius reputatur. hec ille.

De triplici uocabulo expressiuo temporis scilicet Nunc Tũc & Olim. Cap. ii.

Ecundum mysterium contemplandum de tempore dicit̃ nominatio seu expressio. Nam secundũ Tho. in scripto sup. iii Ethi. & super. v. Phy. tempus triplici uocabulo exp̃mi & noĩari solet. Primũ uocabulũ est nunc. Secundũ est tunc. Tertiũ ẽ olim Primũ uocabulũ quo tempus exprimit̃ dicit̃ nunc in quo signat̃ tempus p̃ñs seu presentis uite quãdo possumus dũtaxat opari bonũ Nam in inferno opatio bona nulla erit ubi anime sunt irreuocabiliter condamnate. In paradiso nulla erit opatio laboriosa nec iã ubi anime sunt beatificate. In purgatorio etiam nulla potest esse opatio meritoria sed tantũ pena satisfactoria. Ideo cum audimus nunc euigilare debemus & intelligere q̃ tantum presens tempus est oportunũ ad agendũ penitentiã. Et qui futurũ expectat mũdi allectus dulcedine grandi se exponit periculo. Ideo dixit sanctus Barlaam. Quod qui delectationes corpales desiderant & in p̃senti dissimulãt agere penitentiã & puidere sibi de futura uita similes sũt cuidã homini qui dũ a facie unicornis ne ab eo deuoraret̃ uelocius fugeret in quoddam baratrũ magnũ cecidit. Dum autem caderet manibus arbusculã quandam apprehẽdit & base quadam lubrica & instabili fixit pedes. Respiciens uero uidit duos mures unũ albũ & alium nigrum incessanter radicem arbuscule quam app̃henderat corrodentes & iam prope erant ut ipsam absciderent. In fundo aũt baratri uidit draconem terribilem spirantem ignem & aperto ore ipsum deuorare cupientem. Super basem uero ubi pedes tenebat uidit quattuor aspidum capita inde pdeuntia. Eleuans aũt oculos uidit exiguũ mellis s. ramis illius arbuscule oblitusq̃ periculi in quo positus erat seipsum totũ ad mel comedendũ conuertit. Vnicornis mortis tenet figuram que hominem semper persequit̃. Baratrum

uero mūdus est omnibus periculis plenus. Arbuscula uniuscuiusq; ē uita que per horas diei & noctis quasi per murem album & nigrū incessanter consumitur & incisioni appropinquat. Basis quattuor aspidum corpus est ex quattuor elementis compositū quibus inordinatis corporis compago dissoluitur. Draco terribilis est os inferni cunctos deuorare cupiens. Dulcedo ramusculi delectatio fallax mundi qua multi decipiunť detinēťq; ne in presenti dum tempus adest & facultes datur clament ad dn̄m & toto corde conuertanť ad illum. Secundum uocabulum quo tempus exprimiť diciť tūc & significat illud quod est remotum a presenti & precipue futurum In scripturis uero diuinis septem tunc nobis se ingerūt iugiter meditanda. Primū tunc horribilis uisionis quando .s. damnati miseri iudicem oīm in sua maiestate uidebunt. Et de hoc sic diciť Luce. xxi. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cū ptāte magna & maiestate. Secundum tunc est generalis lamentationis quando cōmunis erit & infructuosa lamentatio damnandorū. Et de hoc diciť. Math. xxiiii. Tunc plangent se omnes tribus terre. Tertium tunc est iocunde associationis. De quo diciť Sapientie. v. c. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduer. e. qui se a. & qui ab. la. eoꝝ. Quartum tunc est timende locutionis. De quo Dauid in Psal. ii. ait Tunc loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbauit eos. Quintū tūc est dulcis uocationis qn̄ uocabūť electi ad possidendum gloriosissimū regnū dei. Et de hoc Math. xxv. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt Venite bn̄dicti patris mei per. r. paratū u. a. cō. mundi. Sextum tunc est eterne damnationis. De quo Math. xxv. Tunc dicet rex his qui a sinistris eius. Discedite a me. m. in ig. eter. qui paratus est dia. & āgelis eius. Septimū tunc est plene beatificationis de quo Isaie. lx. Tunc uidebis & afflues & mirabiť & dilatabiť cor tuū Si quis igitur hec septem tunc sepius mente reuolueret huius mundi fallaciis pfecto non deciperet. Tertium uocabulum quo tempus exprimiť dicitur olim quod presertim preterita nobis habet denotare. Inter omnia autem significare nobis debet beneficia dei que suscepimus ex quibus ad penitentiā inducimur in presenti. Ideo xp̄us dicebat. Mat. xi. Ve tibi Chorozai. ue tibi Bethsayda q̄a si in Tyro & sydone facte essent uirtutes que. f. s. i. uo. oli. in ci. & cil. p. egissent.

De triplici obseruatione temporis scilicet naturali superstitiosa & uirtuosa. Cap. iii.

Ertium mysteriũ cõtemplandũ de tempore dicit̃ obseruatio.

Nã a multis diuersimode tempus obseruat̃. Ideo triplex eius obseruatio notari potest. Prima dicit̃ naturalis. Secunda dicitur superstitiosa. Tertia uirtuosa. Prima est obseruatio naturalis qñ quis comedit bibit dormit suaq; negotia facit tempore debito. Sic agricule seruant tempus frumenta serendo tempore autũnali non estiuo Naute seruant tempus nauigando cum uenti adsunt secũdi. Medici seruant tempus egrotis medicinas tempore oportuno mi/nistrando quia Ecclesi. iii. dicit̃. Omnia tpus habẽt. Et Ouidius li. i. de remedio amoris Temporibus medicina ualet data tempore prosunt. Et data non apto tpe uina nocent. Secunda temporis obseruatio dicit̃ superstitiosa. De qua loquit̃ Augu. in Ench. Et ponitur. xxvi. q. vii. c. Quis existimet. Quis existimet inquit q̃ magnum peccatum sit dies obseruare & menses & annos & tempa sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus siue annis uolũt uel nolunt aliquid inchoare eo q̃ secundũ uarias doctrinas hominum fausta uel infausta existiment tempora. Similiter reprehendit̃ obseruatio temporis superstitiosa eadem causa &. q. i. c. Non licet in. c. Si quis & in. c. Non obseruetis. Quia inquit Apostolus Siue mãducatis siue bibitis siue aliquid aliud facitis in nomine dñi nostri Iesu xpi facite i quo uiuimus mouemur & sumus. Modernis uero temporibus exasperandi maxime sunt astrologi quidam q omniũ hominũ facta secundũ astrorum regulam iudicant esse regulanda. Quos Augu. li. v. de ci. dei. c. vii. deridet sic exclamãdo. O sin/gularem stultitiã. Eligit̃ dies ut ducat̃ uxor. Credo pp̃terea qa potest in diem non bonũ nisi eligat̃ incurri & infeliciter duci. Vbi est ergo qd̃ nascẽti iam sidera decreuerũt? An potest homo quod ei iam constitutum est diei electione mutare? Et quod ipse in eli/gendo diem constituerit non poterit ab alia potestate mutari? Et Paulo inferius sequit̃ Augu. Si autem pp̃terea ualent ad has res dies electi quia terrenis omnibus corporibus siue animantibus scd̃m diuersitates temporaliũ momentorũ siderum positio dñatur consi/derent q̃ innumerabilia sub uno temporis puncto uel nascant̃ uel moriant̃ uel inchoent̃ & tam diuersus exitus habeant ut istas ob/seruatiões cui uis puero ridẽdas esse p̃suadeant. hec ille Er reuera qui omnia inchoãda aut agenda p̃suadent secundũ mathematicorum dogmata non solũ peccant uerũ etiam & sepius inueniũt se delusos Nam ut ego ipse noui astrologũ quendã in ciuitate Camerini qui

uix domũ exire uolebat absq; ãnotatiõe cursus siderũ & planetarũ hic ut a fide dignis in prefata ciuitate mihi relatum est oblatas sibi uxores per plures annos respuit quoniam secundũ suã astrologiã non uidebatur sibi tempus salubre. Tandem ut ipse dicebat scd'm astrorum fauorem unam accepit illamq; duxit cui predicabat diu secum in letitia uicturum. Sed uix per ebdomadam steterũt simul & statim rixe discordieq; pestilentissime exorte sunt inter ipsum & uxorem. Et modico post tempore elapso uxor in infirmitatẽ cecidit & mortua est. Astrologo uero mendita est uis siderum. Idem etiam societatem quandam cum mercatoribus quibusdam fecit & septingentos florenos ad negotiandum pro parte sua deputauit. Emerunt autem mercatores maximam quantitatem croci. Quod cum uellent Venetias destinare noluit astrologus onerare mulos donec uidit per suam artem sibi astra blandiri. Fatebatq; copiosũ lucrum ex croco illo sibi ac sociis prouenturũ. Verũtamen cũ ex Ancona nauis quedam croco predicto aliisq; mercibus onusta discessisset flantibus contrariis uentis tempestateq; inualescente naufragium passa est. Quod cum audisset astrologus nunq̃ deinceps astris credere uoluit. Ideo abstinendũ est a talibus obseruantiis & in omni opere nostro diuinum est implorandũ auxilium & inuocandum nomen dñi nostri Iesu xpi. Quoniam ut dicit̃. xxvi. q. ii. Qui sine saluatore salutem uult habere & sine uera sapientia existimat se prudentem fieri posse non sanus sed eger non prudẽs sed stultus in egritudine assidua laborabit & in cecitatis noxia & dementia permanebit. Tertia obseruantia temporis dicit̃ uirtuosa eorum. s. qui considerantes ea que diximus cognoscũt tempus uisitationis sue. Hi siquidem dum illud habent conantur opari bonũ audientes uocem dei de qua Paulus in epistola dicit. Tpe accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. Ecce nunc. s. in presenti uita tempus acceptabile orandi ieiunandi peregrinandi plangendi & lachrymandi pro delictis aliena restituẽdi confitendi peccata satisfaciendi deo & proximo uirtutũq; actus aggrediẽdi ꝓpter que consequi ualebimus & in hoc seculo dei gratiam & in futuro eius letitiã in qua cũ xp̃o regnabimus per omnia. s. s. Amen.

Dominica prima in quadragesima infra diem De uita homĩs secundum triplicis status considerationem. Sermo. xxiiii.

On in solo pane uiuit homo. Verba sunt redẽptoris nostri originaliter Mat. iiii. c. & in Euãgelio hodierno. Naturale

est animantibus cunctis ut super omnia se uitamq; suam tueant. Ideo Boetius in.iii.de consolatione ait. Omne namq; animal tueri salutem laborat mortem pernitiemq; deuitat. Habet quippe uita ab hominibus rationabilibus carior ac preciosior cũctis rebus. Pro illa etenim conseruanda nullum laborem refugiunt quelibet alia mala pacienter tolerant & solicitissime omnia oportuna remedia ipsam uitam adiuuantia excogitant & inueniũt. Verũtamẽ nullo ingenio nulla ui nullaq; arte fieri potest ut nõ finiat & terminet. Ea propter elaborandum est ut illa acquirat uita que in eternum erit duratura quoniam ut dicit Saluator noster in uerbis p̃missis. Non in solo pane uiuit homo quia non hec sola uita est que sustẽtatur materiali pane sed & alia longe felicior longe melior lõgeq; diuturnior que reficit beata uisione dei. Cum ergo paucissimi reperiantur qui ad illam desiderandam suam mentem inflamment propterea in hoc sermone de uita hom̃is erimus uerba facturi quã considerandam proponimus secundum triplicem statum uidelicet. Primo secundũ statum nature condite. Secundo secundũ statum nature lapse. Tertium secundum statum nature beate.

De uita hominis secundũ statum eius ãte peccatum que erat sine passione sine labore & sine moriendi necessitate & obligatione. Cap.i.

Rimo consideranda proponit hominis uita secundũ statum nature condite siue inocentie uel originalis iustitie añ scilicet q̃ primi parentes peccassent & in tali statu reperimus triplicẽ conditionem humane uite. Prima cõditio dicit impassibilitatis. Scd̃a tranquillitatis. Tertia imortalitatis. Prima illius uite conditio dicit impassibilitatis quia uiuebat tunc homo sine passione nullũq; contrarium eum ledere poterat. Vnde Isidorus in li. de trinitate quem Magr.xix.di.scd̃i li. allegat sic inquit. Si homo in paradiso innocenter uiueret nec ignis eũ ureret nec aqua mergeret nec aeris absentia suffocaret nec omnia que nocent mortalibus impedirent. Et Augusti.xiiii.li.de ci.dei.c.xxvi.ait. Viuebat itaq; homo in padiso sicut uolebat q̃diu hoc uolebat q̃d deus iusserat uiuebat fruens deo ex quo bono bonus erat. Viuebat sine ulla egestate semper ita uiuere habẽs i potestate Cibus aderat ne esuriret potus ne sitiret lignũ uite ne illum senecta dissolueret. Nihil corruptiõis in corpore uel ex corpore ullas molestias ullis eius sensibus igerebat Nullus internus morbus nullus ictus metuebat extrinsecus. Sũma

in corpore sanitas erat in animo tota tranquillitas. hec Augu. Sed
contra ista instare possumus & arguere multipliciter. Primo sic.
Nulla dos corporis gloriosi cõpetere poterat corpori nõ glorioso
Sed corpus primorum parentũ non erat gloriosum quia corpus
efficitur gloriosum per redundantiã anime beate. Et anima pri/
morum parentum non erat beata quia non uidebat essentiam dei
Ergo corporibus illis non potuit competere aliqua dos corporis
gloriosi. Sed ĩpassibilitas ut docẽt theologi. xlix. di. quarti. Dos
est glorificatorũ corporum ergo dos talis in primis parentibus esse
non potuit. Secũdo arguit̃. Quia sentire & intelligere ẽ quoddã
pati. Sed in statu innocentie homo sentiebat & intelligebat ergo
patiebat̃. Tertio arguit̃ quia omne molle naturaliter passibile est
a duro. Ergo si corpori hominis primi obiectum fuisset aliquod
durum pateret̃ ab eo. Et sic fuisset passibilis. Ad primũ argumẽtũ
respondet Scotus di. xix. scd̃i li. Quod impassibilitas sumit̃ dupli/
citer. Quedam est que priuat & potentiam & actum patiendi. Et
hec dos est corporum glorificatorũ que nec patiunt̃ nec pati põt.
Et hec non fuit in parentibus primis. Quedam uero est ĩpassibi/
litas que priuat actum & non potentiam & hec non est dos que
fuit in hominibus conditis quoniam licet possent pati tamen q̃diu
diuinũ seruassent imperiũ nũq̃ passi fuissent. Ad secundũ obiectũ
respondet sanctus Tho. parte. i. q. lxxxxvii. Quod passio dicit̃
dupliciter. Vno modo proprie. Et sic pati dicitur quod a sua na/
turali dispositione remouet̃. Passio enim est effectus actionis. In
rebus autẽ naturaliter contraria agunt & patiunt̃ adinuicẽ quorũ
unũ remouet alterũ a sua naturali dispositiõe. Et sic dicit Dama.
Quod passio est motus preter naturam. Alio modo dicitur passio
cõmuniter secundum quãcunq̃ immutationẽ etiam si pertineat ad
perfectionem nature. Et sic ĩtelligere & sentire & huiusmodi que
ordinant̃ ad bonũ nature largo modo dicunt̃ passiones. Cum aũt
dicit̃ ꝙ erat homo impassibilis intelligendum est ꝙ homo non pa/
tiebatur passione primo modo dicta. Ad tertiũ argumentũ rñdet
prefatus doctor ꝙ in illo statu poterat homo preseruare corpus
ne pateretur ab aliquo duro partim quidem per propriã rationẽ
per quam poterat uitare nociua partim etiam per diuinam pui/
dẽtiam que sic ipsum tuebatur ut nihil ei occurreret ex improuiso
a quo lederet̃. Actus ergo cuiuscunq̃ agentis contrarii in corpus
hominis fuisset impeditus ne illud lederet a potentia dei. Ipsa eqdẽ

suspendit uim ignis ut non offenderet non ureret nec calefaceret tres pueros missos in fornacem succensam nimis iussu Nabuchodo. ut patet Danielis. iii. Similiter sanctissima uirgo Agnes flāmis iniecta nihil nocumenti passa est. Et Iohā. euangelista iussu Domiciani crudelissimi Rome in doliū feruentis olei missus diuina se ꝓtegēte gratia illesus exiuit. Quibus exemplis & similibus manuducimur ut uera esse indubitanter credamus ea que dicunt̄ de impassibilitate hominis in statu innocentie. Secūda cōditio uite hominis in statu nature condite dicitur tranquillitas. Viuebat equidem in tranquilli/tate inquiete absq̄ aliquo penali labore. Non erat ei opus fodere terram serere campos colere agros plantare uineas cōstruere do/mos pagrare prouintias nauigare maria texere linum aut lanam uel alia facere que cum sudore a nobis fiunt ut uita nostra misera sustenteтur. Habitabat in paradiso deliciarum ut inquit Dama. li. ii. Et Augu. xiiii. de ci. dei. ubi aeris puritas & serenitas aderat ubi humus sponte suos fructus gignebāt ubi animalia & uolucres celi homini deo obedienti obediebāt. Et si diceret̄ ꝙ Gen̄. ii. dicit̄ Quod deus posuit eum in paradiso uoluptatis ut operaretur ergo posset dici ꝙ posuit eum ad laborem. Respondet Augu. sup Gn̄ Quod operatio illa non laboriosa non tediosa sed solatiosa & de/lectabilis erat qualis nunc esse solet in his qui plantulas quasdam irrigant aut flores colligunt. Tertia cōditio uite hominis in statu nature condite dicitur immortalitatis. Erat enim absolutus homo ab obligatione mortis quam propter peccatū inobedientie īcurrit Vnde August. in q̄onibus noui & ueteris testamenti inquit. Deus hominem fecit qui q̄diu non peccaret immortalitate uigeret. Et li. xiii. de ci. dei. c. iii. ait. Fatendum est primos homines ita fuisse institutos ut si non peccassent nullum genus mortis experirentur. Sed eosdem primos patres ita fuisse morte mulctatos ut quicquid eorum stirpe esset exortum eadem pena teneretur obnoxiū. Pro magnitudīe quippe culpe illius naturam dānatio mutauit in peius ut qd̄ penaliter ꝓcessit in peccātibus primis hominibus naturaliter sequeret̄ in nascentibus ceteris. Si autem diceret̄ quō poterat cor/pus illud ex elementis cōtrariis compositum indissolubile ꝑmanere cum compositū ex contrariis naturaliter sit dissolubile quia ut dicit Auicenna. Contraria semper appetunt ire in regiones contrarias Respondet Hugo li. de sacramentis. d. Quod in paradiso celesti homo potest non peccare & non potest peccare potest nō mori &

non potest mori quia ibi est peccandi & moriendi omnimoda im/possibilitas. Et in mundo potest homo peccare & non potest non peccare potest mori & non potest non mori quia est ibi peccandi & moriendi necessitas In padiso uero terrestri hō potuit peccare & potuit non peccare potuit mori & potuit non mori ita φ in eo fuit moriendi & peccandi possibilitas sine necessitate. Sanctus aūt Tho. in prima parte. q. lxxxxvii. dicit. Quod aliquid pōt dici incorruptibile tripliciter. Vno modo ex parte materie eo scilicet φ non habet materiam sicut angelus uel habet materiam que non est in potentia nisi ad unam formā sicut corpus celeste & hoc dicitē incorruptibile secundum naturam. Alio modo dicitur aliquid in/corruptibile ex parte forme quia scilicet rei corporali īheret aliq̄ dispositio per quā totaliter a corruptione prohibet. Et hoc dicitē incorruptibile secundum gloriam quia ut dicit Augu. in epistola ad Dioscorum tam potenti natura fecit deus animam ut eius bea/titudine redundet in corpus plenitudo sanitatis & incorruptionis uigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cause efficientis Et hoc modo in statu innocentie fuisset incorruptibilis homo & īmortalis. quia ut Augu. d. in qōibus noui & ueteris te/stamenti Immortalitas illa erat secundū uim quandā supnaturalem in anima residentem non autem per aliquam dispositionem corporis inherentē ita φ mors & corruptio homini non nocuisset quia deus ita statuerat Ideo. d. adhuc Augu. in li. de baptismo paruulorum fiebat ordo iustitie ut sicut anima domino suo ita corpus ei obediret O damnosa transgressio. O grauis inobedientia primorū parentū qua & ipsi & nos cum eis illius status omnia iura perdidimus.

De uita hominis secundū statum eius post lapsum & qualiter prolongata fuit uita hominū ad multos annos & ante & post diluuium & modo abbreuiatur. Cap. ii.

Ecūdo considerandā proponitur hominis uita secundū statū nature lapse. Et quantum ad propositum spectat tria de illa inquirere debemus. Primū dicitē prolōgatio. Secundū dubitatio. Tertium abbreuiatio. Primum de uita hominis inquirendū dicitē prolongatio. Nam licet post peccatū data sit plena ptās horrēde morti ut cunctos homines uita priuaret Tamen de multis legimus φ longissimis annis uixerunt. Vnde Geñ. v. habetur. φ Adam uixit ānis nongentis triginta & Seth nongentis duodecim & Enos nongentis quinq; & Chaynan nōgentis sexagīta quinq; & Iareth

nongentiſ ſexaginta duobuſ & Mathuſalem nongentiſ ſexaginta
nouem. Sed de hiſ anniſ apud pleroſq; ſatiſ dubitatū eſt. An taleſ
fuiſſent qualeſ & nunc ſunt anni noſtri. Nam ut inquit Augu. li.
xv. de ci. dei. Plinius ſecunduſ cum audiſſet homineſ ad tot annoſ
perueniſſe hec omnia in ſcientia temporum ueniſſe eſt arbitratuſ
inquienſ quoſdam terminaſſe annū eſtate alioſ hyeme. Archadeſ
trium menſium annoſ habuiſſe Egyptioſ quattuor Lauinioſ. xiii
Anarcanaſ ſex. Ex hoc quidam dicere uoluerunt ꝙ decem anni
illiuſ temporiſ accipiunt̃ pro uno anno noſtro uolenteſ ꝙ nōgēti
anni ex illiſ eſſent ex noſtriſ nonaginta. Verūtamen falſum eſſe
cōſtat quia ut ex codicibuſ hebraiciſ colligit̃ centū triginta ānoꝝ
erat Adam quando tertium filium genuit qui anni ſecundum
illoſ tredecim ex noſtriſ eſſent. Et homo tredecim annorum non
potuiſſet filioſ generare. Sed omittamuſ Adam qui fortaſſe etiam
quando creatuſ eſt potuit. Quid de Seth ꝗ ſecundū hebreoſ erat
centum quinq; annorum quando genuit Enoſ ac per hoc nondū
habebat undecimū annum? Enoſ uero ſeptuaginta annorū erat
quando genuit Malabel & ſic erat ſeptem annorum. Quiſ homo
ſeptenniſ generat ſi tunc anni ſeptuaginta nuncupant̃ ꝙ ſeptem
fuerunt? Et propterea dicimuſ cum prefato Augu. ꝙ taleſ erant
tunc anni qualeſ & nunc ꝙ probari poteſt uia triplici uidelicet.
Primo auctoritate. Secundo ratione. Tertio experientia. Primo
probatur auctoritate. Nam. xiiii. prefati li. Augu. inducit ſcrip/
turam dicentem. Sexcenteſimo anno uite Noe menſe ſecundo die
ſeptimodecimo menſiſ rupti ſunt omneſ fonteſ abyſſi magne. Et
iterum Geñ. viii. Requieuit archa menſe ſeptimo. xxvii. die mēſiſ
ſuper monteſ Armenie. At uero aque ibant & decreſcebant uſque
ad decimum menſem Et poſt ſubditur. Sexcenteſimoprimo anno
uite. Noe primo menſe prima die menſiſ imminute ſunt aque
ſupra terrā Ex quibuſ uerbiſ aperte deducit̃ ꝙ inter ſexcenteſimū
annum & ſexcenteſimū primum uite Noe fluxerunt menſeſ. xii.
Secundo probatur ꝙ anni illi taleſ erant qualeſ ſunt noſtri ratiōe
Ioſephuſ enim in. i. antiquitatū lib. aſſerenſ Hieronymū egiptiū
Beroſiū Chaldeum & Manetan in libriſ quoſ de antiquitate ſcrip/
ſerunt de anniſ illiſ concordare nobiſcum inducit rationeſ quaſdam
perſuadenteſ homineſ antiquoſ potuiſſe tam diu uiuere. Et haſ
rationeſ aſſumpſit ſibi Nicolauſ de lira ſuper. v. c. Geñ. Prima
ratio ſumitur ex bonitate cōplexioniſ primorū parentū q fuerūt

a deo immediate formati & per consequens optime complexionati & sic ad longiorem uitam dispositi. Et illa bonitas complexionis magis uenit ad homines propinquos illius temporis q̃ ad remotos temporis moderni. Secunda ratio sumitur ex modo temperate ui/uendi. Vt enĩ diximus in sermone de ieiunio. Victus sobrius facit ad corporis sanitatem & per consequens ad conseruationẽ & pro/longationem longioris uite. Tertia ratio sumitur ex bonitate nu/trimenti quia ante diluuium terre nascentia fuere meliora q̃ post quia inundatio diluuii fuit pro maiori parte ex aquis oceani salsis que inducunt sterilitatem terre & per consequens reddunt peiora terre nascentia ex quibus breuiatur uita hominis. Quarta ratio sumit̃ ex perfectione scientie Ade qui cognouit uirtutes fructuũ herbarum lapidum preciosorum & omnium rerum naturaliũ que faciunt ad conseruãdam sanitatem & uitam ꝑlongandã & de hoc docuit homines illius temporis. Quĩta ratio sumit̃ ex bono aspectu siderũ super regionem illam in qua manebant qui aspectus multũ facit ad longitudinem uite. Sed per motum celi continuũ mutatus est tempore procedente. Sexta ratio sumitur ex dispositione di/uina hoc ordinante ut per longam uitam hominum multiplicaret̃ genus humanum. Tertio probat̃ quod illi anni tales erant quales sunt nostri experientia. Nam ut inquit August. viii. c. li. xv. de ci. dei. Non potuissent tot homines ex uno adhuc uiuẽte ꝑ ordi/nata coniugia & honesta matrimonia multiplicari nisi illius uita fuisset diuturna. Vt enim dicit Magister historiarum super. x. c. Geñ. Philo. in li. qõnum super Geñ. narrat ꝙ ex tribus filiis Noe adhuc eo uiuente post diluuium nati sunt. xxiiii. millia uirorũ & centum extra mulieres & paruulos. Vixit quippe Noe post dilu/uium annis trecentis quinquaginta & fuere omnes anni uite eius nongenti quinquaginta ut patet Geñ. ix. c. Dicit etiã Augu. ubi supra. Quod ex uno Abrahã nõ multo ãplius q̃dringentis annis numerositas hebree gentis tanta procreata est ut in exitu eiusdem populi ex Egypto sexcenta millia hominũ fuisse referant̃ bellice iuuentutis. Secundum inquirendum de uita hominis lapsi dicitur dubitatio. Dubitant namq; quidam utrum post diluuium uixerĩt homines ultra centum & . xx . annos propter uerba que Geñ. ix. dixit deus ad Noe. Non permanebit inquit spiritus meus in hoĩe quia caro est. Eruntq; dies illius centum. xx. annorum. Et Rñdet Augu. c. xxiii. li. de. ci. dei superius allegati. Quod iste nõ fuit

terminus humane uite post diluuium sed terminus assignatus ad penitentiã his qui in diluuio erant perituri. Et ut testat̃ Magister in historia scolastica. Deus dixit illa uerba ante annos.xx.ꝗ͂ ce/pisset archa fieri que legit̃ facta in centum annorum spatio. Vel secundum Strabum eo anno dixit deus uerba illa quo cepit archa fieri. Sed quia ĩ malicia pseuerauerũt ante pfixum terminum.s. anno centesimo deleti sunt. Quod etiam post diluuium uixerunt homies supra centũ et.xx.annos patet in scriptura.vt.n.habet̃ Geñ.xi.c. Sem.centũ annoꝝ erat qñ genuit Arphaxat biennio post diluuiũ & post uixit annis qngentis qnq̃ginta q̃tuor Thare uixit annis ducentis qnq;. Et Geñ.xxv.habet̃. Quod Habraã uixit annis centũ septuaginta qnq;. Isaac etiã uixit ãnis centum octuaginta ut patet Geñ.xxxv. Et sic inuenti sunt q̃plures alii qui post diluuiũ uixerunt ultra centũ uiginti annos. Tertiũ inq/rendum de uita homĩs lapsi dicit̃ abbreuiatio. Nã omissis illorũ tpoꝝ que pterierunt cõdiciõibus cõsiderare debemus ꝗ͂ fragilis ꝗ͂ debilis q̃ue breuis sit uita hoĩm tpis nostri Vix unus repit̃ e mille q centenariũ ĩmo octogenariũ aut sexagenariũ numerũ attigat annoꝝ. Deficit nempe ut in pluribus nimis repente uita. Quisnã nõ uideat quot quotidie infantes quot pueri quot adolescentuli robustissimi iuuenes & decore puelle cũ luctu & lacrimis ducantur ad sepeliendũ. O uana spes. O deceptrix fidutia eoꝝ qui cõfidunt in iuuentute in diuitiis in magnificenciis & similibus honoribus dominiis & solatiis. Preteriũt nãq; oĩa ista uelut ũbra. Oĩm uita breuissima est. Faciãt hoĩes quicq̃d uelint ut ad senectutẽ attin/gant & in etate decrepita moriantur adhuc satis angustum satisq; breue uidebitur sapientibus omne tempus uite huius.

De uita hominis in beatitudine que erit cum plena satietate absq; admixtione cuiuscũq; contrarii & cum perpetuitate.

Ertio cõsideranda est uita hominis scd̃m statũ — Ca.iii.

nature beate qñ tandem illa sola desiderãda est illa amabilis illa deniq; oĩ studio pquirẽda. Pro illa solicitatissĩe ẽ cogitandũ que uere uita est. In qua potissime tres cõditiones excellentissime reperiũt̃. Prima dicit̃ societas. Secũda puritas. Tercia eternitas. Prima excellentissima cõditio uite beate dicitur satietas qa in illa ex plena oĩm bonorum pticipatiõe plene satiabit̃ ãnis scd̃m illud Psal. Satiabor cũ appuerit gloria tua. Et de hac satietate copio/sius disseremus ĩ sermõe de beatitudine ĩ libro de uirtutibus. Scd̃a

conditio excellentissima uite beate dicitur puritas quia pura erit &
munda ab omi malo siue ab omi contrario. Vnde Io. Apoc. xxi.
de beatis sic ait. Absterget deus oem lacrimā ab oculis eoꝝ & mors
ultra nō erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit ultra. Et. vii.
c. idem ait. Nō esuriēt neq; sitiēt āplius neq; cadet sup illos sol neq;
ullus estus. Tertia cōditio excellētissime uite beate dicit̄ eternitas.
Vita nāq; illa durabit ieternū & nō deficiet. ꝓpterea sic pulchre i
scripturis sanctis nominat̄ eterna. Vn̄. ii. Machabeoꝝ. vii. c. Rex
mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne uite resurrectione
suscitabit. Et Sapientie. v. Iusti aūt in perpetuum uiuent. Et. i.
Petri. v. Deus omnis gratie uocauit nos in eternam gloriam suā.
Et. ii. c. i. Abundanter ministrabit̄ nobis introitus in eternū regnū
domini nostri & saluatoris Iesu Xp̄i. & ad Gal. vi. Qui seminat
in spiritu de spiritu metet uitam eternam. Et Io. iii. Xp̄us dicit.
Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitū daret ut omīs
qui credit in illum non pereat sed habeat uitam eternā. Et. vi. c.
Hec est uoluntas patris mei qui misit me ut omnis qui uidet filiū
& credit in eum non pereat sed habeat uitam eternam. Et. x. c.
Oues mee uocem meam audiunt & ego agnosco eas & sequuntur
me & ego uitā eternā do eis. Et Math. xix. Omīs qui reliquerit
domū uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem
aut filios aut agros ꝓpter nomen meum cētuplum accipiet & uitā
eternam possidebit. Et Math. xxv. Ibunt hi in supliciū eternū:
iusti autem in uitam eternam. Mirum certe cur tanta sit multorū
uecordia imo insipientia qui tam mira tam alta tāq; iocunda au/
dientes de beata uita ad eam ꝓperare non cogitant. Nam si tanta
faciunt pro conseruatione uite presentis cur etiā eadem & similia
facere recusant ꝓ adeptione future uite? Hec uita laboriosa est
illa deliciosa: hec inquieta illa tranquilla: hec instabilis illa firma:
hec periculosa illa secura: hec dubia illa certa: hec periculis plena
illa pericula non formidans: hec cōmunis bonis & malis illa ppria
tm̄ bonoꝝ. Hec tandem breuissima mom̄tanea & caduca illa uero
ut diximus ꝑpetua & sempiterna. O igit̄ damnabilis reprehensi/
bilisq; imprudentia hominū huius seculi qui tantū ꝓcurant panē
ut uiuant: uiuant inq̄m ad modicum & quasi nihil & non querunt
uirtutes non penitentiam non bona opera per que uiuere possint
uita illa beata perenni. Inquit Xp̄us. Non in solo pane uiuit homo
quia nō hec sola uita est magnifacienda cui panis est necessarius

sed alia exquirenda in qua deus plenitudine sue claritatis pascit intuentium oim tam angelorum quam hominu desideria & appetitus ubi omes pariter collaudabimus ipm deu fontem bonorum oim qui sit benedictus per infinita secula seculorum Amen.

Feria scda post prima dnica in quadragesima. De ueritate tremendi iudicii contra eos q de illo male sentiunt.

Sermo. XXIIII.

Um uenerit filius hominis in maiestate sua & omes angeli eius cum eo tunc sedebit sup sedem maiestatis & congregabunt ante eum omnes gentes. Saluatoris nostri uerba sunt ista originaliter Mathe.xxv.c. & in euagelio hodierno Diem terribile ultimi iudicii considerates satis supq timere debemus ne simul cum danatis & diabolis pjiciamur in ignem eternu. Sunt tn multi que letant cu male faciunt & deu non timent ac hoies n uerentur qui credere nolunt q filius hois uenturus sit ad iudicandum omnes roneq ab omibus exigedam. Ea ppter ut ait Augus. li.xx.de ci. dei.c.i. De die ultimo iudicii dei quod ipse donauerit locuti eumq asserturi aduersus impios & icredulos tanq in hedificii fundamento prius ponere debemus testimonia diuina. hec ille. In hoc itaq sermone desudabimus omni ingenio uincere curiosos: incredulosq confundere quibus ueritatem iudicii per sanctarum scripturarum sacrorumq doctorum dicta dilucida ostendemus. Et ut ordinate ueniamus in capu notabimus in hoc sermoe triplex testimonium quo probatur futurum uniuersale iudiciu. Primu e patru & pphetarum Scdm xpi & apostolorum. Tertium ecclesie & doctorum.

Quod omes patres ac prophete ueteris testamenti diuinitus inspirati predixerunt xpm esse uenturum ad iudicados uiuos & mortuos. Cappitulum.I.

Rimum testimoniu quo probat futurum iudiciu uniuersale dicit patru & prophetarum. Et licet Augusti.v.c. pfati li.xx. de ci.dei dicat prius eligenda esse testimonia noui test. qua ueteris qm quis uetera pora sint tpre noua tn anteponenda sut dignitate. Verum i hoc dndi genere michi plus satisfacit ut a ueteris test. pagina suma originem. Ideo audiamus qd ibi ponitur de iudicio Gen.xv.c. deus ad Abraham loquens ait Ego iudicabo. Et Deutero.xxxii. Iudicabit dns populu suu & in seruis suis miserebitur & Iob.xix. Fugite a facie gladii qa ultor iniquitatu gladius est & scitote esse iudiciu. Et.i.Reg.ii. Dns ascendit in celos & intonuit

& ipse iudicat orbem terrarum Et psal. ix. Parauit i iudicio thronũ suũ Et psal. lxxi. Iudicabit pauperes populi etc. Et c. ix. Iudicabit in nacionibus implebit ruinas etc. Et Prouer. xxii. Iudicabit dñs Et xxix. A dño egredietur iudicium singulorum Et ecclesiastes. iii. Iustũ & impiũ iudicabit dñs & tẽpus oĩs rei tũc erit. Et Sapie. iii. Fulgebũt iusti & tã͠q scitille etc. Et Iudith. xvi. ubi gẽti isurgẽti sup genus meũ dñs. n. ops iudicabit i eis i die iudicii uisitabit illos. et Isa. iii. stat ad iudiciũ dñs & stat ad iudicãdos populos dñs ad iudiciũ ueniet cũ senatoribus populi sui & principibus eius. Et xi. c. nõ scd̃m uisionẽ oculorum iudicabit neq; scd̃m auditũ auriũ arguet sed iudicabit i iusticia paupes & Ar. in. iq. pro mã. terre & pcutiet terrã uirga oris sui Et c. xiii. ecce dies dñi ueiet crudelis & idignatiõis plenus & ire furorisq; ad ponẽdã terrã i solitudie & pctõres eius conterendos de ea. Et li. c. Brachia nostra populos iudicabunt Et Ezechiels. vii. Iudicabo te iuxta uias tuas. Et Daniels. vii. Iudiciũ sedebit. Et Ioel. ii. Cõturbent omes habitatores terre qa uenit dies dñi qa ppe est dies tenebrarũ & caliginis dies nebule & tbinis. Et Michee. iiii. Iudicabit populos multos & corripiet gentes fortes. Et Sophonie. i. Iuxta ẽ dies dñi magnus iuxta & uelox nimis. Dies ire dies illa dies tribulatiõis & angustie dies calamitatis & miserie dies tenebrarum & caliginis dies nebule & turbinis dies tube & clangoris sup ciuitates munitas & sup angulos excelsos & tribulabo hoies & ambulabũt ut ceci qa dño peccauerũt & effundetur saguis eorũ sicut humus & corpora eorum sicut stercora Sed & argentũ eorum & aurũ eorũ nõ poterit liberare eos in die ire dñi In igne zeli eius deuorabitur omis terra quia consumationem cum festinatione faciet cunctis hitantibus terram. Scd̃m autẽ August. tempus iudicii aliqñ dies iudicii aliqñ dies dñi nũcupat. Nũc uero ultimi iudicii diuini diem dicimus nouissimi tempus. Nã per quot dies hoc iudiciũ tendat incertũ est. Sed scripturarum more dies solet poni pro tpre. Si uero aliqs obiiceret cõtra auctoritates p̃dictas quibus iudiciũ asserit q; aliter essent itelligende eo q; ut habetur Naũ. i. Non iudicabit deus bis in idip̃m. Sed nunc deus iudicat de singulis opibus hoim cũ cuilibet post mortem retribuat penã uel gloriam. ergo eos iterũ non iudicabit. Rñdet R. ic. xlvii. di. q̃rti. Quod iudiciũ quo nunc iudicat deus cuiuslibet persone singularis nec est omnibus manifestum nec tribuit totũ premium nec totum supplicium qa punit aias non in corpibus & similiter p̃miat de cõi

lege. Illud aũt iudiciũ qđ futurꝝ est erit oĩm simul & oĩbus manifestũ & reddetur cuilibet sui p̃mii & sui supplicii cõplementum & compositum ex anima & corpore iudicabit. Sic ergo patet ꝙ non iudicabit bis in idipm qa penã quã aĩabus ante inflixerat iterꝝ nõ infliget sed qđ deerat supaddet. Hic Augus. li. xx. de ci. dei. c. i. ait Iste dies iudicii ꝓprie iã uocat eo ꝙ nullus ibi erit impite querele locus cur iniustus ille sit felix ille iustus infelix oĩm nãq̃ tũc nõ nisi bonorum uera & plena felicitas & omnium non nisi malorum digna & sũma infelicitas apparebit. hec ille.

Quod Christus & eius apostoli predixerunt apte uniuersale iudicium esse futurum quo omnes boni & mali congregabũt ante tribunal iudicis. Cappitulũ. II.

Ecundũ testimoniũ quo probat futurũ iudicium est xp̃i & apostulorũ. Ipse nanq̃ Saluator cũ obiurgaret ciuitates in qbus uirtutes magnas fecerat neq̃ crediderãt Mathe. xi. ait Ve tibi Corozaym ue tibi Bethsayda qa si ĩ Tyro & Sydone facte essẽt uirtutes que facte sũt olim ĩ uobis ĩ cilicio & cinere penitẽciã egissent. Verꝝ tñ dico uobis tyro & Sydoni remissius erit q̃ uobis in die iudicii & Math. xii. Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista & cõd. eam qa pe. ege. in p̃dicatione Ione. Norandũ tñ ꝑ intelligentia istorꝝ uerborꝝ sđm Ric. in. iiii. di. xlvii. Quod extẽdendo nomen iudicãdi qnq̃ modis potest alicui conuenire iudiciũ. Prĩo ex ordinaria ptãte & sic iudicabit tota trinitas Scđo delegata ptãte & sic iudicabit filius. s. Xp̃us inq̃ntum homo Io. v. Pater omne iudiciũ dedit filio. Et Danielis. vii. Aspiciebam donec throni positi sunt & antiquus dierꝝ sedit Et. i. Aspiciebam in uisione noctis & ecce cum nubibus celi quasi filius hoĩs ueniebat & usq̃ ad antiquũ dierum puenit & in cõspectu eius obtulerunt eum & dedit ei potestatem & honorẽ & regnũ ut omnĩs tribus populi & lingue ipi seruirent & potestas eius ptãs eterna que nõ auferet & regnũ eius qđ non corrumpetur. Tertio assessoria dignitate & sic iudicabũt uiri perfecti q erunt ꝑ ꝑfectiõe meritorꝝ suorũ assistẽtes iudici. Vñ de apostolis. Luc. xi. xp̃s ipe dixit. Ideo ipi iudices uestri erũt. Et Math. xix. apostolis ipis retulit. Amen dico uobis ꝙ uos qui secuti estis. etc. Quarto approbatiõe & sic iudicabunt oĩs electi. Omnes. n. approbabunt iudicis sententiam. Vñ Apoc. xix. Io. ait. Audiui quasi uocem tuarꝝ multarꝝ in celo dicentium alleluia. Laus gloria & uirtus deo nostro qa uera & iusta sũt

iudicia eius. Quinto compatiõe q̄a minus mali iudicabunt magis malos & sic sumit̄ iudiciū in auctoritate p̄allegata de. Niniuitis. Predicauit insup xp̄s futuꝝ iudiciū Mathe. xiii. Vbi post p̄abolā de bono semīe in agro seminato & zizaniis exortis tandē illam sic exposuit Qui seminat bonū semen est filius hoīs. ager autem est mundus Bonum uero semen hi sunt filii regni zizania aūt sūcfilii neq̄. Inimicus aūt q̄ sup̄semīauit ea est diabolus. messis uero con/sumatio seculi est. messores angeli. Sicut ergo colligentur zizania & igni comburūtur sic erit in cōsumatīoe seculi Mittet filius hoīs angelos suos & colligent de regno eius oīa scādala & eos qui faciūt iniq̄tatem mittēt eos in caminū ignis ibi erit fletus et stridor den/tiū. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ Qui habet aures audiendi audiat. Vt aūt scribit August. vi. c. xx. li. de. ci. dei. Xp̄s ī hac auctoritate iudiciū quidem uel diem iudicii non noīa/uit sed eum multo clarius ip̄s rebus exspressit & ī fine seculi futuꝝ esse p̄dixit. In eodem eciam loco euāgelii xp̄s iudiciū fatet̄ quādo sequitur. Simile est regnū celoꝝ sagine misse in mari etc. usq̄ ibi & stridor dentium. Et ut breuius hanc ueritatem futuri iudicii per xp̄m p̄dicatam accipiamus adest lectio sancti euangelii hodi/erna in qua non solum de futuro iudicio sed & de modo de quo in sequentibus sermonibus dicemus fit specialis mentio. Apostoli in/sup hoc iudicium prenunciauere. Vnde Petrus. ii. epistula. iii. c. ait Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta p̄prias conscias ambulantes & dicentes. Vbi est promissio aut aduentus eius. Ex quo. n. patres dormierūt omnia sic perseuerant ab inicio creature. Latet. n. eos hoc uolentes q̄ celi erant prius & terra de aqua & per aquam consistens dei uerbo per quam ille tūc mūdus aqua inundatus perīt Celi aūt q̄ nunc sunt & terra eodem uerbo repositi sunt igne reseruandi in diem iudicii & perditionis impiorū hoīm. Vnū uero hoc non lateat uos carissimi q̄a unus dies ap̄ dn̄m sicut mille. anni & mille anni sicut unus dies. Non tardat dn̄s pro/missionē suā sicut quidā existimāt. Augus. autē hāc auctoritatē xviii. c. xx. li. de. ci. dei. exponendo dicit. Celos istos aereos intelligimus quoꝝ locū ac spatiū aqua diluuii crescēdo superauit non autem illos supremos ubi sol & luna ac sidera cōstituta sunt Et Ia. v. ait Pacientes estote fratres usq̄ ad aduentum domini. Ecce agricola expectat preciosū fructum terre patiēter ferens donec accipiat temporaneū & serotinū. Patientes estote & uos

& confirmate corda uestra quoniã aduentus dñi appropinquabit. Et Paulus.ii.cor.v.sic ait. Omnes.n.nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bonũ siue malũ. Quid dicent amplius increduli ubi tam ualidissima & fidedigna de uẽturo iudicio audiunt testimonia. O pertinaces peccatores. O uermiculi debilissimi credite credite. Nõ sunt locuti prophete non apostoli nõ demq; xp̄us uerba mẽdacii qui ueritatẽ tanto tempore dilexerunt ut pro illa etiam mori non recusarent O somnolẽti. O pigri & carnales hoies recordamini de primo aduentu Iesu xp̄i filii dei de quo per tot annoꝝ millia acclamatũ est Veniet ueniet ad redimẽdũ populũ & ad saluãdas gentes & tandẽ uenit & que p̄dicta fuerãt de ipo in scripturis plene cõpleuit. De secũdo modo aduẽtu scriptura sacra proclamat omĩs & loquit̃ Ideo firmiter est tenendum q̄ oĩo ueniet. Veniet inq̃ fortis & terribilis excelsus & gloriosus in maiestate & gloria ad humiliandos supbos ad reprobandũ luxuriosos ad arguẽdũ auaros. ad condemnãdum tandem eternis cruciatibus cũ corpe & anima quoscumq; miseros peccatores. O anima sterilis qd agis? Quid dormis? Cur uẽturum iudicem tam seue tibi comminantem non times quare peccata tua non corrigis non dimittis non emendas? Quomodo cum illis comparere corã iudice audebis tã equissĩo? Propterea Io. Apoc. xiiii. audiuit angelum uoce magna clamantem Timete deũ & date illi gloriam & honorem qa uenit hora iudicii eius. O prelati & magni uiri ecclesie. O impatores o reges o principes o barones o duces o milites o doctores o iudices o philosophi o eloquẽtes o oratores O delicati iuuenes o formose puelle o ãnosi senes o solliciti mercatores o artifices O iudei o gentiles o xp̄iani o uirgines o uidue o cõiugati. Timete deũ timete deũ timete deũ qa uenit & nõ tardabit.

Quod omnes doctores ecclesie sancte loqanutur terribilia & tremẽda ualde de futuro iudicio generali. Ca. III.

Ertiũ testimoniũ quo probatur futuꝝ iudiciũ dicit̃ ecclesie & sacroꝝ doctoꝝ Ipsa nanq; ecclesia in utroq; simbulo tam apostoloꝝ q̃ patꝝ uentuꝝ xp̄m ad iudiciũ cõfitet̃. Et hic ẽ septimus articulus fidei ut dicit glo.c.i.de summa tri.& fi.ca. sup uerbo uenturus. Ideo August. c.i.xx.li.de ci.dei.ait. Tenet omĩs ecclesia dei ueri xp̄m de celo esse uentuꝝ ad iudicandos uiuos & mortuos Insup de hoc iudicio clare & sepius loquũtur sacri doctores Vnde Bernardus in q̃dam epistula ait. Veniet dies illa qñ plus ualebunt

pura corda q̃ astuta uerba: conscientia bona q̃m marsupia plena quamquidem iudex ille non flectetur donis nec falletur uerbis. Et Hieronymus ad Sabinianũ diaconũ lapsum. Parce queso anime tue & crede dei futurorum iudiciũ. Et idem ad Asellam de fictis amicis. Ante tribunal xp̃i stabimus ibi patebit q̃ mente quis uixerit Et idẽ ad Heliodorũ de cõtẽptu mũdi Veniet ueniet dies illa qua corruptiuũ hoc & mortale induat incorruptionẽ & inmortalitatem. Beatus seruus quem inuenerit dñs uigilantem. Tunc ad uocem tube pauebit terra cũ populis, tu gaudebis cum iudicabit a dño lugubris mundus immugiet & tribus ad tribũ pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabũt Exhibebitur cũ prole sua Venere tunc ignitus Iupiter. Adducetur & cũ suis stultus Plato discipulis Aristoteli argumenta non proderũt. Tunc tu rusticanus & pauper exultabis gaudebis ac dices. Ecce crucifixus deus meus. Ecce iudex q obuolutus pannis in presepio uagiit. Hic est operarii ac questuarie filius hic matris gestatus sinu hominem deus fugit in egiptũ Hic uestitus coccino hic sentibus coronatus. hic magus demonium habens & samarites Cerne manus iudee q̃s fixeras. Cerne latus romane quod foderas. Videte corpus an idẽ sit quod dicebatis clã nocte sustulisse discipulos. hec ille Et idẽ ad palma. & oceanum. Aderit illa dies i qua facta nostra q̃si i quadã tabula depicta mõstrãda erũt O q̃nuis in die illa expedisset si & sensu corporis & uiscerum uigore caruissent quãti pastores philosophis quanti rustici oratoribus quanti ebetes & muti argutis pferendi sunt Ciceronis Et Grego. omel. xxxix. Pñtis tp̃ris si qua ẽ ita est agenda letitia ut nunq̃ amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Quis cõtradicere põt quis audet quis debet tã pbatissime ueritati? Ecce iam audiuimus tã p̃clarissimas uoces que peccatoribus terribile dei iudicium comminãtur futurum. Non letẽt non securi uiuant si nõ puniunt in hac uita. Non sunt uane uoces scripturarũ que uhe peccatoribus & malefacientibus nũciant. Vhe ait Sapiẽs Eccle. ii. dissolutis corde Et xli Vhe uobis uiri impii q dereliquistis legem dñi. Et Isaie. i. Vhe genti peccatrici. Et. iii. Vhe impio in malis suis. Et. xlv. Vhe qui cõtradicit factori suo. Et Apoc. xviii. Audiui uocẽ unius aquile uolantis per medium celũ uoce magna clamantis & dicentis. Vhe ue ue hitantibus in terra idest iniquis peccatoribus & malis hominibus O humana p̃sũptio. O detestabilis & piculosa confidentia eorum q in sua mala uita dei iudiciũ nõ

formidant. O insensati peccatores cogitate diligenter quid acturi eritis uel qd rñsuri in extremo iudicii die & dum cognoscitis nullã esse i uobis astutiam nullãq uirtutem quibus iudici eterno possitis obsistere reuertimini ad penitentiam ut sic esse ualeatis de numero electoꝝ q ꝑcipient regnum eternum. In quo deus cum omnibus sanctis uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

Feria tertia sec͂e ebdomade i quadragesima de formidabilibus iudicii signis. Sermo. xxv.

Dicebat oẽs ementes & uendentes de templo. Math. xxi. & in euangelio hodierno Quod terribilis appebit i iudicio xp̃s clare ostendit nobis sacra euangelica lectio hodierna in q̃ narrat celebre ac famosũ iudicium & signũ potestatis que erat i xp̃o qui solus potuit flagello facto de funiculis grãdẽ multitudinem foras templũ eiicere. Côuenerãt qdem ibi ut solet fieri populi i magno numero neq inuentus ẽ qsq̃ q potuerit resistere uirtuti que erat in uno solo hoĩe Iesu xp̃o ꝑpter latentẽ eius diuinitatẽ. Ipse ergo ut potuit eiicere adhuc in nostra humilitate consistẽs oẽs uendẽtes & ementes de templo uẽturus ẽ in maiestate sua ad segregandũ a cõsortio iustoꝝ cunctos pc͂tores impenitentes. Ante iñ aduentũ eius ꝑcedẽt terribilia signa que in hoc sermone merito cõtemplari debemus ut per illorum recordationem deum timẽtes & ad pñiam redeũtes non inueniamur in numero illorum quos xp̃us tã acriter a sua facie eiecit & eternaliter cõdemnabit. De ipsis ergo signis iudicii tria mysteria ꝑncipalia erũt declarãda. Primũ dicitꝰ cõditio. Secundum ratio. Tertiũ conclusio.

Quod imminente iudicii tempore multa signa fient in sole luna stellis i celo & i terra i angelis & quasi i oĩbus aliis creaturis. Capitulum. I.

Primum mysteriũ contemplandum de signis dicitur cõditio in quo uidere debemus q̃lia erunt & cuius condicionis signa iudicii. Vñ Ric. in quarto. xlviii. di. iducit Hiero. q in ãnalibus iudeoꝝ scribit se legisse. xv. signa que sunt hec. Prima die maria omnia exaltabuntꝰ. xv. cubitis supra oẽs mõtes. Scd͂a die oĩa equora ꝓsternentꝰ i ꝓfundũ ita ut uix possint uideri. Tertia die redientꝰ in statũ antiquũ Quarta oẽs belue que mouentꝰ i aquis cõgregabuntꝰ & eleuabuntꝰ super aquas mugientes. Quinta oĩa uolatilia celi cõgregabuntꝰ in campis & non gustabũt neq bibent sed emittent uoces quasdam quasi flebiles. Sexta flamma surgẽt ab

occasu solis ignea contra faciem firmamenti usq ad ortū currētia Septima omnia sidera erratica & fixa spargēt ex se igneas comas sicut comete. Octaua magnus terre motus erit ita ut oīa alta he/ deficia prosternant. Nona omes lapides sendentur & una petra collidet aliā. Decima omnes plante fluent sagumeū rorē. Unde/ cima omnes montes & colles & hedificia i puluerē redient. Duode/ cima omnia aīalia uenient ad campos de syluis & mōtibus rugiētia & nihil gustantia. Tertiadecima oīa sepulchra ab ortu solis usq ad occasū patebūt cadaueribus ad resurgendū. Quartadecima hoīes de habitaculis suis recedent discurrendo attoniti uelut amentes & nō audientes loqui. Quintadecima omnes hoīes morient & resur/ gent cum mortuis longe ante defunctis. Et quis incertū sit utrum talia signa sint pcessura iudicium cum. Hiero. ea nō affirmet sed tm̄ legisse se asserat tn̄ ex euangelico textu tria signa īfallibiliter & certitudinaliter colligunt. Primū dicit corpoꝝ celestiū īmuta/ tio. Scd̄m angelicaꝝ uirtutū cōmotio. Tertiū signi redemptoris apparitio. Primum signum habet Math. xxiiii. ubi dicit. Sol ob/ scurabit & luna non dabit lumen suū & stelle cadent de celo. Et Luc. xxi. Erunt signa in sole & luna & stellis. Et hoc pdixit. Isa. xiii. c. Stelle celi & splendor eaꝝ non expandent lumen suū obte/ nebratus est sol in ortu suo & luna non splēdebit i lumine suo. Et Apoc. viii. Quartus āgelus tuba cecinit & percussa est tertia pars solis tertia pars lune & tertia pars stellaꝝ ita ut obscuraret tertia pars eaꝝ. Circa obscurationē solis notandū ē scd̄m Alex. i. iiii. pte summe & Ric. q sequnt Magistrū. xlviii. di. q̄ri. ii. Quod solem & lunā obscurari pōt itelligi uel i ipso aduētu iudicis & sic dicunt obscurari nō sui lumis puatiōe sed supueniēte maiori luminis cla/ ritate. Et hoc pdixit Isaias. xxiiii. c. Erubescet luna & cōfundet sol cū regnauerit dn̄s exercituū in monte sion & in Hierusalem & in conspectu senū suoꝝ fuerit glorificatus. Potest etiam intelligi solē & lunā obscurari ante iudicis aduētū & sic patientur eclipsim supernaturaliter qm̄ si paterent per naturam nō oporteret hoc poni inter signa cum multotiens hoc accidit. Sed credendū ē q contra naturā patient simul eclipsim ad terrorem hoim Per natu/ ram enī impossibile esset q simul paterentur eclipsim qa naturalis eclipsis solis causatur per interpositionē lune inter aspectū nostrū solisq. Et naturalis eclipsis lune p interpositionē terre diametralī/ ter inter solē & lunā. De illa ergo eclipsi sic pphetauit Iohel. iii. c.

Sol uertetur in tenebraſ & luna in ſaguinem anteq̄m ueniet dieſ magnuſ dñi & horribiliſ. De caſu etiã ſtellaꝝ ſcḋm Auguſt. xx. de ci. dei. c. xxiiii. Credendũ eſt ꝙ tropica ſit illa locutio qua dicit̃ ſtellaſ cadere de celo eo ꝙ ꝓprie loquẽdo uerificari nõ poſſet q̃a corpora celeſtia nõ ſunt grauia nec corruptibilia ut dicit Ariſ. i. de celo & mundo. Ideo dñr cadere de celo quia uidebunt̃ lumine ſuo ꝑuari i ſupernitie claritate maiori. Vel põt ĩtelligi ꝙ ſtelle cadẽt de celo q̄ntũ ad apparitionem q̄a inflãmati uaporeſ in tanta multitudine deſcendent ꝙ uidebitur aſpicientibuſ ꝙ ſint ſtelle de celo cadenteſ. Scḋm ſignum erit angelicarũ uirtutũ cõmotio. De quo Math. xxiiii. Virtuteſ celoꝝ mouebuntur Et hoc ſcḋm doctoreſ ꝑfatoſ põt dupliciter intelligi. Aut pro ordine uirtutum q ſcḋm Dyoniſiũ li. de angelica hierarchia eſt mediuſ ĩ media hierarchia Aut pro omĩbuſ celeſtibuſ ſpiritibuſ. Primo mõ ꝓ tanto uirtuteſ celoꝝ cõmouebunt̃ q̄a angeli illiuſ ordiniſ quorũ officium ẽ circa mundũ regimen gerere faciendo aliq̄ facta ĩſolita ad reuocãdum menteſ hoĩm in deum per modicũ ĩpſ ante xp̄i aduentum facient facta maioriſ admirationiſ q̄ nũq̄ ante fecerint. Et ĩ ĩpo xp̄i aduentu mouere ceſſabunt corpora celeſtia. Accipiendo uero uirtuteſ ꝓ omĩbuſ angeliſ beatiſ dñr moueri ſcḋm Magiſtrũ non metu dãnationiſ uel aliqua ꝑturbatione pauoriſ ſed quadam admiratione eoꝝ que uidebũt. Et ſic intelligit̃ illud Iob. xxvi. Colũne celi pauent & contremiſcunt ad nutum eiuſ. Tertiũ ſignũ dicitur ſigni redemptoriſ apparitio. de quo in euangelio Tunc apparebit ſignũ filii hoĩſ quod multipliciter põt intelligi ſcḋm Alex. in. iii. Vno mõ ſignum illud põt dici ſignũ cruciſ de quo cantat eccleſia. Hoc ſignũ cruciſ erit in celo cũ dñſ ad iudi. uenerit. Et Chryſo. Crux appebit ſole lucidior exiſtenſ. Scḋo mõ poteſt dici ſignum paſſioniſ in carne xp̄i iuxta illud Zacharie. xii. Videbũt in quẽ tranſſixerunt. Et Apoc. i. c. Videbit eũ omĩſ oculuſ & q eum pupugerunt. Tertio mõ poteſt intelligi ſignũ cruciſ impreſſũ mentibuſ fideliũ. Hec ſunt ſigna que colligunt̃ ex euangelio. Tamẽ ut Lucaſ addit. In terriſ erit preſſura gentiũ pre cõfuſione ſonituſ mariſ & fluctuũ uſq; uniuerſo orbi. Ideo nõ eſt dubitãdum ꝙ ante diem iudicii. uidebunt̃ terribilia ſigna non ſolũ in ſole luna & ſtelliſ uerum etiam in aere in auibuſ in terra in arboribuſ in mari in animalibuſ in aquiſ in fluminibuſ & in omnibuſ abyſſiſ.

Quod signa p̄dicta in precidenti capitulo fient ad signifi/
candum terribilitatē iudicis & ad accusandū pctā uel q̄ꝫ ad
cōpatiendum suo mō miseris dānatis. Ca. II.

Ecundū mysterium cotemplandū dicit̄ rōnis in quo consi/
derare debemus quare p̄dicta signa fient ante diem iudicii.
Et dici pōt q̄ ꝓpter tres rōnes. Prima ratio dicit̄ ōnsionis. Scd̄a
accusationis. Tertia cōpassionis. Prima iō dicit̄ ōnsionis. ad ōstē/
dendum quā terribilis erit aduentus filii dei iudicātis q̄ñ ceature sue
tantū terrorem incutient hoībus. Ideo Grego. in omel. d. Multa
debent mala p̄cutere ut malū ualeant sine fine nunciare. Nam si
timent hoīes insolitam solis obscurationem sicut. Virgi. d. i. geor/
gicoꝝ. Ille etiā extīcto miseratus cesare romā. Cū caput obscura
nitidum ferrugine texit Impiaq; eternā timuerūt secula noctem
Si timēt nō cōsuetas tenebras sicut egiptii de q̄bus dicit̄ Exodi. x.
Facte sūt tenebre horribiles ī uniuersa terra egipti tribus diebus
nemo uidit frēm suum nec mouit se de loco in quo erat Si timent
terremotū si uentoꝝ uehementiā si nocturnos strepidus si draconū
aut serpentum sibilos leonūq; rugitus & huiusmodi quanto magis
timebunt tremendā uocē seuerissimi iudicis dānatis & exp̄brātis
malos? Scd̄a ratio illoꝝ signoꝝ dicit̄ accusationis. Oīes. n. fere
creature īmutabunt̄ pate ad uindictam contra pectatores iuxta
illud Sapie. v. Armabit creaturam ad uindictam inimicoꝝ suorum
Nā cū deus oīs creaturas fecerit ad hoīs utilitatem & oīes deo
obedierīt hōi seruiendo. ip̄e uero hō rebellis & īobediens creatori
suo extiterit iō accusabunt eum quasi ingratum. Clamabit nanq;
suo modo celum. O deus ep̄s ego hōi ministraui cū planetis meis
influēdo super terrā & alia operādo que iussisti ipse uero te offē/
dit. ergo uindica iustissime iudex. Clamabunt sol & luna & stelle.
O deus magne nos dedimus pctōribus lucem ut tuū p̄seq̄remur
imperium. Illi uero ī omnibus te cōtepserunt. fac ergo uindictam
Clamabit hoc modo aer clamabit terra clamabunt aque & oīa
que ī eis sūt Ideo Vgo de sācto Victore ait. In illa die ultionis
nihil habebit quod respondere possit homo peccator ubi celum &
terra sol & luna dies & noctes & totus mundus stabunt aduersum
nos in testimonium peccatoꝝ nostroꝝ. Tertia ratio illoꝝ signoꝝ
dicit̄ cōpassionis Mouebunt̄ utiq; quasi quodam affectu pietatis
& cōpassionis omnes creature ad compatiendum dānatis miseris.
Vnde Chyro. super Math. ait. Patrefamilias moriēte domus eius

turbat familia plangit & nigris se uestibus induit sic humano ge/nere circa finē cōstituto celi misteria lugent & candore deposito tenebris induunt. Planget ergo sol dānationem hominū planget luna plangēt stelle plangent oīa elimēta & uniuersa que creata sunt. O q̄ durus es o tu peccator q̄ ferreus q̄ tibi ipsi crudelis q̄ te damnandū conspicis & morti sempiterne adiudicandum & tñ non ploras. Plange quia sol te planget. Plange quia planget te luna. plange quia plangent te stelle. Sed melius plange ut non plangas. plange q̄ offendisti deū ut tibi indulgeat. Plange per cōtritionem & postula ueniā. plange p̄ timorē ut sic penā effugias. O saxeū pectus O adamantinū cor. O insensibilis mens peccatricis aīe que audiendo ea que diximus nō cōmouetur non cōpungit' nō excitat non deponit peccata nec reuertitur ad dominum deum suum.

Quod terribilis erit uox tube uocantis mortuos ad iudiciū & quod uirtus diuina erit causa efficiens reformationis cor/porū & resurrectionis mortuorum & uox tube erit causa instrumentalis. Capitulum. III.

Ertium mysterium cōtemplandū de signis iudicii dicit con/clusio. Concludentur nanq̄ omnia signa terroris in illo uno pauescēdo quod erit uox tube de qua. i. Cor. xv. Canet. n. tuba & mortui re. in. & n. i. Scd̄m aūt Ric. di. xliii. q̄rti li. Vox tube non erit causa efficiens reformationis corpoꝝ & unionis aīarū ad illa sed uirtus diuina. Erit tñ causa instrumentalis. Ideo. i. the. iiii. In iussu & i uoce archangeli & in tuba dei de. d. celo. Vbi ponunt tria que concurrent ad resurrectionem mortuorum Primum erit iussio. Scd̄m reformatio. Tertium sanatio. Primū erit iussio qua xp̄s iubebit pulueres seu ptes q̄scunq̄ corporū mortuoꝝ recolligi p ministeriū angelicū. Et hoc notauit apostolus cū dixit. In iussu. Scd̄m erit reformatio. precipiet etiā xp̄s ex illis pulueribus recol/lectis corpora reformari & reformatis aīas uniri que duo fient p uirtutem diuinam. Et istud notat ab apostulo cū dixit. In tuba dei Tertiū dicit sonatio. Archangeli. n. q̄ fuerunt custodes puici/aꝝ t puicis quas custodierūt clamabūt fortiter & sensibiliter sono articulato & mediāte aliqua sensibili creatura formata: clamabūt inq̄ q̄ omnes corā iudice cōpareant diffinitiuā sniam & irreuoca/bilem audituri. Et hoc notauit apostulos cū dixit. In uoce arch/angeli. De hac aūt sonorosa tuba sic inquit Chryso. sup Math: Vere uox magna uox tube terribilis cui omnia obediunt elementa

que petras scindit inferos aperit portas tartareas frangit uincula mortuorũ dirumpit & de pfundo abyssi anima corporibus suis assignat. Hec autem omnia citius consumantur in opere ⁊ sagitta transit in aere dñte apostulo. In momento in ictu oculi in.n.t. Et Hiero. super Math. sic loquitur Quotiens diem iudicii considero toto corpore contremisco. Siue.n. cõedam siue bibam siue aliquid aliud faciam semper uidetur illa tuba terribilis insonare auribus meis. Surgite m. & u. ad iudiciũ. Et idẽ ad Cromatiũ & Heliodoꝝ. Ego in scelerum meorum latens sepulcro & peccatorũ uinculis colligatus quottidie dominicũ illũ clamorẽ expecto. Hieronyme ueni foras. Ego denique omnia tuta timeo. Quid audis peccator? Quid Hierony. dicit? Ecquis ipse erat? Nonne sanctus? Nonne probus & uirtuosus? Nonne a curis terrenis penitus absolutus? Nonne penitentia maceratus? Nonne in dei opere assiduus? Et tñ clamat. Ego timeo. Et cur non times tu o amator seculi? O negligẽs in uia domini? O peccator nequissime cõtremisce & concutiantur uiscera tua depone fatuitatem mentis tue qua fit ut non timeas & sepius mente reuolue Hieronymi uerba.d. Ego timeo Ad hoc facit exemplum ꝙ Barlaam dixit de Iosaphat. Quod rex quidam magnus xpianus tñ & deuotus ut plurimũ mestus omibus apparebat etc. O amara uox. O dura. O tediosa peccatoribus omnibus quando dicetur eis. Surgite & uenite ad iudicium. Ergo prouideamus ut dum tempus adest & facultas datur per penitẽtiã recõliemur deo quẽ offendimus ut bonitate sua ipse absoluat nos a peccatis ãnumeretq̃ societati sanctoꝝ cõcedens hic nobis gratiã & in futuro gloriam qui sit benedictus per infinita seculorum secula. Amen.

Feria quarta secunde ebdõe in quadragesima. De ordine & conditionibus iudicii generalis & de sententia contra damnatos ferenda ac de suaui uocatione electorum.

Sermo. xxvi.

In iniuirte surgent in iudicio. Verba sunt ista dñi nostri Iesu xpi Math. xii.c. & in euangelio hodierno. Cõmemorabat frequentius saluator noster dilectissimi diem iudicii quoniã nihil terribilius peccatoribus potest dici. Quisnam tam demens tã stultus tanq obstiatissimus esse potest ut cum audit se iudicandum diuino iudicio reseruari timeri non debeat? Iudicabit deus omnes homines omnesq̃ angelos qui peccauerunt & contra eos sententiã

proferet irreuocabilem. Quoniam tamẽ preter ea que dicta sũt de futuro iudicio generali non parum utile ẽ meditari & considerare ea que in illo iudicio fienda sunt idcirco in presenti sermone adhuc de ipo erimus aliqua tractaturi De quo tria mysteria adhuc proponimus declaranda. Primũ dicitur ordinatio. Secundũ reuelatio Tertium premiatio.

De ordine iudicii tam secundum locum q̃ modum. & q̃liter ab omnibus siue bonis siue malis uidebitur christus in maiestate sua. Capitulum. I.

Rimum mysterium contemplandũ de iudicio generali dicitẽ ordinatio. Ordinabitur etenim secundum doctores quãtum ad tria. Primo quantum ad locum. Secundo quantum ad modum. Tertio quantum ad aspectum. Primo ordinabitur quantum ad locum de quo aliqui dicere uoluerunt ꝙ erit uallis Iosaphat ꝑpter uerba Iohelis. iii. c. d. Adducam omnes gentes in ualle Iosaphat & disceptabo cũ eis. Sed Magister sentenciarum. xlviii. di. q̃rti. li. quem etiam ceteri theologi subsequunt̃ reprehendit illos qui dictũ illud ꝑpheticum uolunt intelligi quoniam omnes homines in ualle illa conprehendi non possent. Et ꝑpterea est potius intelligendũ mystice & spiritualiter eo ꝙ uallis Iosaphat interpretatur uallis iudicii. Dicit ergo Magister ꝙ christus descendet ad iudicandum supra montem Oliueti de quo in celum ascendit & sedebit in aere in loco alto & forte circa locum illum in quo apostoli desierũt ipsũ corporaliter uidere quando ascendebat in celum. Homines autẽ congregabuntur in ualle Iosaphat cui preeminet mons Oliueti. Et quot in illa poterunt capi tot erunt ibi. Alii circa uallem qdã propinquius quidam uero remotius. Electis uero existentibus ad dexteram iudicis non in terra sed in aere. Iuxta illud. i. Thes. iiii. Rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. Si n. non raperentur in aera nisi post iudicium quando cum iudice ibunt in celum non dicerentur rapi obuiam christo sed post christum. Viri tamen perfecti magis eminentius & prope iudicem erunt. Magis autem congruũ erit ꝙ christus ueniat ad iudicandũ in aere super montem Oliueti q̃m super locũ in quo passus est quia passus est in forma infirma & iudicabit in gloriosa sicut in gloriosa ascendit. Secundo ordinabit̃ iudicium quantum ad modum. De sũmis nãq celorum descendet filius dei cum potestate magna & maiestate cũ omnibus angelicis choris & sua gloriosissima matre Deferent ante

eum angeli passionis instrumenta ex miraculo reformata. Videlicet columnam coronam spineam crucē clauos spongiā & lanceā Et omnes electi reasumptis corporibus procedent ei obuiā. Quorum processionem & ordinem pie contemplari possumus secundum q Io. in Apoc. describit Ait enim. vii. c. Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati. Ex tribu Iuda. xii. milia signati. Ex tribu Ruben. xii. milia signati. Ex tribu Gad. xii. milia signati. Ex tribu Aser. xii. milia signa. Ex tribu. Neptalim. xii. milia signati. Ex tribu Manasse. xii. milia signati. Ex tribu Leui. xii. milia signati. Ex tribu Simeon. xii. milia signati Ex tribu. Ischar. xii. milia signati. Ex tribu. Zabulō. xii. milia signati. Ex tribu Ioseph. xii. milia signa. Ex tribu Beniamin. xii. milia signa. Post hec uidi turbam magnam quā dinumerare nemo poterat ex omnibus generibus & tribubus & liguis & populis stātes ante thronum in conspectu agni amictis stolis albis & palme in manibus eorum. Et clamabant uoce magna dicētes Salus deo uestro qui sedit super throno & agno. In qua uisione ponit Io. numerum electorum accipiendo more scripture numerum determinatum p indeterminato describendo illum per nomina tribuū filiorū israhel per que mystice designantur status illorum qui erunt saluādi. Primus ergo status ex tribu Iuda qui interpretatur confessio conpebit in iudicio & signat omnes peccatores omnesq; peccatrices q post multa scelera & peccata conmissa redierunt ad penitentiā de quibus xpus dixit. Meretrices & publicani precedent in regno celorum. Scd's status conpebit ex tribu Ruben qui interpretatur filius uisionis & signat omnes uiros doctos & illuminatos sciencia q deū i omibus magnificauerunt. Tertius status cōparebit ex tribu Gad qui iterpretatur accinctus latrunculus & signat quoslibet coniugatos qui i sancto matrimonio cū dei timore & obediētia uixerūt. Quartus status conparebit ex, tribu Aser qui interpretatur beatus uel diuitias habens & signat omnes sacerdotes diuites qui ministri sunt sacramentorum. Quintus status conparebit ex tribu Neptalim qui interpretatur dilatatio mea & signat omnes religiosos q se dilatāt non solum propter deum ad seruanda precepta sed etiam cōsilia. Sextus status apparebit ex tribu Manasse qui iterpretatur obliuio & signat omnes monachos & solitarios qui obliti cuiuscumq; cure temperalis etiam & actionis spiritualis per contemplatiuam uitam deo placere studuerūt. Septimus status cōparebit ex tribu Simeon

qui interpretatur obedientia & signat omnes filios qui mortui sūt sub cura parentum quibus in uita fuerunt obedientes. Octauus status cōparebit ex tribu Leui qui interpretaē assumptus & sig/nat omnes prelatos ecclesie qui assumūtur ad regimē animarum. Nonus status cōparebit ex tribu Isachar q interpretaē uir mer/cedis & signat mechanicos & artifices omnes qui laborant ꝑ mer/cede. Decimus status cōparebit ex tribu Zabulon qui interpretaē propugnaculum fortitudinis & signat omnes imparatores reges principes & alios quoscumq dominos qui ob rempu. defendendam augendam tuendamq habuerunt primatum. Vndecimus status conparebit ex tribu Ioseph qui interpretaē augmentum & signat omnes bonos mercatores qui sua industria solicitudine & labore ciuitatum bona multiplicant & augmentant. Duodecimus status cōparebit ex tribu Beniamin qui interpretaē continētia & signat omnes continentes qui uitia carnalia maxime sunt detestati Post quos uenient omnes martyres confessores & apostoli & presentabūt se coram altissimo imparatore domino Iesu Christo laudantes & benedicentes cum letitia nomen sanctum eius Ex alio uero latere damnati omnes reassumptis corporibus suis una cum diabolis con/parebunt. Primi erunt omnes desperati quorum capitanei erunt Cahin qui interfecit fratrem & Iudas qui uendidit xp̄m. Secundi erūt omnes uiri docti qui fuerunt sapientes ut facerent mala bene autem facere nescierunt. Ibi erunt inflati theologi. ibi curiosi & uani philosophi. ibi arrogantes iuriste. ibi ꝓcuratores & aduocati dolosi. ibi notarii falsi. ibi oratores mendaces & adulationibus ue/ritatem despicientes. Tertii erunt omnes uxorati qui matrimonii federa uiolauerunt. Ibi erunt qui contraxerunt in gradibus pro/hibitis aut cum ordinibus sacris aut post continentie uota. Ibi erūt mulieres adultere que de bonis uirorum nutrierunt filios alienos Quarti erūt omnes mali sacerdotes qui curā animarū acceperūt cum essent insufficientes qui nō dixerunt officium ad quod tene/bantur qui celebrarunt in mortali peccato qui tenuerunt secrete uel publice cōcubinas & sacramenta ꝑ pretio uendiderūt. Quinti erunt omnes mali religosi qui non seruauerunt regulas suas quas promiserunt deo obseruare qui peiores fuerunt in moribus quam stipendarii superbi presumptuosi hypocrite inuidi maliuoli inīqui uersipelles dolosi detractores susurrones bilingues mendaces sacri/legi excōicati & quidam damnabiles heretici. Sexti erunt omnes

mali monachi & solitarii ociosi pigri cōcedentes bene pacꝫ loquētes cum deo & minus cū hominibus stantes in solitudine ꝓpter gloriā mundi plene fantasiis & cogitacionibus etiam & factis turpissimis & pre uerecundia talia confiteri omittentes. Septimi erunt omnes superbi filii qui parentibus suis inobedientes eos spreuerūt afflixeruntq; & molestauerūt cōtumeliis cōuitiis improperiis & quādoq; uerberibus nec debitam impenderunt reuerentiam. Octaui erūt omnes lupini prelati qui non intrauerunt p hostium in ouile necq; uocati fuere a deo sicut Aaron sed munere ꝓtio arte dolo importunitate temporaliq; fauore & aliis indebitis modis ecclesiasticos rapuerunt honores & bona ecclesiarum non pauperibus quoꝝ sūt sed propinquis & amicis & quod peius ē lenonibus & meretricibus distribuerunt etc. Noni erunt omnes mali mercatores fraudulēti falsarii simulati piuri deceptores & usurarii. Decimi erunt omnes tyranni & mali domini qui seipsos deificantes non timuerunt deū & suos subditos grauarunt iniuste. Vndecimi erunt omnes artiste nequam qui suas artes cum iniusticia & aliorum dāno exercuerūt Duodecimi erunt oēs īconstantes & luxuriosi & oēs alii peccatores qui a parte sinistra presentabunt coram iudice clamantes ac dicentes. Heu heu cur nati sumus? O quam amara est dies ista. O miseri nos quo trahimur? Vhe nobis quia ꝑgimus ad rigorosū iudiciū. Tertio ordinabit̄ iudicium quantū ad aspectū. Scd̄m. n. Alex. in iii. Ric. & Boñ. di. xlviii. quarti li. Boni & mali uisuri sunt iudicem uiuorum & mortuorum Mali in forma q̄ filius hōis est sed tamen in claritate q̄ iudicabit non ī infirmitate q̄ iudicatus est. Fiet enim uirtute diuina supernaturaliter ut uideant formā gloriosam corporis Christi ad ampliorem illorum confusionem qa quilibet eorum tristabitur ac cōfundet̄ uidendo gloriam eius quē uehementer odit Damnati enim uehementer odiunt deum nō sub ratione q̄ bonus est sed sub ratione q̄ eos punit Cognoscēt insuper damnati diuinitatem Christi nō p claram uisionem sed p effectus Boni uero uidebunt gloriam corporis Christi cū gaudio & leticia oculo corporali & gloriam anime oculo mentali & etiam clare uidebūt diuinitatē. Fietq; adhuc supnaturaliter ut ita eum uideant & audiant q sunt a remotis sicut ꝓpinqui Tunc sicut dicit Chriso. super Math. Plangent iudei uidentes uiuentem & iudicantem quē quasi hominem mortuum existimabant & conuincentes se corpore uulnerato scelus suū negare non potuerunt Plangent & gentiles

qui uanis disputationibus decepti philosophorum irrationabilem stultitiam putauerunt esse deum colore crucifixum. Plangent se Christiani peccatores qui magis dilexerunt mũdum quã Christũ. Plangẽt se heretici qui purum hominem crucifixum dixerũt cum uideant ipm esse iudicẽ i quẽ iudei transfixerũt. hec ille. O quãta erit etiam in dampnatis afflictio quantusq; meror cum uidebunt multitudinem electorũ Tunc ut scribitur Sapie. v. Stabũt iusti in mag. con. ad. e. q se an. & qui ab lat o. eorum Vi. tur. ti. hor. & m. in sub i. inspe. s. d. intra se p. a. & p̄. an. s. ge. Hi sunt quos aliquando ha. in deri. & in si. impro. Nos insen. uitam illorum. ex insa. & fi. illorum sifi. ho. Ecce quomodo cõpu. sunt inter. fi. dei & inter sanctos sors illorum est.

Qualiter accusabuntur in die iudicii & nota fient peccata omnium nec poterit quis defendere se aut excusare.

Capitulum. II.

Ecundum mysterium contemplandum de iudicio uocatur reuelatio. Reuelabunt quippe omnia damnatoꝝ peccata tam publica q̃m secreta circa quam reuelationem occurrent tria. Primũ dicitur accusatio. Secundum testificatio. Tertiũ arctatio Primũ accusatio. Stabũt nãq; tres accusatores cõtra pctõres. Primus erit diabolus q dicet. Equissime iudex iudica istum esse meũ q uoluit esse tuus. Tuus erat p naturã meus ẽ factus p suã malitiam Tibi inobediens mihi obediens. Iudica ergo istũ esse meũ mecũq; dammandum. Cognoscent enim tunc fatui peccatores q̃m grauiter errauerũt aquiescere diabolicis suasionibus quando uidebũt oẽs demones contra illos clamantes. Secundus accusator erit ꝓprium scelus. Nam ut inquit Ric. in. iiii. di. xliii. In iudicio cognoscet quilibet homo peccata que fecit tam iusti quam reprobi. Mali. n. cognoscẽt ut ex illa afflictione ãplius crucientur. Boni uero quia ex cognitione remissionis & ĩdulgentie amplius consolabuntur & diuinam misericordiã collaudabũt Nõ solũ aũt ipimet sed singlari unicuiq; manifesta erũt oim bona & mala. Sed noticia illa & diuulgatio peccatorũ que fecerunt electi nõ generabit eis penã nec ignominiam nec confusionẽ quinimo cedet ad eorũ gloriã ꝓpter penitenciam quã fecerunt. Et hoc. d. Grego. iiii. moraliũ uersus finem qui ait exponens illud psal. Misericordias domini in eternũ cantabo. Quomõ misericordias domini cãtat i eternũ q miseꝝ se ignorat fuisse? Et si miserie transacte nõ meminit unde largitori

misericordie laudes reddit? Manifestatio ergo peccatorũ quantum ad reprobos nõ quãtũ ad iustos erit accusatio. Tertius accusator erit totus mũdus Vñ Cryso. sup Math. In illa die ultionis nihil est quod rñdeamus. ubi celũ & terra aqua sol & luna dies & noctes & totus mundus stabunt aduersum nos in testimonium peccatorum nostrorum. Secundum quod occurret in reuelatione peccatorum erit testificatio. Tres. n. testes habebit tunc contra se pctõr. Vnũ supra se. s. deum. Secundum intra se. s. conscientiã ꝓpriã. Tertiũ iuxta se. s. ꝓprium angelum homini ad custodiam ceputatum qui tanq̃ conscius oĩm que homo fecit contra eũ testimoniũ ꝓhibebit. Vñ Iob. xx. Reuelabũt celi idest angeli iniquitatẽ eius. Tertium quod occurret ĩ reuelatione peccatorũ erit arctatio. Arte. n. erũt tunc & stricte uie omnium peccatorũ quando nõ poterũt negare non excusare non appellare non fugere non impetrare ueniã non habere refugium. O quam flebilis erit tunc damnatorũ conditio. Non ualebunt eis preces non clamores non gemitus non parentes non amici non denique quicq̃ aliud. Vnde Chryso. sup Math. Nõ erit tunc resistendi uirtus contra deum nec fugiendi facultas ante faciem eius nec penitentie locus nec satisfactionis tp̃s. Et Greg. in omel. inquit. O q̃ anguste erunt tunc uie reproborũ. Supius erit iudex iratus inferius horrendũ chaos a dextris peccata accusantia a sinistris infinita demonia ad supliciũ trahẽcia intus cõscia urens foris mundus ardens. miser pctõr sic cõpͥhensus quo fugiet latere erit inpossibile apparere intollerabile. hec ille. Poterit tunc unusquisq̧ dicere illud psal. Quo ibo a spiritu tuo & quo a f. t. fu. Si. ascen. in. c e. t. il. si. de. infer. ades. Si su. pen. m. di. & ha. i. ex. ma. Etenim il. m. t. de. me. & t. m de. tua.

Qualiter in iudicio xp̃s alloquet' electos blãde atq̧ benigne uero aspe satis & dure & quõ impii seperabuntur malos a iustis. Capitulum. III.

Ertium mysterium cõtemplandum de iudicii dicit' ꝑmiatio. Circa quod adhuc tria debemus attentissime contemplari. Primum dicit' electoꝝ allocutio. Scd'm damnatorũ contristatio. Tertium omnium separatio. Primum dicitur electorum allocutio Loquetur nãq̧ Christus electis suis tria suauissima uerba. Primũ uerbum. erit illud uocationis quando facie leta & uultu hilari ad dexteram partem se uertens aspiciet suam dulcissimam matrem & ceteros electos & sãctos poteritq̧ dicere licet ĩ euãgelio nõ ponat'

O genitrix mea uenerãda & dignissima regina celorum ecce iam tempus est ut cunctis hominibus qui fuerunt in mundo înotescat gloria tua uideantq́ȝ omnes merita tua. Tu nempe es illa que humilitate caritate ceterisq́ȝ uirtutibus ad tuum uterum me inclinasti Tu me. ix. mẽsibus î uẽtris tui tabernaculo tenuisti. Tu me natũ deum hominem in presepio adorasti inuoluisti pãnis & lacte tuo mellifluo me pauisti. Tu cũ lacrimantem me cernebas lacrimabaris Cum uigilante uigilabas cum patiẽte patiebaris. Tu me î brachiis sepe portasti & corde & opere semper mecũ fuisti Mecũ ꝓ dolore cum crucifigebar î cruce crucifigebaris in anima. Et cum a toto mundo essem derelictus tu sola firma in mea fide mansisti Iunxisti uoluntatem tuam uolũtati mee Sancta humilis & deuota celestia semper desiderasti. En iam toti mundo pariter congregato & ego excelsam gloriam tuam quam tibi dare uolui patenter mõstrabo. Postmodũ uero apostolis referet. Vos discipuli mei filii & fratres dilecti qui reliquistis omnia propter nomen meum & pauperes & peregrini per terrarũ orbem fideliter laborastis & tandẽ patiẽter mortem sustinuistis. Et post martyribus dicet. O uos feruentes martyres qui pro meo amore tormenta & penas horribilissimas sustinuistis & mori potius q̃ me negare elegistis. Deinde alloquetur uirgines. O uos uirgines mundi qui sanctam illibatamq́ȝ castitatẽ tantope amastis. Et uos o sancti confessores qui corpora uestra arctissima penitencia macerastis. O uos omnes sancti religiosi qui abnegastis propriã uoluntatẽ. O deniq́ȝ uos qui misericordie opa ꝓximis uestris exhibuistis. Esuriui. n. & de. m. mã. si & d. m. bi. ho. e. & col. m̃. Nudus & co. m. îfir. & î ca. & ui. me Venite ad me uos diligentem. Venite ad me fontem omnium bonorum. Ad me sũmum gaudium. Ad me sũmam pulchritudinem. Ad me sũmum solatium. Veni o cara genitrix. Venite o omnes electi. O dulce uenite. O uox dulcior super mel & mãna. Ecq̃d facient tũc dãnati qui non uocabuntur. Audient tamen Christum uocantem electos suos Percutient profecto pectora clamabunt & dicent. Vhe nobis cur nati sumus? Vhe qa uocati sũt illi & nos nõ uocamur & nobis nichil dicitur. Quinimo expectantes sumus audire sentẽciã horribilis damnationis. Secundum uerbum suauissimum quod loquet̃ Christus electis suis dicitur benedictionis. Nam post uocationem subiunget eis benedictionem suam dicetq́ȝ ut pie credo ꝑmo matri sue. Benedicta sis tu. benedicta sit aĩa tua. bñdictũ sit corpus tuũ.

Benedicti sint omnes labores tui. Deinde dicet & ceteris. Bñdicti
sitis uos omnes electi mei. O quam grata erit benedictio illa oībus
illis. O quam grauis ipsis damnatis qui tunc intelligent quantum
profuit benefacere amare deum & odire peccatum. Tertiũ uerbũ
suauissimũ quod loquet᷑ Christus electis suis dicet᷑ remunerationis
quando subiunget. Possidete pa. uo. r. a. cō. mdi. Regnum ī quo
est omnis iocunditas omnis plenitudo bonorũ omnis suauitas oīs
trāqllitas omnis pax omnis concordia omnis letitia oīs quies oēs
diuitie oīs sacietas omne denique bonum Nullum incōmodũ nulla
tristitia nullus dolor nullus labor nulla infirmitas nullũ fastidium
nullus meror nulla discordia nullum denique malum. O peccatores
insensati. Cur non conamini & uos regnũ illud acquirere cui totus
mundus cum omnibus suis bonis cōparari non potest. Secundum
cōtemplandum dicitur damnatorum cōtristatio. Nam post oīa
que supra dicta sunt uehemēter peccatores contristabunt᷑ ꝓpter
tria. Primo propter exprobrationem. Acriter nanque Christus ex/
probrabit illos. s. d. illud uel simile quod Chryso. super Mathe. ait.
Ego ꝓpter uos homo factus sũ alligatus & derisus cesus & cruci/
cifixus. Vbi est tantarum iniuriarũ mearum fructus? Ecce ꝓciũ
sanguinis mei quem dedi pro redemtione animarum uestrarũ Vbi
est seruitus uestra quā mihi pro pretio sanguinis mei dedistis? Ego
super gloriam meam uos hũi cũ essem deus appens homo & uiliorē
me omnibus rebus uestris fecistis. Nam omnem rem uilissimā terre
amplius dilexistis quam iusticiā meam & fidē. hec Chryso. O sce/
lerati & ingrati peccatores quid mali feci uobis? Quid pro uestra
salute facere debui quod non feci? Videte caput meum splendidũ
hoc est illud quod pro uobis spinis fuit coronatum. Hũc faciem
meam nunc sole lucidiorem fetidissimis sputis pro uobis deturpatā
Corpus hoc gloriosũ quod īspicitis pro uobis fuit dure flagella/
tum & ī cruce confixũ Ecce signa. aspicite loca clauorum. aspicite
manus. aspicite pedes aspicite latus Inquit. n. Chryso. Veīet xp̄s
in iudicio non solum uulnera sed exprobatissimā mortem oñdens
Secundo contristabuntur peccatores propter contrariationē In
tanto. n. angustiis constitutis oēs sanctos contrarios habebunt.
Tertio contristabuntur ꝓpter sniationē quādo audiēt tonitruũ
illud grande & formidabile uocē. s. Iesu Christi indignanter ipsis. d.
Ite. m. in ig. e. q. pa. est dia. & an. eius. Tertium contemplandum
dicitur omnium separatio. O si uellemus contemplari qñ sepabūt᷑

iniusti a consortio iustorũ & a uisione dei quanta erit illoꝝ lamēta ꝗ flebiles uoces piorum peremus certe in lacrimas Ibunt quidē ipi damnati eiulantes & querelantes in ignem eternum. Iusti autem in uitam eternam in qua regnabunt cum Christo per infinita secula seculorum. Amen.

Feria quinta scđe ebdōade in quadragesima De necẽtate sanctissime cōfessionis contra eos qui dicunt superfluum esse aut sane cōfiteri peccata sua sacerdoti. Sermo.xxvii.

Ccedentes discipuli eius rogabant eum.d. Dimitte illam qa clamat post nos Math.xv.c.& in euangelio ho. Ordīauit xp̄s sacerdotes suos mediatores fore futuros inter ipm & pctōres penitētes uoluitq; ut absolutionis beneficium ipi sacerdotes p confessionem sacramētalē largirent. Quod mystice innuit i euāgelica lectione in qua narratur quemadmodum apostoli per quos significantur sacerdotes supplicabāt Christo p chananee filia sanitatē postulante per quam peccatrix anima denotatur Quoniam uero apud nonnullos curiosos extat opinio quedam falsa qua asserunt non fore oportunum imo superfluũ & inane sacerdotibus cōfiteri peccata. Idcirco i p̄senti sermōe de necessitate cōfessionis tractare curabimus quam necessariam esse cunctis penitentibus ostēdemus triplici ratione. Prima ratio ꝑpter doctoꝝ & scripturarũ testificationem. Secunda ꝑpter Christi institutionem. Tertia propter ecclesie preceptionem.

Quod per dicta sanctorum doctorum probari potest qualiter confessio peccatorum sit penitentibus ad salutem necessaria. Capitulum.I.

Rima ratio qua ostendit ꝙ confessio sit necessaria ad salutē est propter doctorum & scripturaꝝ testificationē. Et añquã inducantur testimonia ꝑmittēda ē de cōfessione distinctio quedã quam ponit Alex.in.iii.uolumine summe & Tho.ii.ii.q.iii.qui dicunt ꝙ triplex est confessio. Prima eorum que sunt fidei & ista ē ꝑprius actus fidei de qua Paulus Ro.x.ait Ore aũt confessio fit ad salutem. Secunda est confessio gratiaꝝ actionis siue laudis & est actus latrie quia ordinatur ad honorem deo exterius exhibendũ de qua Dauid in psal. Confitemini domino quoniã bonus. Tertia est cōfessio sacramẽtalis que fit sacerdoti. Et de hac Ray. ait in summa de pe. Confessio est corã sacerdote legitima ꝑpterꝝ

peccatoꝝ declaratio. Et de hac sancti dñi ꝙ loco & tpe expediat ad salutem Vnde de.pe.di.i.c. Non potest. inducitur Ambro.li. de parodiso sic loquens Non potest quisq̃ iustificari a peccato nisi peccatum fuerit ante confessus. Et idem Ambro. in sermõe q̃dragesime inquit. Ecce nũc tẽpus acceptabile in quo cõfessio a morte animam liberat Confessio paradisum aperit Confessio spẽ saluandi tribuit. Vnde scriptura dicit Dic tu iniquitates tuas ut iustificeris Item Io.os aureum in.c. Perfecta. In corde contritio in ore confessio in opere tota humilitas. hec est fructifera penitentiam Et idem de pe.di.i.c. Non potest. Non potest quisq̃ gratiã uite celestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati p pnĩe confessionem. Et August.in li.de penitentia Agite penitentiam qualis agitur i ecclesia.ut oret pro uobis ecclesia nemo sibi blãdiẽ & dicat. Occulte ago.apd deum ago. Nouit deus qui mihi ignoscit que i corde ago. Ergo sine causa dictũ est. Que solueritis in terra erũt soluta & in celo? Ergo sine causa claues date sũt ecclesie dei? quasi dicat non. Et idẽ in eodẽ li. Quem penitet omnio peniteat dolorem lacrimis ostendat tep͂resentat uitam suã deo p sacerdotẽ preueniat iudicium dei per confessionem Et August.in li.de pnĩa Confessio est salus animarum disputatrix uitiorum oppugnatrix demonum. Quid i lura? Obstruit os inferni & portas apit padisi. Et de pe.di.i.c. Multiplex misericordia dei. Leo papa inquit. Mediator dei & hominum Christus Iesus hanc prepositus ecclesie tradidit potestatem ut confitentibus penitẽtie satisfactionẽ darẽt & eosdem salubri satisfactione purgatos ad cõionem sacramentoꝝ p ianuam reconciliationis admitterent Et idẽ in sermonibus Non remanẽt in iudicio condemnãdũ quod fuerit cõfessiõe purgatũ. Ex quibus colligitur ꝙ penitentes ad confessionem sunt obligati. Sed cõtra posset quis arguere. Primo qa nullus teneẽ maifestare inhonesta corporis sui. ergo multo minus pec͂ anime. Secũdo quia ut dicit Ambrosius super Lucam. Petrus doluit & fleuit qa errauit ut homo. Non inuenio quid dixerit. scio ꝙ fleuerit Lacrĩas lego satisfactionem non lego. Et Chryso. ait. Lacrime lauant delictũ quod uoce pudor est cõfiteri. Tertio arguiẽ quia si esset necessarium homines confiteri sacerdoti hoc non uideretẽ esse nisi ad taxandã emendã peccati. Sed homo potest sufficiẽter taxare emẽdã p peccao suo ergo uideẽ ꝙ cõfessio nõ sit necĩa Respõdet ad hec

Ric. in. iiii. di. xvii. d. ad primũ. Quod ĩhonesta corporis expedit aliquando manifestare medico ad sanitatem consequendam iuxta illud Boetii. Si opã medicãtis expectas oportet ut uulnus detegas. Sic etiam inhonesta anime manifestanda sunt sacerdoti tanquam medico spirituali. Ad secundum uero dĩc Ric. ꝙ multa facta sunt que scripta non sunt. Et quãdo dicitur ꝙ lacrime lauant delictum excluditur confessio publica non aũt secreta que cum ipsis lacrimis intelligitur. Ad tertium insuper argumentum dĩc Ric. ꝙ ille q est nimis familiaris uni parti iudex nõ debet esse in illa causa ut notaẽ extra de officio & potestate iudicis dele. c. Insinuãte. qa dicit glo. ibidem. Familiaritatis affectio ueritatẽ impedire solet. Homo aũt nimis familiaris est carni sue & ideo nõ est rationabile ꝙ sit iudex in illa causa in qua agendum est de punitione carnis sue quãuis illa punitio sit ad anime correctionẽ. Multi insuper si seipsos iudicare deberẽt de grauissimis peccatis sibi consciam nõ facerẽt repirentꝙ usuarii qui usuras nõ condemnarent raptores & fures qui restitutionem non approbarent adulteri & fornicatores qui luxuriam excusarent & huiusmõi. Quare oportune prouisum est ut in foro conscĩe alii. s. sacerdotes de peccatis nostris quando illa cõfitemur habeant iudicare.

Quod confessio est de necessitate salutis eo ꝙ tempore legis gratie fuit instituta a domino Iesu Christo & quomodo intelligitur ꝙ sit de iure nature & qualiter in lege scripta fuit figurata. Capittulum. II.

Ecunda ratio qua ostenditur ꝙ confessio sacramentalis sit ad salutẽ necessaria est ꝑpter Christi ĩstitutionẽ. Instituta quippe fuit confessio in lege gratie a domino Iesu Christo sc̃d̃m Ric. ubi supra ĩplicite & explicite. Implicite in figura cum dixit leproso mũdato Math. viii. Vade & ostẽde te sacerdoti. Et etiã explicite sine figura in hoc ꝙ nõ tantum potestatem iudicandi in foro exteriori dedit discipulis accipiendam ab aliis mediãte Petro cui eam promisit ante passionem cum sibi dixit illud quod scriptũ est Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorũ. Et dedit post resurrectionem cum dixit Io. xxi. Pasce oues meas. Sed etiã dedit eis potestatem iudicandi in foro conscĩe non tm̃ apostolis quorum sũt episcopi successores sed etiã aliis discipolis quoꝝ sũt successores inferiores sacerdotes. Et illam potestatem oĩbus immediate dedit

per seipsum cũ post resurrectionẽ suã dixit eis. Quoꝝ remiseritis
peccata remittuntur eis. Quibus autem datur potestas iudicandi de
aliqua causa datur eis potestas cognoscendi de illa Nullus. n. põt
iudicare & esse bonus iudex de his que ignorat. Sacerdos aũt non
potest cognoscere sufficienter facta peccatoris conscĩe nisi pctõr
ei cõfessione consciam appiat. Alex. autem in. iii. sũme. d. ꝙ duo
sunt in confessione. Vnum formale & conpletiuũ & hec est abso/
lutio uel ptãs absoluẽdi uel mediãdi. Et hoc dñs instituit q ptãtem
clauiũ cõcessit & penes hoc residet uirtus. Aliud aũt est materiale
& hoc est detectio peccati siue morbi. Et hoc dominus ñ instituit
sed insinuauit quia sufficit egroto exponere medicũ & medicinã.
Vnde August. li. primo de penitentia & penĩ de pe. di. i. Quem
penitet. Lazarum ait de monumẽto iam resuscitatũ obtulit disci/
polis soluendum Christus per hoc ostendens potestatem soluendi
sacerdotibus fuisse concessam. Et hic queri potest. Vterũ cõfessio
instituta fuerit ĩ lege nature & ĩ lege scripture sicut ĩ lege gratie
Et de lege nature dicere possumus secundum Boñ. in. iii. di. xvii.
Quod dupliciter sũt aliqua de dictamĩe iuris nature. s. Aut ĩ ge/
nerali aut ĩ speciali. In speciali ut honorare parẽtes. In generali
uero dictat natura ea que superaddit lex euangelica Intelligendũ
est ergo ꝙ est confessio de peccato mẽtali & uocali. Mentalis cõ/
fessio est recognitio peccati & offense dei. & hoc est de dictamine
nature ĩ speciali scđm ꝙ cognitio offense est de dictamine nature.
Cognitio aũt offense humane est de dictamĩe nature p se scđm ꝙ
est rationalis. Sed cognitio dĩne offense est de dictamine nature
adiute aliquo modo per fidem. Quomodo aũt scit homo se offen/
disse deum quẽ nõ uidet nisi per aliquẽ radiũ fidei hoc cognoscat?
Cum ergo deum cognoscit homo se per p̃uaricationẽ inhonorare
natura dictat ꝙ ab ipso misericordia est hũiliter petenda. Et hec
nũꝗ ẽ nisi recognoscatĩ culpa. Vocalis uero cõfessio est duplex. s.
que fit deo & que fit homini. Vocaliter confiteri deo dictat natͣa
non simpliciter sed in casu utputa quando deus exigit sicut exegit
ab Adam & Cahin de qbus scribitĩ sic de pe. di. i. §. Deniq ꝑpe. c.
Voluissent Deniq ut perspicue appareat neminem sine cõfessiõe
a peccato mundari ab ipsius humani generis principio sumamus
exordium. Peccati transgressionis primi parentes currupti a dño
sunt requisiti de culpa ut peccatum quod transgrediendo comiserãt

confitendo delerent Serpens aūt de culpa requisitus non est quia per confessionem non reuocabatur ad ueniam. Cahin quoq3 cum pme puaricationi fratricidiū addidisset similiter a domino de culpa est requisitus cum ei dicit Vbi est abel frater tuus? Sed qa supbus capiti suo peccatū suū confiteri noluit potius mendaciter negādo dominum suum fallere conatus est. d. Nūquid custos fratris mei sū ego indignus uenia iudicatus est. Vnde in desparationis profundū mersus est dum ait. Maior est iniquitas mea quā ut ueniā merear & uagus & profugus exiit a facie dei. significās eos qui peccatū suū confiteri dissimulant respectu diuine miserationis indignos haberi. hec ibi. Vocaliter uero confiteri homini non dictat natura nisi in generali. dictat. n. omnibus modis reconciliari optere deo qbus ipse statuit. Iō natura dictat. Quod si deus arbitrum constitueret inter se & peccatorem ꝙ ipsi esset culpa reuelanda & ita dictat in generali. De lege autem scripte dic Boñ. Quod duo principaliter sunt in confessione propter que oportuit & conueniens fuerit cō/fessionem institui. Primum est propter declinationem peccati & manifestationem & ille est finis confessionis in se. Secundus finis est propter recōciliationē faciendam deo & eius ecclesie. Primo ergo fit propter peccati detestationem. Peccator. n. dum male agit odit lucem & ideo in reuersione ad iusticiā oportet redargui ifructuosa opera tenebrarum Que autem arguuntur a lumine maīfestantur. hoc autem est per confessionē. Et ideo debuit in lege institui cō/fessio i qua est manifestatio ueritatis. In q̄ uerbū caro factum est ut intelligibile fieret sensibile & manifestū. hec quidē est lex gratie Ideo quantum ad primum finem sibi cōpetit confessionis institutio Alius finis ē ad reconciliationē faciendā humano arbitrio mediāte Ideo fit homini ut homo sit iudex & arbiter inter peccatorem & deum Arbiter autē talis debet esse qui possit apponere manum in utrumq3. Talis autem nō potuit esse quousq3 deus factus est homo Et tunc homo deificatus datus est nobis mediator & arbiter xpus q potuit arguere & manū ponere i utrūq3 Hic reliquit in ecclesia successores quos & arbitros cōstituit & rectores ecclesie quibus cō/misit auctoritatē reconciliandi. Et qm̄ hec auctoritas primo fuit in Christo & in nullo potuit esse antequam uenitet ideo tantū in lege noua debuit istitui cōfessio. Confessio ergo pūt est sacramētū nō fuit i lege scripta nisi in figura. pcessit aūt i hoc ꝙ sacerdotibus

data erat potestas & auctoritas discernēdi iter lepram & nō lepram sanctum & prophanum. Sed hec quidem erant corporalia & non spiritualia.

Quod homines obligant̄ de necessitate cōfiteri non solum propter primam institutionem sed etiam ꝓpter ꝑceptum ecclesie a quo nullus excipitur nisi qui esset absq; peccato.

Capitulum. III.

Ertia ratio qua ostendit̄ ꝙ confessio sit necessaria ad salutem est propter ecclesie preceptionem. Precepit nanq; ecclesia ut homines confiterentur. in. c. Omnis. extra de pe. & re. ubi dicitur. Omnis utriusq; sexus fidelis postq̄ ad annos discretionis peruenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti & iniunctam sibi penitentiam studeat ꝓ uiribus adimplere. Propter que uerba dic. Boñ Quod om̄es siue boni siue mali obligant̄ ad confessionem saltem semel in anno. Teneri qd̄e ad confessionem est dupliciter. Vel ex institutione prima quia instituta est sub precepto ut patuit. Vel institutione supaddita que est a generali concilio. in. c. preallegato. Omnis. Ratione mādati prime institutionis. q̄m instituta est directe contra mortale tenebantur omnes qui post baptismum peccauerūt mortaliter. Rōne uero secunde institutionis tenentur om̄es saltem ad semel in anno. Ratio autem huius istitutionis triplex est. Prima est uniuersalis indigentia. Omnes. n. peccauerunt & omnes egent gratia dei ideo quilibet debet deum glorificare confitendo se peccatorem Qui. n. peccatorem se confitetur deū glorificat ostendens se deū offendisse & eius misericordia se idigere. Secūda ratio fuit sacre cōmunionis reuerētia quia om̄es tenētur in pasca cōicare tā pfecti q̄ impfecti Et tunc quia agnus pascalis manducandus est cum solemnitate ut mūdi essent mādncātes & digni oportuit premittere remediū purgationis & probationis & hoc est in peccati confessione. Tertia ratio fuit discretio gregis dominici ne lupi absconderentur in grege qui manducarent agnus Ideo institutum est ut uultus consciarū suarꝫ sacerdotibus ostenderent. & ne heretici innocentiam paliarent & sub pelle innocentie se absconderent Vnde si quis nullum haberet peccatum mortale confiteri debet uenialia nō ꝙ homo obligetur illa confiteri de se ut declarabitur inferius propter uinculū peccati sed propter obligationem precepti. Si autē aliquis diceret ꝙ non

haberet remorsum peccati uenialis dicit Boñ. ꝙ impossibile ē scđm statum uiatoris ut aliquis unum diem uel septimanā transeat sine remorsu uenialis. tñ ꝙ totū annū trāseat illud magis est impossibile ut uix credatur ꝙ fuerit hoc donum in aliquo nisi in Xp̄o & eius matre. Et ideo unusquisq; uel habet cōsciam de uenialibus uel debet habere & omnis homo petere. Dimitte nobis debita nostra. Vix enim est homo in uita ista sine ueniali tum propter ignorantiam quia ī multis uenialiter peccamus & ignoramus & nō cōsideramus tum propter adherentiam qm̄ uenialia ista magne sunt adherētie Et ideo quantumcunq; aliquis sit perfectus debet recognoscere & opere confiteri se peccatorem. Si tamen quis reperiretur qui non haberet uenialia propter supabundantē gratiam talis nō tenetur ad illud mandatum quia solis peccatoribus & uiatoribus datum est ipse uero iam habitat ī celis. hec. Boñ. Addit his Ric. ꝙ regulariter omnes tam fideles quam infideles tenentur ad confessionē faciēdā sacerdoti xp̄iano inquantum istud preceptum est preceptum dei qui potestatē habet uniuersaliter super omnes & preceptū uniuersaliter dedit. Si autem non esset preceptum nisi ab ecclesia ad eius obseruationem non tenerentur nisi illi qui sacramentum baptismi susceperūt. Quia uicario Christi nō fuit cōcessa directe potestas super illos qui sacramentum baptismi nō susceperunt quod ē ianua qua intrat in ecclesiam militantem. Et tante obligationis ē p̄ceptū de confessione ut si quis non potest loqui cōfiteri debeat nutu uel signo eo mō quo potest prout notat. xxvi. q. vi. c. Qui recedūt Istud etiam preceptum cum sit euāgelicum quantū ad īstitutionē quantum uero ad circumstantiā sit de iure positiuo potest a papa dispensari quantum ad circumstātiā. Sed ꝙ aliquis nullo mō teneat confiteri papa nō potest quia nō pōt dispensare cōtra euangeliū. Vnde Vrbanus papa. xxv. q. i. c. Sunt quidam. ait. Sūt dñtes romano pontifici semper licuisse nouas condere leges quod & nos non solum non negamus sed etiam ualde affirmamus. Sciendum uero sūopere est qm̄ & inde nouas leges cōdere potest unde euāgeliste aliquid nequāq̄ dixerit. Vbi uero aperte dominus uel eius apostoli & eos sequentes sancti patres sñialiter aliqd diffinierunt ibi non nouā legem romanus pontifex dare sed potius quod predicatum est usq; ad animam & saguinem confirmare debet Si. n. quod docuerūt apostoli & p̄phete destruere quod absit niteretur

non sententiam dare sed magis errare conuinceretur. hec ille. Ideo usque nunc in hoc precepto non est dispensatū nec quantū ad institutionem nec quantum ad circumstantiam Ego autem dico quod in hoc precepto licet male tamē aliquis dispensauit. Nam uidimus plerosque stetisse p. x. xx. aut. xxx. annos sine cōfessione. Ecquis dispensauit cum illis? Non deus non angelus. nō papa. nō legatus a latere non episcopus. non sacerdos. nec quisque alius clericus. Sed quis fuit ille dispensator? Respondeant ipsi Dic mihi o felix Christiane qui per tot annos sine cōfessione stetisti. Quare non es cōfessus? Quis dispēsauit tecū? Et statim dicet. Ego nō cōfiteor propter luxuriā. Alter dicet. Ego propter auariciā Alter propter discordiam. Ergo cum his & similibus dispensat diabolus. Cū luxuriosis diabolus luxurie. cum auaris diabolus auaricie. cum odiosis diabolus rixarum & discordie O iniqua cōditio malorū xpianorum. O pertinatia dānabilissima. O ueneranda synogoga inferni. Cur tādiu o fatui uestram salutem negligitis? Expergiscimini igitur & cōfitemini peccata uestra ut per confessionem in pñti efficiamini digni dei gratia & in futuro eterna gloria. Amen.

Feria sexta secunde ebdōade in quadragesima de cōfessione sanctissima. Sermo. xxviii.

Respondit ei languidus. Domine hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinā. Io. v. & in euangelio hodierno. Egebat adhuc auxilio hoīs ut poneretur in piscinā infirmus & languidus qui si ibi descendisset non hoīs sed dei uirtute sanitatem fuisset consecutus. Ut mystice innuatur quod licet deus causa sit efficiens peccatorum nostrorum sanitatis tamen oportunum est ad eam assequendā ministeriū sacerdotū. Ipsi equidē ex auctoritate sibi cōcessa peccatores penitentes per absolutionem adiuuant ut saluentur. Quoniā aūt in pcedenti sermone multa diximus propter que nō nulli sua peccata confiteri disposuerūt ut etiam feruentius animētur ad suum propositum exequendum id circo hodierna die adhuc de confessione erimus dicturi. De qua tria mysteria proponemus contemplanda uidelicet. Primum dicitur temporalitas Secundum qualitas. Tertium integritas.

Qualiter excusantur aliqui si non confiteantur semel in anno & an post peccatum necessarium sit confiteri.

Capitulum Primum.

Rimum myſterium declarandũ de cõfeſſione dicit̃ tẽpalitaſ In quo uidere debemuſ quando ſit confitendum. Circa hoc autem triplex tempuſ ſubdiſtinguemuſ. Primum dicitur tempuſ aſſignatum. Secundum feſtinatum. Tertiũ determinatũ. Primũ tempuſ dicitur aſſignatum de quo fit mentio in. c. Omniſ de pe. & re. quando dicitur. Semel in anno. Ex quo colligitur ꝙ de iure cõmuni ſaltem ſemel in anno omneſ homineſ confiteri tenentur. Notãdum tamẽ ꝙ ab iſtiuſ precepti obligatione aliqui excuſant̃ aut propter infatuationem aut propter locutionem aut propter ſacerdotiſ priuationem. Primi excuſantur propter infatuationem cum eſſent fatui aut mente capti qui in eo ſtatu nõ poſſũt mereri nec demereri. Sed ſunt in eo ſtatu ſiue dãnationiſ ſiue ſaluationiſ in quo reperti ſunt quando perdiderunt ſenſũ ut dicitur extra de baptiſmo & eiuſ effectu. c. Maioreſ. in fine. Obligant̃ tamẽ taleſ ad confeſſionem quando habent lucida interualla. Secundi excu/ſantur propter locutionem quia ſunt muti aut ignorant ydioma patrie in quo morantur taleſ confiteantur eo modo quo preſentiſ per ſigna aut per interpretẽ ſi poteſt inueniri & tunc interpreſ & ſacerdoſ pro una perſona computant̃. Tamen dicit Ric. in. iiii. di. xvii. & uidetur aliquibuſ ꝙ confiteri per interpretem non eſt conſtitutum iure diuino nec poſitiuo & cum confiteri ſit multum difficile non uidetur tutum pluſ artare confeſſionem quam artet̃ per iuſ diuinũ uel poſitiuũ. Vt enĩ dicit̃ Prouerbioꝝ penultimo. & di. iii. c. Deniqꝫ Qui nimiſ emungit elicit ſanguinem. Tertii propter priuationem ſeu abſentiam ſacerdotiſ excuſantur quem tamẽ debent penitẽteſ diligẽter requirere ut dicit Magiſter l. iiii. di. xvii. c. Nũc priuſ. Et illud dictũ magiſtri uidelicet. Si defuerit ſacerdoſ ꝓximo uel ſocio faciẽda eſt confeſſio. exponẽdum eſt de congruitate non de neceſſitate ſecundum Ric. Vtrꝫ uero abſente ſacerdote penitenſ debeat ei per litteraſ confiteri. Dicit Ric. ꝙ nõ quia hoc non inuenitur inſtitutum. Et quia immineret periculum ne eſſet defectuſ in examinatione peccatorum quam facere debet ſacerdoſ ut poſſit ſalubria ꝑbere remedia & ne reuelarent̃ peccata alicuiuſ Littere. n. faciliter poſſũt perdi & per nunciũ malicioſe apiri aut per nuncii ignorantiam tradi illiſ quibuſ non mittuntur qui eaſ aperirent et etiam quia aliaſ malitioſuſ ſacerdoſ poſſit cõtra penitentem agere oſtendendo ſcripturam ſuam. Secundũ tempuſ

circa confeſſionē dicitur feſtinatū ꝓ quo dubitari ſolet an pc̄tōr ſtatim teneatur confiteri habita oportunitate ſacerdotiſ. Et circa hoc uarie ſūt opiniōeſ. Prima eſt Innocētii ſuper.c. Om̄iſ de pe.& re.& Archidiaconi ſup.c. Ille rex de pe.di.iii.qui uidēt dicere ꝙ omniſ qui cecidit in peccatum mortale tenetur quamcituſ poterit ex debito neceſſitatiſ. Idem dicit Hoſti.ī ſumma ſua li.v.titulo de pe.& re.uerſiculo Quando confitentem.cui opinioni quidam inherenteſ dicunt &.c. Omniſ.non ſubuenit neglīgētibuſ ut non obligentur ad confeſſionem niſi ſemel in anno ſed potiuſ punit ne/gligentiam illorum qui ſic ſaltem non confitentur. Ratio autē eſt quia quandocumq; fit aliquod preceptū abſq; determinatiōe tp̄iſ debet īpleri quamcituſ comode fieri pōt. Cum ergo homo obligetē ad confeſſionē poſt peccatū mortale ex precepto diuino ergo etc. Secundo addunt rationem aliam quia omneſ deberēt uitare peri/culum. ſed differre confeſſionem eſt eſſe in periculo & non uitatur periculū propter impedimēta que puſſunt euenire & quia differre confiteri facit hominem obliuiſci peccatorum ſuorum quod poteſt eſſe nociuum. Secunda eſt oppinio Ric. qui xvii.di.quarti.li.di. Quod peccator non tenetur confiteri ſtatim habita oportunitate preter quam in aliquibuſ caſibuſ. Primuſ ratione ſacramēti qn̄.ſ. aliquiſ uult celebrare ſeu cōicare. Secunduſ eſt ratione ꝑiculi qn̄ aliquiſ eſſet in expreſſo periculo mortiſ uel ꝓpter egretudinē uel aliā cauſam. Tertiuſ eſt ratione conſciētie. quādo aliquiſ haberet conſcientiam dictantem ſibi ꝙ ſtatim teneatur. Quartuſ ē ratione dubii quando quiſ uериſimiliter dubitaret illo anno ſe nō poſſe pluſ haberet copiam ſacerdotiſ. Quintuſ caſuſ eſt ratione ſtatuti qui cōpetit religioſiſ Ipſi enim ratione ſtatutorum ſuorum & ſui ſtatuſ tenentur confiteri frequentiuſ quam ſtatuat concilium generale. Nec tamen propter hoc ſequitur ꝙ ſtatim teneantē cōfiteri hītа oportunitate ſacerdotiſ niſi adſit dieſ quo ſecundum ſtatutū reli/gioniſ ſue confiteri tenentur. Quod autē peccator regulariter nō teneatur ſtatim confiteri patet quia ad hoc nō obligatur ex iure nature quia confiteri ſacerdoti nō eſt de iure nature abſolute.nec ad hoc obligatur diuina lege quia ſi Xp̄ſ cōfiteri ſacerdoti ꝑcepit implicite non ſtatim tamen precepit hoc fieri nec ad hoc obligatur iure poſitiuo ſed tantum ſemel in anno. Tertia eſt opinio domini Boñ.xvii.di.iiii.q atc. Quod de confeſſione eſt loqui dupliciter

uel quãtum ad ꝓpositum interius. uel quantũ ad uerbũ exterius Si quantũ ad ꝓpositum interius sic cõmuniter conceditᷣ ꝙ pctõr tenetur proponere confiteri quando & conteri. Ad hoc aũt teneṫ quando recogitat culpam commissã & dei offensam uel qñ tempus se offert in quo recogitare debet sicut in hora mortis uel periculo uel aliquo alio simili. Si autem loquamur quantum ad actum dico ꝙ oportunitas loci tẽporis & sacerdotis potest se añ pasca offerrre aut ita ꝙ timetur ne unq̃ se offerat sicut in his qui grauiter infirmantur & tales tenentur absq̧ dubitatione ad confessionem. aut ita ꝙ maior oportunitas expectatur uel quantum ad tempus uel q̃ntũ ad sacerdotẽ & sic pòt sine aliquo peccato differri. Quia ergo tempus quadragesimale est tẽpus penitẽtie & aptum ad deuotionẽ possũt laici tempus illud rationabiliter expectare nec peccãt dum tamen proponant firmiter confiteri. hec Boñ. Allex. autẽ in. iiii. Non de necessitate sed quadam congruitate laudat illos qui statim & sepius confitẽtur cum possunt. Asserit enim confessionem ipsam ad. ix. utilitates ualere. Prima est peccati cognitio. Secũda satisfactio. Tertia mentis securatio. Quarta pene diminutio. Quinta intercessorum multiplicatio. Sexta gratie augmentatio. Septima culpe remissio. Octaua peccatorũ euitatio. Nona dei glorificatio. Prima utilitas dicitur peccati cognitio. Nam sacerdos tenetur cõfitentem instruere eiq̧ ostendere quantum potest pctõꝝ qualitatẽ quando. s. aliquid peccatum mortale est aut ueniale. Et sic est ex consequẽti qui sepius confiteṫ clarius sua peccata cognoscit. Scđa utilitas ẽ satisfactio. Verecundia nãq̧ cũ qua sua quis peccata cõfitetur sacerdoti est quasi palium pretiosum peccatum cohopiens. Vnde August. li. de penitẽtia & poniṫ de pe. di. i. c. Quẽ penitet. ait Qui per uos peccastis per uos erubescatis. Erubescentia enĩ ipa partẽ habet remissionis. Et iteꝝ ibi. Dignus est ĩquit misericordia qui speciali labore querit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam uerecundia magna est pena. qui erubescit pro xp̄o sit dignus uenia. Tertia utilitas est mẽtis securatio. Valeat confessio ad quandam mentis securitatem ex cogitatione uenie accepte. Vñ psal. In uoce exultationis & cõfessionis sonus epulantis. Quarta utilitas est pene diminutio. Nam sacerdos ex ui clauium potest aliquid pene debite relaxare licet non omnẽ penã. Quinta utilitas est intercessorum multiplicatio. Tenentur nanq̧

ſacerdoteſ orare pro eiſ qui ſibi confitentᷣ. Sexta utilitaſ ē gratie augmentatio. Sepe enim in confeſſione deuota dominuſ augmētat gratiam collatam in contritione. Septima utilitaſ ē culpe remiſſio. Quandoq; enim non conteritᷣ homo ante cōfeſſionem & cōfitēdo peccata fit contrituſ & remittunᷣ ei. Octaua utilitaſ eſt peccatoꝝ euitatio. Propter frequētem enim confeſſionem meliuſ euitantur peccata. Nona utilitaſ eſt dei glorificatio. Quia quotienſcūq; quiſ ſua peccata in ſpe uenie cōfitetur deū clementiſſimū & miſericordē glorificat. Quare laudabile eſt ut qui frequenter peccant non tm̄ ſemel in anno ſed frequenter etiam confiteātur. Tertium tempuſ quod notatur in confeſſione dicitur determinatū. In quo uidendū eſt qua etate determinate obligatur quiſ ad confeſſionē. Et ad hoc dixerunt aliqui. Quod in etate. vii. annorum quia in gloſa in. c. Omniſ. ſuper uerbo diſcretioniſ. dicitur. Anni diſcretioniſ dicūtur cum quiſ eſt doli capax. quia tunc poteſt peccare. Et idem habetᷣ C. Si aduerſuſ delictū. l. i. Et. C. Si minor ſe maiorē dixerit. l. iii. Et gloſa ſuper uerbo grandiuſculiſ. extra de delictiſ puerorum. c. Pueriſ grandiuſculiſ. dic. i. doli capacibuſ uidelicet. vii. annorum. Taleſ enim mentiri & uerum dicere & fateri & negare poſſunt ut dicit Auguſt. in epiſtula ad Renatum epiſcopum ut habetᷣ in glo. ſuper. c. Paruuli. de conſe. di. iiii. Hoſti. uero in ſūma ſua li. v. de pe. & re. Doli inquit capax eſt cū quiſ ē proximuſ pubertati. ff. de actionibuſ & obligationibuſ. l. i. Et ſecundum eundem li. iiii. ſumme ti. de diſpenſatiōe impuberum. Pubertaſ incipit in muliere in. xii. anno. in maſculo uero in. xiiii. Sed addit Hoſti. Quod qn̄ quiſ eſt doli capax in exteriora uir bonuſ extimabit. Vnde extra de p̄ſumptionibuſ in. c. Ex ſtudiiſ. dicitᷣ. Ex ſtudiiſ ſuiſ cognoſcitᷣ puer. Inuenitur nāq; in li. Dial. ꝙ quidā puer. v. ānoꝝ iuranſ & blaſfemanſ a diabulo raptuſ fuit. Sed in illo ſcd̄m Hoſti li. v de delictiſ puerorum malicia ſupplebat etatem. Si ergo pueri nō ſūt doli capaceſ non tenentur cōfiteri. Taleſ enim furioſiſ cōpantur quia eoꝝ etaſ qcqd uidet ignorat. ff. de acqrenda poſſeſſiōe. l. i. §. Furioſuſ. Et. C. de falſa moneta. l. i. in fine. Nec tamē in pueriſ ante. x. uel. xiiii. annum negandum eſt peccatū eo ꝙ peccare nō poſſunt carnaliter quia preter carnalia peccata reperiuntᷣ & alia. Vnde in. c. i. de delictiſ pueroꝝ dicitᷣ. Pueriſ grādiuſculiſ peccatū nolunt tribuere qdam niſi ab anniſ. xiiii. cum iam pubeſcere cepint

quod merito crederemus si nulla essent peccata nisi que membris genitalibus cōmittunt. Sed quis audeat affirmare furta mēdacia & periuria non esse peccata? At his plena est puerilis etas q̄uis non ita in eis ut in maioribus punienda esse uideātur. hec ibi. Sed heu pͬhdolor. Quid referam? Tanta est hodie in pueris & puellis malicia ut etiam ī peccata carnis ante annos pubertatis libidinosissime inardescant. Quare solerti cura a parentibus ad confessionem sunt inducendi.

Qualiter sacerdos audiēs cōfessionē debet habere auctoritatē sāctitā & bonitatē & qs dicat ꝓprius sacerdos. Ca. ii.

Ecundū mysterium declarandū de cōfessione dicit qualitas.

In quo notande sunt q̄litates seu cōditiōes que requiruntur in sacerdote cui peccator cōfiteri debet & colliguntur maxīe tres. Prima dicitur potestas. Secunda sanctitas. Tertia claritas. Prima cōditio cōfes. dicit potestas. Nā scd̄m Durandū in sūma li. i. pte. i. & di. i. Ad absoluēdum in foro penitentie tria requirunt. Primū ꝙ confessor habeat auctoritatem clauium. Secundūm ꝙ habeat auctoritatis executionē. Tertium ꝙ executio sit libera nō ligata. Et ꝓpter hoc dicit in c. Omnis de pe. & re. Quod unusq̄sq; debet confiteri ꝓprio sacerdoti quia sibi inest huiusmodi potestas. Sed notandum scd̄m Ric. di. xvii. q̄rti. Quod ꝓprius sacer dos potest accipi multipliciter. Vno mō ē ꝓprius sacerdos alicuius hn̄s super ipm iurisdictionē ordinariam in foro penitētie modo tam ē īferiori Et sic ē ꝓprius sacerdos ille qui cōiter uocat presbiter parochialis Scd̄o mō dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem ordinariam modo principali. & sic eps est ꝓprius sacerdos oīm existentiū ī suo epatu. Nota tamē ꝙ archiepi nō habent auctoritatē absoluendi subditos subfraganeoꝝ suoꝝ excepto casu qn̄ uisitant prouinciam. extra de censibus. c. Perpetuo. li. vi. Tertio mō dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem modo principalissimo. Et sic papa est ꝓprius sacerdos oīm xp̄ianoꝝ. Quarto mō dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionē delegatā ab aliquo istoꝝ uel a legato domini pape. Quinto modo dicitur ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem ex cōi concessiōe iuris. Et sic sunt ꝓprii sacerdotes illi quos epi & abbates exempti sibi eligūt ī cōfessores. Talibus eni permittit ex lege cōi eligere sibi discretum & prouidū confessorem. extra de pe. & re. c. Ne ꝓ dilatione. Sic etiā ē proprius sacerdos illius quē quis audit cōstitutum ī articulo necessitatis in quo casu q̄libet sacerdos

potest hominem absoluere sicur patet .xxvi.q.vi.c. Si presbiter.
&.c.sequenti. & extra de furtis.c. Fures. Hoc etiã mõ ẽ ꝓprius
sacerdos uagabũdoꝝ quicũq; presbiter prochialis in cuius prochia
uoluerit confiteri quia tales nunq̃ habent domicilium ꝓprium.ff.
ad municipales.l. Labeo. Similiter dico de illis q domicilio relicto
nauigãt uel iter faciũt querẽtes quo se trãsferãt. Nã & tales sine
dõicilio sũt.ff. ad mũicipales.l.eius.§.celsus. & similiter scd'm Inno.
sup.c. Oĩs.Scolares pñt cõfiteri illi quẽ eligerit ĩ loco ĩ quo studẽt
si moram ibidem contraxerint uel cõtrahere itendant p unũ annũ
Accipiẽdo ergo ꝓpriũ sacerdotẽ p sacerdote habẽte iurisdictionẽ
aliquo p̃dictoꝝ moꝝ q sibi cõfitetur cõfiteri dicit ꝓprio sacerdoti.
Sed hic oritur dubium. Vtꝝ illi qui cõfitent alicui hñti potestatẽ
& auctoritatem audiendi confessiones ab epo teneantur illo eodẽ
anno cõfiteri suo presbitero prochiali. Et aliquibus uidet ꝙ sic.
quia ut p̃sbiter xi.q.i.c. Peruenit. Si sua unicuiq; epo iurisdictio
& potestas non seruat ecclesiasticus ordo confundit.ergo similiter
si non seruat prespitero prochiali. Insup scd'm Bern.li.iii.de con/
sideratione.c.xiii. Ecclesiastica hierarchia est ad exẽplar ãgelice
hierarchie. Sed angelica hierarchia id qd' cõuenit angelis alicuius
ordinis ex officio nunq̃ cõmitit ãgelis alterius ordinis.ergo simili/
ter fieri debet in ecclesia. R̃ndet Ric. ubi supra. Quod epi habet
ordinariam iurisdictionem super subditos sacerdotum parrochialiũ
Illud aũt qued conuenit alicui ex ordinaria iurisdictione ipe põt
cõmittere alii habenti ordinem conuenientem ad illud officiũ ex/
equendũ. extra de conse.ecclesie.c. Aliqua. Illi ergo q confitent
legitime hñti potestatem epi & absoluuntur ab eodem uere sunt
absoluti nec eadem peccata in numero tenent suis presbiteris par/
rochialibus confiteri. Vnde epus concedens ptãtem alicui audiẽdi
confessiones non aufert curato iurisdictionem sed sibi seruat dans
ei coadiutorẽ. Et sic soluitur primũ argumentũ. Ad scd'm uero de
similitudine ecclesie ad angelicam hierarchiam respondendum est.
Quod in hoc non est simile quia angelis sufficit plene adexequẽdũ
actus conuenientes officio suo. Non sic autem uere.potest dici de
quolibet inferiori curato. Secunda cõditio confes.dicit sanctitas.
Vt enim.d.c. Durãdus ubi supra Tantam debet habere cõfessor
habilitatem affectionis ut sit dignus Christi minister. Vnde de
pe.di.vi.c. Qui uult confiteri.dicitur. Sacerdos cui omnis offere
peccator ante quẽ statuitur omnis languor in nullo sit iudicãdus

que in alio promptus est iudicare. Iudicans.n.aliú q est iudicádus condemnat seipsum. Cognoscat ergo se & purget in se quod alios uidet sibi afferre. Ex quibus uerbis sumitur argumentum secundú Duran. ꝙ epus in mortali peccat mortaliter absoluendo nisi prius peniteat. Nec solum debet esse sanctus confessor sed in sanctitate solidus & firmatus ꝓpter ea que audiunt in confessione. Ió Bern. super Cant. sermone. xviii. ait. Tu frater cui firma caritas nódú est sed adeo tenera & arundinea ut omni cedat flatui qua fronte aliena uulnera curare aut ambis aut acqescis. Noli esse nimis iustus. Sufficit tibi si diligis proximum sicut teipsum. Non enim salutem ꝓximi debes querere in salutis ꝓprie detremētú. hec ille. Caueāt tamē qui confiteri uolunt ne fiant confessoꝝ iudices curiosi sed eis tantum sufficiat nó conspicere malá uitá expresse. Tertia códitio confessoris dicit̄ claritas. Debet uiqꝫ habere claritatē cognitionis & scientie ut dicitur in.c. Omnis. §. Sacerdos. Et in glo. i dicto.c. super uerbo sacerdoti. Et in glo. super uerbo ꝓuidú in.c. Ne pro dilatione. de pe. & re. Ideo dicitur de pe. di. vi. in.ca. Qui uult cófiteri. Caueat spiritualis iudex ut sicut nó cómisit crimen neque ita non careat munere scientie. Oportet enim ut sciat cognoscere qcqd debet iudicare. Iudiciaria nanqꝫ potestas expostulat ut qđ debet iudicare discernat. Diligens ergo inquisitor subtilis inuesti/gator sapienter & i quasi astute interroget a peccatore. i. quod forsitan ignorat uel uerecundia uelit occultare. hec ibi. Oportet ergo ut confessores sciant discernere quod debeāt iudicare sicut in ueteri lege iudicabant de lepra & lepra. Leuit. xiiii. Hinc est ꝙ Greg. li.i. pastora.c.i. ait. Nulla ars doceri presumitur nisi prius intēta meditatione discatur. Ab impitis ergo pastorale magisteriú qua temeritate assumitur cum sit ars artiú regimen aiarú? Facit ad hoc.c. Cum sit. de etate & qualitate ordinandorum. Confessor. ergo secundum Durandum quotiens se ingerit ad confes. audiēdas totiens offert se ad respondēdum de peccatis mortalibus & p̄ceptis de contractibus & usuris de restitutionibus. Debet itaqꝫ habere sci/entiam saltem cópetentem. Vocatur aut cópetens que necessaria est ad executionem cuiuscumqꝫ ordinis. Vnde in quantum sacer/dos deputatus est ad diuinum officium celebrandum tenetur tātú scire de gramatica ꝙ sciat uerba proferre & ꝙ intelligat saltē lra/liter ea que legit. In quantum uero est minister sacramentoꝝ tenet scire que sit debita materia uel forma cuiuslibet sacramēti & modú

recte singula dispensandi In quantum doctor est tenetur scire saltem fidei rudimenta. Et in quantum est iudex in foro conscientie tenetur scire discernere inter lepram & non lepram saltem in hiis peccatis que sunt omnibus notoria. In aliis uero de quibus etiam sapientes dubitant sciat dubitare & querere superiorum consilium. Debet scire que sunt mortalia que capitalia saltem in comuni & que uenalia in genere Debet etiam scire Canones penitentiales nõ tantum propter hoc ut penitentias iniungere cum penitentie hodie sint arbitrarie ut dicetur in sequenti sermone sed ut per hoc sciat culparum penitentias agnoscere. hec Durandus. Ego tamen credo quod potest quis dum non est nimis peritus in tribus casibus sine periculo confessiones audire. Primus est quãdo periculũ mortis imminerent cõfitenti nec alius posset haberi Tunc quilibet potest & debet audire propter efficatiam sacramenti ne ea priuetur. Scdm est qñ confitens est peritus sufficienter ita quod ipsum confessorem docet. Tertius quãdo confitentes sunt persone spiritualiter uiuentes & crebro confitentes que non consueuerunt habere nisi uenalia.

Qualiter confessio debet esse integra ut penitens cõfiteatur omnia peccata mortalia & circumstantias trahentes i aliud genus peccati & in casu uenialia. Ca. III.

Ertium mysteriũ de confessione declarandũ dicit integritas. Nam ut dicit. c. Omnis utriusque sexus allegatũ. De omnibus peccatis confessio est facienda uni sacerdoti ut integra sit & non diuisa sed in hoc solet dubitari quãtum ad tria. Primo quantum ad pctõrũ differentiam. Secundo qñtũ ad eorum circũstantia. Tertio qñtum ad peccata uenalia. Primo solet dubitari qñtum ad peccatorum differentiam. Utrum necesse sit differentie omnis peccati mortalis siue latentis siue manifesti siue sit cordis siue sit oris cõfiteri. Et respondet Bon. di. xvii. ắrti quod sic. & de peccato manifesto dicit quod necessariũ est ut dicatur in confessione duplici ex causa. Una ex parte audientis. alia ex parte confitentis. Ex parte audientis qm sicut est in iudicio forensi quod iudex aliqd nouit ut puta persona quod tamen nõ nouit ut iudex nec procedit ad sententiã quousque innotescat ei ut iudici quia ut dicitur. iii. q. vii. c. Iudicet. Iudex debet iudicare secundum allegata sicut in iudicio penitẽtiali quia peccata publica quamuis sint manifesta sacerdoti sicut homini nõ tamen sunt sicut dei uicario ideo sunt confitenda. Scdã ratio est ex parte confitentis quia per suam humilem confessionem habet

iustificari. Vnde de pe. distinctiõe. i. §. Alii. Dic tu prius iniquitates tuas ut iustificeris. Dum ergo peccator confitetur omnia mortalia secreta & publica que fecit debet dicere sacerdoti & si non recordaretur omnium precedente sufficienti preparatione sufficit ei ꝙ in genere doleat & confiteatur se in multis offendisse quorum non recordatur quia ut scribitur in glosa super. c. Porrecta. extra de cõfirmatiõe utili uel inutili. Et. C. de ueteri iuris enucleando. l. ii. §. qd aũt. Omnium habere memoriam & in nullo penitus oberrare diuinitatis est potius quã humanitatis. Si aũt peccator recordetur & nolit dicere uel nõ dat operã ut recordetur cõfessio sua infructuosa est ut colligi põt ex dictis in. c. Fratres nostros. de pe. di. v. Scd̃o solet dubitari quantum ad pctõrum circũstantias. Vtrum circũstantie sint confitende. Et dicit dñs Bon. prefata. xvii. di. quarti. Quod tria sunt circumstantiarum genera. Quedam sunt alleuiãtes. Quedã aggrauantes. Quedã ad aliud genus trahentes. Prime circũstantie alleuiant peccatum ut si quis peccasset cum muliere ab ipsa tamen tẽptatus & prouocatus & huiusmõi has circumstantias cõfiteri nõ est bonũ nisi ppter hoc ut satisfaciat aliene inquisitioni uel ut prouideatur eius scãdalo & perturbationi utpote si timeret confessorẽ ex hoc accipere occasionem & exemplũ malũ uel si tantũ circũstantia minuat peccatũ ut sit in genere uenialis aut nullũ peccatũ sicut comedere carnes in quadragesima propter infirmitatem hoc excepto peccator non debet tales circumstantias referre quia in confessione habet se accusare non excusare. Secunde circũstantie dicuntur aggrauantes que aggrauant peccatum non tñ trahũt in aliud genus uel in aliam speciẽ peccati. Vt si qs lusisset ad taxillos multum libenter & fuisset fornicatus cum multa delectatione uel commisset aliquod peccatum ex propria malicia nulla temptatiõe precedente & tales circumstantias non est de necessite confiteri sed de congruitate. Tertie circumstantie dicunt ad aliud genus trahentes eo ꝙ trahunt in aliud genus uel in aliam speciem peccati & has confiteri est necessarium. Secundũ uero dicta sanctorũ. viii. sunt tales circumstantie. Prima persone. Secunda loci. Tertia modi. Quarta tẽporis. Quinta numeri. Sexta qualitatis. Septima inductionis. Octaua consequentie. Prima circumstantia dicitur persone. Notificanda nanq; est persona cum qua uel contra quã peccatum est commissum. Aliud enim est peccare cum una monialis

aliud cū una seculari aliud cum soluta aliud cū coniugata aliud cū cōsanguinea aliud cū extranea aliud percutere laicū aliud clericū uel sacerdotem & huiusmōi. Secunda circumstantia dicitur loci. Nam si peccatum committatur ī loco sacro inducit aliam speciem peccati quod dicitur sacrilegium sicut notat glosa de pe. di. v. c. Consideret. Tertia est modi. Posset enim quis tali modo peccare ꝙ peccatū traheret in aliam speciē ut si quis cū muliere peccaret contra naturam. Quarta est temporis. Quando enim peccatum committitur in die festo inducit aliam speciē scilicet transgressionē tertii ꝑcepti ut dicit Nico. de lira super. xx. c. Exodi. Iō peccata in festis cōmissa cum temporis circūstantia sunt cōfitenda. Quīta dicitur numeri quia quotiens homo peccat totiens distīcta & plura peccata committit. propterea oportet dicere quotiens peccatum ē commissum. Et si quis non recordetur dicat numerum quē potest extimare secundum probabilem opinionem. & si nō pōt estimare numerum extimet quanto tempore in peccato stetit. Sexta dicit̄ qualitatis. Oportet enim confiteri quando peccatū esset publicū quia induceret aliam speciem hoc est scandalum ꝓximi. Sceptima dicitur inductionis quando aliquis non solū ipse peccauit sed alios induxit ad peccandum dans cōsilium auxiliū uel fauorē. Octaua dicitur consequentie. Debet peccator etiam dicere peccata que cōsequuntur ad alia peccata utputa quia in uno peccato occurrerēt mendatia periuria adulationes deceptiones & similia que in confessione non sunt omittenda sed ꝓpalanda. Tertio dubitari solet quantum ad peccata uenialia. an expediat illa cōfiteri Et de hoc dīc Boñ. ubi supra. Quod cōfiteri uenialia nō ē ꝑceptū eo ꝙ absq̄ confessione multipliciter remittūtur. Et primo per dignā eucharistie sumptionem. de confes. di. ii. ca. Cum omne crimen &. ca. Si quotienscumq̄. Secūdo per aque benedicte aspersionem ut patet de conse. di. iii. c. Aquam sale conspersam. Tertio per ieiunia & per elemosinarum largitionem ut habetur. lxxxii. di. c. Presbiter & de pe. di. i. c. Medicina. &. c. Quamoberem. & di. iii. c. Sane cauendum. Quarto per dominicam orationem. de pe. di. iii. c. De quottidianis. Quinto p deuotā pctōris cōfessionē. de pe. di. i. c. tres actiōes. & di. ii. c. si ē inqt. Sexto p generalē cōfes. ī ecclesia factā. ut de pe. di. iii. c. De quottidianis. In casu tn̄ cōtingit ꝙ hō teneat̄ uenialia cōfiteri. siue ꝓpter dubiū siue ꝓpter eclesiasticū statutū.

Propter dubiũ tamẽ quando quis probabiliter de aliquo peccato dubitat utrum sit mortale uel ueniale quia peccator si nõ penitet de illo sicut de mortali discrimine se exponit. Et ideo debet confiteri Similiter propter statutũ confitenda sunt uenialia sicut dictum est supius de necessitate confitendi semel in anno uel de religiosis Quoniam uero multi hec audientes scrupulosi satis efficiunt dubitantes nescire cõfiteri sua peccata ut decet. Ergo dico & teneo q si quis cũ uoluntate se emendandi & proposito bono ad confessi. accedit faciens q in se. est ut bene cõfiteatur & nullius peccati recordaretur & nullam diceret circumstantiam & multa omitteret que ad confes. necessaria esse dicuntur considerata uolũtate bona & pensata humana infirmitate uel ignorantia talis fructu cõfes. mime puaretur. Ergo cum bona ad deum fiducia disponant se omnes peccatores put poterunt & scient peccata sua confiteri & a cristo sanitatem & salutem simul cum languido quem sanauit in euangelio firmiter obtinebunt hic per gratiam & in futuro per gloriam in qua ui. in eternum deus. qui est benedictus. Amen.

Sabbato secunde ebdomade in q̃dragesima. De fructuosa et utili confessione peccatoꝝ. Sermo. xxix.

Ic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Mathei. xvii. & in euangelio hodierno. Seruãda sunt xpi pcepta animo leto & libenti corde quem uerum deum credimus saluatorem nostrum. Testatur namq euangelium hodiernum qualiter xps transfiguratus est in monte a deo patre & spũ sancto uestimentũ diuinitatis accepit ipse ergo nobis uiam salutis apperuit pniamq post commissa peccata illam esse pdicauit. Ipse sacerdotibus claues ecclesie consignauit quibus possẽt peccatoribus apire ianuam regni celoꝝ. Ipse sanguinẽ suũ offert omnibus qbus merita ppria non sufficiunt ut illius merito ueniam assequant & remissionem. Quoniam uero homines saluare sic uoluit per gratiam suam ut etiam ipsi faciant qđ in se est & pcipue peccata sua sacerdotibus confitendo idcirco unusquisq illum audire debet. Vox enim eius est Mathei. iiii. d. penitenciam agite. Et qa hec penitencia confes. includit idcirco preter ea que in precedentibus dicta sunt adhuc in hoc sermone tria misteria ponemus cõtẽplãda Primum dicitur humiliationis. Secundum occultationis. Tertiũ iterationis.

Quomõ peccator debet humiliter cõfiteri. Primo examinãdo cõsciẽtiã. Secundo accusando peccata. Tertio suscipiendo iniunctam sibi penitentiam a sacerdote. Ca. i.

Rimum mysteriũ de confessione declarandũ dicitur humiliationis Qui. n. cõfitet̃ cõfiteri debet cũ humilitate que p̃cipue cõsistit in tribus. Primo ĩ diligenti examinatione. Secundo in peccatorum accusatione. Tertio in penitentie susceptione. Primo cõsistit humilitas penitẽtis in diligenti examinatione. Nã qui humilis est ante confessionem in aliquo secreto loco examinat seip̃m cogitãs beneficia que a deo accepit. bona que omisit & mala que commisit. s. illud Isay. xxxviii. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Sed multi sunt q ad cõfessionẽ accedũt indeuoti impremeditati sine ulla compũctione sine cogitatione aliqua aut recordatione peccatorum suorum quibus confessores. quando eos tales inueniunt persuadere debent ut prius se preparent: et postea redeant ad penitendum qui monendi sunt ut p. x. considerationes discurrẽdo conent̃ sua peccata colligere. Prima consideratio est status ĩ quo peccator est & in quo fuit puta uirginitatis uiduitatis aut matrĩonii. Secunda ẽ etatis in qua peccator est et in qua fuit. Tertia est fortune prospere uel aduerse. Quarta officii artis seu exercitii. Quinta societatis commemorando socios uel socias cum quibus homo conuersatus est. Sexta est locoꝝ in quibus homo fuit. Septima temporum puta pacis guerre solẽnitatum aut dieꝝ ferialium. Octaua cordis speculando subtiliter qd̃ cõtra deum & p̃ximum ẽst corde cõmissũ. Nona est uerboꝝ notanter in seipso qd̃ in uerbis male loquẽdo potuerit errare cõsiderãs. Decima est factoꝝ et opeꝝ. His modis discurrendo potest homo multa peccata que fecit ad memoriam reuocare et p̃pter que ĩ sua cellula aut camera sic solus existens pectus suũ p̃cutiendo dicere debet cum publicano Luce. xviii. Deus p. e. m. p. Et cum filio p̃digo. Luce. xv. Pater pec. ĩ. ce. & co. te. Et cum Dauid. Miserere mei deus se. mag. mi. tuam. Et quãtum potest conetur detestari p̃ctõꝝ suorum magnitudinem turpitudinem & multitudinẽ dep̃cãs omnipotẽtem deũ ut dignet̃ per uulnera sui filii ĩdulgere sibi delicta sua. Sicq̧ cũ tali disp̃õne reuertat̃ ad sacerdotẽ. Sacerdos uero ubi uidet illum deficere diligẽter adiuuet et examinet. Scd̃o cõsistit humilitas in peccatoꝝ

accusatiõe qñ pctõr licet cũ rubore tñ libere & manifeste accusat peccata sua. Nam ut dicitur de pe. di. i. c. Qui domum suam. Ta/citurnitas peccati ex supbia nascit̃ cordis. Ideo .n. peccatum suum celare quisq; desiderat ne iniquitas sua aliis manifesta fiat ne talis reputet̃ apud homies foris qualiter se iam dudum exhibuit diuino conspectui qd̃ ex fonte supbie nasci nullum dubium est. Spẽs su/pbie ẽ se uelle iustũ uideri qui peccator ẽ. Sed excusãs se & max/ime mulieres. d. nolle cõfiteri peccata nõ pp̃ter supbiam sed pp̃ter uerecundiam. Pro quibus Bern. ait. O insania nimia hoim pudet ablui & non pudet inquinari pudet sordes abstergere & nõ pudet contrahere abstergitur caliga & contennit̃ anima. Propter istos etiam de pe. di. i. c. Nunc autẽ. ait Chriso. Nũc autẽ si recorde/ris peccatoꝝ tuoꝝ frequenter ea i conspectu dei pnuntians & p eis clementiam eius deprecers citius illa delebis. Si autem nunc obliuisceris peccatoꝝ tuoꝝ tunc eoꝝ recordaberis nolens qñ i toto mundo publicabuntur & in conspectu proferentur omnium tam amicoꝝ tuoꝝ q̃ inimicoꝝ & sanctoꝝ angeloꝝ celestiumq; spirituũ hec ibi. Nulla ergo uerecũdia multo minus nec superbia tacenda sunt in confessione peccata qnimo illa humiliter et dolenter sacer/doti sunt reuelanda sine duplicitate sine mẽdacio sine excusatiõe Nec enim icipiendũ est ut multi faciunt a pp̃ria laude asserẽtes Ego ieiuno do elemosinas adiuuo paupes non sum blasfemus aut homicida licet quandoq; ut homo carnaliter peccem & huiusmodi Non pura est nec deo accepta talis confessio. Dicenda etiam sũt peccata pp̃ria non aliena ut dicit. c. Omnis. de. pe. & re. Notã/dum tñ scd̃m Ric. in. iiii. di. xxi. q expressio aliene persone seu alieni peccati aut est necessaria ad expressionẽ peccatoꝝ aut nõ Si sic tenet̃ eam exp̃mere confessori. Vnde mulieri cum qua cõ/cubuit frater eius nõ sufficit dicere q unus uir concubuit cum ea sed debet exp̃mere q ille ẽ frater eius. Et si nõ habeat nisi unum fratrem tũc scit sacerdos quis est ille. Et si est religiosus debet ex/exp̃mere q est religiosus. Et si est laicus & est coniugatus debet exp̃mere et sic de aliis Si autẽ expressio persone nõ est necessaria ad exp̃ssionem quãtitatis peccati tunc distigue. Quia aut ẽ uulis ad correctionẽ illius uel preseruationẽ a recidiuo aut non. Si sic Tũc credo q penitẽs bñ facit si extra cõfessionẽ hoc dicit alicui persone que illi peccatori possit et uelit pdesse & non obesse. Sed

pro alia causa nominare ipsum in cōfes. non expedit nec oportet quia per talem nominationem cōfessor nō posset ꝓcedere ad cor/rectionem illius. Si autem nominatio illa non est utilis ad illius correctionē tunc subdistinguit. Quia aut potest esse utilis ad seruā/dum a recidiuo aut non. Si sic tunc bonū est & expedit penitēti ut illam personam expmat confessori. Potest enim contigere ꝙ confessor per cognitionem persone sciet iniūgere penitenti pniam talem & talia dare documēta & tales facere monitiones ꝙ melius & securius penitens poterit a recidiuo ꝑseruari. Si autē nominatio ꝑsone nō est utilis ad magnitudinis peccati expssionē nec ad alte/rius correctionē nec ad ꝑseruandū a recidiuo penitētem tūc cre/do ꝙ penitens teneatur personam celare. Quilibet. n. tenetur nō generare malam opinionem de ꝓximo suo in corde alterius sine rationali et utili cā. Tertio cōsistit humilitas adhuc in humili pe/nitentie susceptione. Vt. n. dicit Chris. de. pe. di. iii. c. Perfecta. Perfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. Sed dubium est utrū penitēs teneatur tentione necessitatis accep/tare & explere penitentiam sibi iniunctam a sacerdote. Et rñdet Ric. di. xvii. q̄rti. ꝙ sacerdos aut iniungit penitentiam rōnalē & discretam aut non. Si secundo modo penitens non tenetur eam recipere nec complere q̄a sacerdos īdiscretas penitentias iniūgendo abutit claue sciētie & potestate Si primo mō dico ꝙ tenet tētiōe necessitatis eam recipere & ꝓ uiribus adimplere q̄a talem pniam iniungendo clauibus utitur recte. Quilibet autē tenetur sui iudicis iustam sentētiam seruare. Vnde si penitens talem penitentiam scienter & ex deliberatione implere omiserit mortaliter peccat cū facit absq̄ legitima cā. Secūdū enī Hosti. in summa de pe. & re. Pro quolibet peccato mortali regulariter deberet pēitētia septē/nis imponi. Vt patet. xxxiii. q. ii. c. Hoc ipm. ii. §. sequēti. Et xxii. q. i. c. Predicandum. Et est rō una quia deus precepit Ma/riam sororē Aarō lepra percussam poni extra castra p. vii. dies Et sic accipit dies pro anno. Alia ratio est ut sicut pctōr p pctm̄ septiformem sp. s. gratiam amisit sic p septēnem pniam recuperet Tamē pōt sacerdos in penitentiis dispēsare consideratis criminis q̄ntitate & q̄litate. & persone dignitate. conditione sexu officio paupertate infirmitate debilitate consuetudine complexione. societate causa animo uolūtate & sic p arbitrio penitētias taxare

et imponere ut ꝓbat plene. extra. de. pe. &. re. c. Significauit & c. Is qui. c. Omnis. §. Sacerdos. & extra. de homicidio. c. Sicut dignum. & extra de eo q. co. consan. uxoris sue. c. Transmisse. & xi. q. iii. c. Absit. & xv. q. vi. c. Si a sacerdotibus. & xxvi. q. vii. c. Tempora. & de pe. di. i. c. Mēsuram. & de conse. di. iii. c. De penitentibus. Ideo dicat penitēti sacerdos. Carissime frater tu cōmisisti tot & talia peccata ꝑ qbus deberes pro quolibet sic peni/tere. Sed forte uita tua ad hoc agendum tm̄ non extenderetur Iniungo tamen tibi talem penitentiam pro omnibus & elemosinas quibus peccata redimuntur: & omnia alia bona que feceris: & mala que pro Christo sustinueris accepta loco penitentie: & q̄ prosint tibi in remissionem peccatoꝝ tuoꝝ. Et si interī moriaris auctoritate dei & beatoꝝ apostoloꝝ Petri & Pauli & sancte ec/clesie & nostra te absoluimus ab omnibus his que confessus es & ab aliis de quibus nō recordaris ī quātū possumus & debemus. Et si q̄d purgandum remanserit ī purgatorio purgetur iuxta misericordē domini uoluntatem. Caueant autē sacerdotes q̄ sic arbitrentur ne uilis fiat auctoritas ecclesie & potestas clauium contēnatur. Vnde di. l. c. Absit. dicit. Absit a romana ecclesia rigorem suum tam pro/phana facilitate dimittere & neruos seueritatis fidei auersa maie/state dissoluere ut cū adhuc nō tantū iaceāt in peccatis sed etiam cadant euersoꝝ fratrū ruine ꝓperata nimis remedia cōicationū utiq̄ nō pro futura prestent. Quō. n. poterit penitentie medicina ꝓdesse si etiam ipe medicus intemptata penitentia indulget periculis hoc non est curare sed si uerū dicere uolumus occidere. Et extra de ui. & ho. clericoꝝ dicit. Facilitas uenie tribuit īcentiuū delin/quēdi. Et ad facit. c. Cū iusta. xxiii. q. iiii. & c. Loci. xxxv. q. viii. & c. Peruenit. lxxxx. di. & c. Si quis ꝓpostera. l. di. Studeat etiā sacerdos ut peccatori penitenti semper in contrariū penitētiā imponat ut supbo iniungat humilē orationē. auaro elemosinarum largitionem. accidioso peregrinationē. guloso ieiuniū. luxurioso carnis macerationē. maledico bn̄dictionē & huiusmō i. hec hostien. Addit Ric. ubi supra. Quod si penitēs sentiat penitentiā sibi nimis grauē & obseruandū piculosā sua infirmitate pēsata debet ad illū cōfes. cui cōfessus est uel ad aliū si illum habere nō pōt recurrere & aleuiationē uel cōmutationē petere. Et confessor debet conce/dere etiā si uideat q̄ p̄nia alleuiata nō sufficiat plenarie ad emēdā peccati sed post eam īpletā adhuc remanet aliq̄d ī purgatorio

purgādū. Tutius enī ē reseruare purgatorio penitentē puniēdū q̄m ipm exponere periculo cadēdi in mortale peccatum propter penitentie transgressionem iniuncte. hec Ricardus.

Qualiter confessio debet esse secreta respectu circūstantiū respectu confessoris & respectu pctōris. Ca. ii.

Secundū mysterium declarandū de confes. dicitur ocultatio. Debet confessio eē occultata atq; secreta triplici oculcatione Prima est quantū ad circumstantes. Secūda quantū ad cōfessores. Tertia quantū ad cōfitentes. Prima oculcatio est quantū ad circumstantes ut confessio fiat in secreto nō in publico nec corā aliis Ratio aūt est scd'm Boñ. di. xvii. q̄rti. Prima quia in confessione manifestant' peccata sacerdoti non ut manifestent' sed ut deleant' & ocultent' qa caritatis confessio opit multitudinē pctōꝝ. Scd'a ratio qa māifestant' sacerdoti ut deo ad testimoniū cōscie interne Et ideo ut homo totam consciam reuelet hōi tanq̄ deo non debet alius admitti sed sacerdos qui teneat locum xp̄i. Tertia ratio quia publicare peccatum coram aliis esset onerosū & ignominiosū Vñ si oporteret publice confiteri nemo auderet confiteri peccata sua. Quarta ratio quia si cōfessio fieret coram aliis infinita mala orirentur & rixe & discordie ac infamie. hec Boñ. Sed ista oculcatio intelligenda est respectu psone non respectu loci. Nā ego nescio laudare illos qui audiunt confessiones mulierū in locis secretis in cellulis in cameris in angulis latebrosis in qbus etiā q̄nq; & sepe qui boni & iusti creduntur ad enormissima sacrilegia & uituperabiles dissolutiōes labunt'. Scd'o debet cōfessio esse oculta q̄ntū ad confessores. Quia ut ait Gregor. & habet' in q̄rto Sen. di. xxi. Pro nullo scādalo ē confessio reuelāda. Et Magister ibi dicit. Caueat sacerdos ne peccata penitentiū aliis prodat alioqn deponat'. Et de pe. di. vi. c. Sacerdos. dicit' de cōfessiore reuelāte peccata. Quod deponat' & oīnibus diebus uite sue ignominiosus peregrināndo pgat. In. c. uero Oīnis. de. pe. & re. scribit'. Qui peccatum in penitētiali iuditio sibi detectū presumpserit reuelare non solum a sacerdotali officio deponēdū decernimus ueꝝ etiam ad agendā pniam in artū monasteriū detrudēdū. Ideo oīnes theologi in q̄rto di. xxi. conueniunt. d. Quod nullo casu licet sacerdoti reuelare confessionem siue cōfitens peniteat siue nō siue cōfiteat' peccatū i ope pperratū siue pperrandū siue sit peccatū in fide siue in moribus. Hec ratio ē, qa si licitū esset reuelare cōfessionē. Primo cōfessio uilis redderet'

in populo. Secundo populus a re sibi necessaria retraheretur.
Tertio uia fraudibus aperiretur quia cum multum credatur ho/
mini in sua cõfessione multi mali se in confes. iustos ostenderent
ut a sacerdote postea laudarẽtur ut sic possent promoueri & ho/
norari. Quarto reuelans mẽtiretur quia eadem persona secũdum
naturam uere affirmare potest aliquid in persona alterius loquẽs
quod uere negat loquens in persona propria. Vnde Angelus
loquens Moysi in persona dei uere dixit. Ego sum dominus deus
tuus qui eduxi te de terra Egypti. Exodi. xx. Quod uere ne/
gasset in persona propria loquens. Ergo a simili homo repñtans
dei personam in foro confessionis uere aliquid potest affirmare
qđ extra forum confessionis quando loquitur ut personam ppriã
gerens uere negat. Verum ergo dicit negando se audisse uel scire
que ad notitiã eius non deuenerunt nisi in quantum repñsentabat
personam dei. Ergo extra forum confes. dicendo se illa audiuisse
uel scire mentitur. Sed contra hoc instanter multipliciter & ar/
guitur primo quia Bernardus in lib. de precepto & dispensatione.
c. iiii. ait. Iniquum procul dubio foret si statuta pro sola caritate
contra caritatem tenerentur. Cum ergo celatio confessionis insti/
tuta sit pro sola caritate si aliquando esset utile anime cõfitentis
ut eius cõfessio reuelaretur ergo iniquum esset si celaretur. Rñdet
ad hoc Ric. ꝙ si aliquando esset utile confitenti ut sua confessio
reuelare tamen nunq̃m potest esse utile communi utilitate cuius
bonum principalius respicit caritas q̃ persone singularis bonum
iuxta dictum. vii. q. i. c. Scias. Plurimoꝝ utilitas unius utilicati
prefereuda est. Secundo arguitur quia unusquisq̧ tenetur obe/
dire Pape. Ergo si Papa preciperet alicui ꝙ reuelaret cõfe. ille
deberet ei obedire. Respondet Ric. Quod sacerdos non tm̃ tenetĩ
celare confes. p̃cepto ecclesie sed iure nature & diuino. Papa aũt
& si sit supra omne ius positiuũ non tamen est supra ius nature uel
diuinũ. Ideo in tali casu pape nõ est obediendũ. Tertio arguit̃ ꝙ
esset possibile ut sacerdos hẽret aliquod peccatũ mortale de quo nõ
posset cõfiteri qn reuelaret illi cui cõfiteret̃ cõfes. sibi factã. ergo
in tali casu licet reuelare cõfessionẽ Respõdet Ric. ꝙ nõ & ꝙ tali
casu durante sacerdos nõ debet illud peccatũ confiteri sed sufficit
sibi de illo cõteri cũ uolũtate & ꝓposito cõfitẽdi quãdo hoc facere
poterit sine reuelatiõe illius ꝑsone que sibi cõfessa est sine quocũq̧

preiudicio sigilli confessionis fortiori enim uinculo obligatur con/
fessor ad celandum q̄m penitens ad confitendum. Quarto arguit
ponendo casū ꝙ aliquis in cōfessione audiat hereticum nolentem
desistere ab heresi & uolentē corrūpe alios tūc uidet ꝙ magis sa/
cerdos tenet seruare fidē Christo q̄m ipsi heretico. Ergo magis
debeat cōfes. illius detegere q̄ pmittat eum gregem dn̄i corrumpe.
Respondet Bon̄. & Scotus. Quod propterea sacerdos nullo mō
debet confes. illius reuelare. potest tamen sine reuelatione confes.
supiori dicere. Vigila super gregem quia lupus querit inuadere
& tunc competenti & deo seruatur fides. Ex hoc Scotus iprobat
uersiculū illum. Est heresis crimen qđ nec confessio celat. Quinto
arguitur ponēdo casum uidelicet. Si duo euntes cū suo sacerdote
ordinassent ipsum occidere in nemore per quod essent transsitum
facturi & parum ante nemoris introitum unus penitentia ductus
sacerdoti hoc in confes. reuelaret tunc licitum uideret tali se sub/
trahere ab igressu nemoris qa aliter corporali morti se exponeret
& daret alii oportunitatem crimen cōmittendi. Sed subtrahendo
se crimen sibi confessum suo socio reuelaret. ergo in tali casu licet
reuelare confes. Respōdet Ric. Quod in tali casu sacerdos posset
renuere intrare nemus cum illis s. pretēdendo aliquam causam ne/
cessariam. Si tamen poneretur casus ꝙ oporteret sacerdotem aut
mortē subire aut reuelare confes. tenetur mortē subire ne cōfes.
reuelet. Sexto arguitur ponendo alium casum scilicet ꝙ aliquis
ꝓor de ordine monachorū confitetur abbati & q̄diu est in ꝓoratu
habet occasionem trahentem ad peccatum a quo nō uult desistere
Si prelatus ergo habet curam anime sue debet illū inde amouere
sed amouēdo innotescit ipsum peccasse. ergo uidetur ꝙ confessio
possit aliquo modo reuelari. Respondet Bon̄. Quod abbas debet
persuadere tunc priori uoluntariam cessionem & ꝙ ipse petat ab/
solui ab onere officii. Quod si nō uult facere debet eum sustinere
nisi sit talis religio in qua subditi transmutari & transferri possunt
sine nota infamie. Septimo arguitur ꝙ multotiens posset esse ꝙ
penitens licenciaret ꝓ sua utilitatate confessorem ut confessionem
reuelet ergo in tali casu non esset peccatum. Respondet Ric. &
Bon̄. Quod sacerdos de licētia confitentis potest licite peccatum sibi
confessum alii reuelare qui sibi necessarius est uel utilis ad perfici/
endum que requirūtur ad illud foꝝ quia q̄diu hoc pendet adhuc

gerit personam uicarii dei. Sed de licentia cõfitentis hoc reuelare alii psone nõ licet nisi ille qui cõfessus est hoc iterum diceret cõfessori extra confessionem. Sed quantumcunq penitens hanc licentiam det confessori confessor tamen ualde debet uitare scandalum. scilicet ne fractio sigilli reputetur & quia si dicat se licenciatũ a penitẽte q de peccatis eius possit loqui & penitens negat confessori incũbit probare q predictam licenciam a penitẽte habuerit qđ si ꝓbare non posset tanquam reuelator confessionis puniretur. Quando uero confessor aliquit nouit extra cõfessionem & postea illud audiuit in cõfessione potest illud reuelare alteri ita tamẽ qđ modus sciendi per confessionem semper maneat in oculto. Quia tamen posset ex hoc scãdalum generari maxime apud penitentẽ & apud alios de bono & equo magis debet celare cõfessor quam unus alius Et ideo propter uitandum scandalum penitentis debet ei ꝓtestari in confessione quomodo non debet illud celare non quia per illã protestationem acquiratur ius reuelandi sed quia proximo auferẽ nota scandali. Debet etiam confessor peccata illa reuelare ꝓpter necessitatem non propter suam uoluntatem. Et sic patet quanta est uis sigilli confessionis Addit etiam Ric. q sub sigillo confessionis cadit etiam persona cum qua penitens confitetẽ se peccasse. Ratio est quia cũ penitentia sit sacramentũ sacerdos tenetur celare omne illud quod necessarium est ad integritatem sacramenti. Sed penitens non posset sufficienter exprimere aliquando peccatum suum nisi notificando personam cum qua peccauit scilicet cum cognouit filiam suam & nũquã habuit nisi unam & similia. Insuper tenetur sacerdos celare omne illud sibi dictum in confessione quo cõfitens posset prodi uel mala suspitio de illo generari in cordibus aliorum. Sed quandoq detegendo personam cum qua penitens peccauit proderetur confitens quia si detegeretur filiam concubuisse cum patre suo proderetur pater qui confessus est concubuisse cum ea. Adhuc licitum non est facere aliquid quod sit occasio retrahendi homines a re sibi ad salutem necessaria. Sed reuelatio persone cũ qua penitens confitetur se peccasse esset occasio retrahendi hoĩs a re necessaria scilicet a confessione quia non tantũ quis retrahitũ a re aliqua propter timorem lesionis proprie fame sed etiã psone sibi coniuncte uinculo amicitie. Quarta ratio subsequitur qa dicens

extra forum confessionis se audisse crimen de persona sibi in con/fessione accusata : quod nullo modo audiuit extra confessionem mentiretur ut patet ex dictis. peccata ergo ipsius penitentis in relatione ad ipsum cadunt sub sigillo confessionis de necessitate & absolute & primo & directe & explicite & ex omnibus causis. persona aũt cum qua confitens confitetur se peccasse cadit sub si/gillo confessionis de necessitate & absolute non primo sed ex con/sequenti & indirecte & implicite : nec ex omnibus causis sed ex aliquibus. Peccata enim ipsius penitentis : non referendo ea ad personam determinatam. Sicut cum aliquis dicit. Ego audiui tale quid quod tamen non audiuit nisi in confessione cadunt sub sigillo confessionis de necessitate : non tamen absolute : sed sub conditione. scilicet si ex prolatione talium uerborum per se uel per accidens : directe uel indirecte aliqua uerecundia uel con/fusio uel suspicio mala uel aliquod aliud nocumentum illi qui confessus est posset prouenire. Ea uero que penitens interserit non confessione : que non sunt peccata : nec circumstantie pec/cati : nec que deducant in manifestationem confitentis : utpote si interserat in confessione. In tali terra sunt blada & huiusmodi non cadunt sub sigillo confessionis : nisi de congruitate. Si in dicendo illa non dant intelligere confessori ꝙ talia uidit celare. Vnde confessor dicens se talia audiuisse mendax non est quia per comparationem ad ea nõ representauit personam dei sed hominis. Similiter & si aliquis alius a confessore audiret aliquid ab aliquo dum confitetur debet illud tenere secretum ex lege nature que dicit. Quod tibi non uis fieri non facias alijs. Tertio confessio debet esse oculta quantum ad confitentem ut non reuelet ea que sibi pro sua salute in confessione uel dicta uel imposita sunt ex quorum reuelatione scandalum orietur. De penitentia autem imposita dicit. Ricardus Quod aut penitens manifestando peni/tentiam sibi iniunctam a confessore faceret preiudicium absq; utilitate aut proprie fame aut confessori qui forte talem iniunxit penitentiam pro qua si sciretur incurreret alicuius uel aliquorũ maliuolentiam : utpote quia iniunxit mulieri ut abstineret a fa/miliaritate alicuius uiri periculosa. Aut penitens manifestando suam penitentiam : nec fame proprie : nec confessori : nec alicui

preiudicium generaret. In primo casu penitens tenetur penitētiā suam celare & in secundo similiter. Si enim illud quod confessor sibi iniungit seu consulit bona fide pro salute anime sue & secreto alii reuelaret in confessoris preiudicium crimen proditionis incurreret & sigilli secreti fractionem. In tertio casu non tenetur tacere nec dicere sed de hoc irreprehēsibiliter potest facere quod illorum duorum sibi melius placuerit.

Quod confessio est reiteranda quando quis male confessus fuisset propter suam negligētiam aut quādo fraudulenter diuisit confe. uel quando confessus est cum delibratione peccandi. Cap. Tertium.

Ertium mysterium contemplandum de confessione dicitur iteratio. Est enim quandoq; necessarium reiterare confessionem peccatorum alias factam & dicere illa eadem peccata in numero que quis fuisset cōfessus maxime propter tria. Primo ꝑpter neglientem electionem. Secundo propter confessionis diuisionē. Tertio propter malicie continuationem. Primo est necessarium reiterare confessionem propter negligentem electionem. Quando quis est negligēs querere sacerdotem peritum & absoluēdi auctoritatem habentem & confessus fuisset alicui qui eum aut nesciuit aut non potest absoluere. Talis profecto q̄m primum sibi constat de imperitia & facultate sacerdotis cui confessus est & de negligentia propria qua magis sufficientē querere noluit tenetur eadem peccata in numero confiteri sacerdoti discreto & eum absoluere ualēti. Propterea dicitur de pe.di.vi.c. Qui uult cōfiteri. Qui uult confiteri peccata ut inueniat gratiam querat sacerdotē scientem ligare & soluere ne cum negligēs circa se extiterit negligatur ab illo qui eum misericorditer monet & petit ne ambo in foueam cadant. Secundo iteranda est confessio ratione diuisionis. Quando enī quis fuisset confessus aut per maliciā aut per uerecūdiam partem peccatorum uni sacerdoti & partē alteri cum a nullo sit absolutus nec talis confessio fuerit fructuosa debet si uere uult confiteri eadem peccata in numero uni tantum sacerdoti se accusando narrare. Nam ut scribitur de pe. di. quinta. ca. Consideret. Cautus sit peccator ne uerecundia ductus diuidat apud se confessionē ut diuersa diuersis uelit sacerdotibus manifestare. Quidam

ens um celant que alii manifestāda cōseruāt quod est se laudare
& ad hypocrisim tēdere & semper uenia carere ad quam frustra
putant peruenire. hec ibi. Sed dubitatur utrum confitens alicui
sacerdoti omnia peccata sua de quibus ē memor si diu post accep/
tam remissionem recordetur alicuius peccati mortalis de quo non
fuerit confessus quod ante suam confessionem commiserat teneat
tentione necessitatis illud peccatum confiteri illi eidem sacerdoti.
Respondet Ricardus di. xvii. quarti. d. Mihi distinguendum
uidetur ꝙ aut tempore confessionis penitens adhibuit debitam
diligētiam pro ut de lege cōmuni humana permittit fragilitas ut
memoriam haberet omnium suorum peccatorum mortaliū. Aut
fuit negligēs & ignorans ignorantia affectata uel crassa. Si scđo
modo credo ꝙ recta ratio exigit ut illud idem peccatum cōfitea/
tur eidem sacerdoti si illum commode potest fuenire & non sit illi
sacerdoti postea interdicta absoluendi potestas. aut predictum
peccatum & omnia alia peccata mortalia priori sacerdoti cōfessa
pro ut potest recolere confiteatur alii sacerdoti. Si primo modo
non credo ꝙ priori sacerdoti teneatur tentione necessitatis illud
peccatum confiteri. Tenetur tamen illud peccatum cōfiteri absq;
aliorum confessione alii sacerdoti. Quamuis enī de isto fuerit ab/
solutus quantum ad iudicium ecclesie triumphantis & militantis qa
sacerdos absoluere potest de confessis & de predicto modo oblitis
tamen quia absolutio de oblitis debet intelligi sub hac conditione
ut scilicet quando reducta fuerint ad memoriam dicantur illi sa/
cerdōti in confessione qui ab illis potest absoluere tenetur illud
confiteri post eius remotam obliuionem. Tertio necessarium est
iterare confessionem propter malicie continuationem quando
scilicet confessus est peccata sua semel aut pluries tantum ut face/
ret quod ecclesia mandat. Continuando tamen propositum male
uoluntatis quoniam non erat dispositus ab aliquo peccato se cor/
rigere & emendare. Talis etenim ad ueram penitentiam reuersus
si debite uult confiteri omnia eadem peccata que prius fuerat cō/
fessus debet reiterare. Sunt tamē aliqui scrupulose dicentes Quod
si quis in peccato mortali existens confiteatur sacerdoti accusans
malam uoluntatem suam & confitens omnia alia peccata quorum
recordatur ex quo paratus est & promptus adhuc peccare sic

confitendo peccat mortaliter quia q̃ntũ in se est facit irreuerẽtiã sacramento & sine sacramenti contemptu esse non uidetur. Sed contra istos est. c. Quod quidam. de pe. & re. ubi dicitur. Quod quidam ad confessionem de criminibus ueniunt & quamuis profiteri uelint se tamen asserunt abstinere non posse consultatiõi tue taliter respondemus, ꝙ eorum confessionem recipere debes & eis de criminibus cõsilium exhibere qꝛ licet nõ sit uera illa penitẽtia admittenda est tamen eoꝝ confessio & crebris & salubribus monitis est penitentia indicenda. hec ibi. Dicit tamen Ricardus ꝙ tales absoluendi non sunt. Vnde si absolutionem non recipiãt nõ contempnitur sacramẽtum nec a confessore nec a confesso. Si aũt cõfitens in peccato mortali attritus est de peccato suo ita ut probabiliter possit presumere se esse dispositũ non peccat absolutionẽ recipiendo imo frequenter uirtute clauium per susceptionem absolutionis formatur sua attritio. hec Ricardus. Dent igitur operam omnes peccatores ut bene cõfiteãtur quoniam confitentibus largitur deus in hoc seculo gratiam & ĩ futuro gloriã. In qua ipse uiuit & regnat per eterna secula. Amen.

Dominica secunda in quadragesima in mane. De fetidissimo ac perniciosissimo uitio luxurie quo quasi maxima pars uiroꝝ ac mulieꝝ demergitur in infernum. Ser. xxx.

Ec est uoluntas dei sanctificatio uestra ut abstineatis uos a fornicatione. Doctoris gentiũ uerba sũt ista. i. Thes. iiii. c. & in epistola presentis dominice. Cogitanti mihi q̃m multa milia milium hominum precipitantur in infernum obfetidissimũ luxurie uitium statim uenit in mentem aureum illud dictum & notabile. Augus. doctoris magni ĩ libro de agone xp̃iano. Inter oĩa xp̃ianoꝝ certamina duriora sũt prelia castitatis ubi quotidiana pugna & rara uictoria. hec ille. Maximum autem in eo peccato periculum est quoniam cum grauissime ledat animam non sentiũ quinimo usq; adeo q̃m plures facti sunt ceci ut ipsi turpissimi & abbominabiles dicere non erubescant aut nullum aut satis leue peccatũ esse illudq; deo aut nihil aut satis modicum displicere sicq; cum tali falsissima damnataq; opinione corrupti sunt & abbominabiles facti in studiis suis. Quapropter aduersus eos quantum poterimus modeste & sine auditorum offensione de ipsa luxuria in generali uerba faciemus de qua loquitur. Apostolus in themate

pallegato monens om̃es ut illam euitent. De ipsa ergo tria myste/
ria erunt contemplanda. Primum dicitur offensio. Secundum
conditio. Tertium punitio.

Confutatio errorum illorum qui dicunt luxuriam non esse
peccatum quibus contrarium per auctores rationes & ex/
empla tam sanctorum q̃ philosophorum ostendetur.

Capitulum. Primum.

Rimū mysteriū declarandū de luxuria dicit̄ offensio. in quo
declarandum est q̃m graue peccatum q̃ue pernitiosū sit ipsa
luxuria qua deus offenditur & anima maculatur. Ostendemus
autem hoc tripliciter uidelicet. Primo uctoritate Secūdo ratione
Tertio exemplis. Primo ostendimus luxuriam esse peccatū graue
aut mortale auctoritate Inquit enim Seneca in prohemio decla/
mationum. Nihil tam mortiferum ingeniis q̃ luxuria. Et idem
in tragediis. Luxuria est pestis blanda. Et idem ad Lucillum.
Varias fuge uoluptates breues & penitendas. Et idem libro. ii.
declamationū. Adolescēs luxuriosus peccat. senex luxuriosus isanit
Et tulius. i. de officiis. Luxuria cum omni etati turpis sit senibus
tamē feitdissima est. Et idem. i. de officiis. Si cōsiderare uolumus
que sit in natura excellentia & dignitas intelligemus q̃m sit turpe
defluere luxuria & delicate atq̧ molliter uiuere q̃q̧ honestū pce
continenter seuere & sobrie. Et Valerius maximus libro. viii.
Blandum malum luxuria. Et Thobie. iiii. ca. Attende fili mi ab
omni fornicatione. Et ut dicitur. xxxii. q. vii. c. Non solum.
Omnis immunda polutio fornicatio dicitur q̃muis quisq̧ diuersa
turpitudinis uoluptate prostituatur. Et ad Hebr. xiii. c. Froni/
catores & adulteros iudicabit deus. Et. i. Cor. vi. c. Nescitis quia
iniqui regnum dei non possidebunt. Nolite errare. Neq̧ forni/
carii neq̧ idolis seruientes neq̧ adulteri neq̧ molles neq̧ masculo/
rum concubitores regnum dei possidebunt Et in eodem. c. Fugite
fornicationem. Omne enim peccatum quodcūq̧ fecerit homo
extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat.
An nescitis q̃m mēbra uestra tēplū sūt spūs sancti. Et. Eph. v.
Oīs fornicator aut imundus aut auarus etc. n̄ habet ptē i regno
xpi & dei. Et Gall. v. Maifesta aut sūt opa carnis. que sūt for/
nicatio imūdicia luxuria ipudicitia etc. que pdico uobis sicut pdixi
q̃m q talia agūt regnū dei n̄ cōsequētur. Et Petrus. i. epistola. c. i.

Obsecro uos tanq̃ aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam. Et Apoca. xxi. Timidis & incredulis & excecatis & homicidis & fornicatoribus etc. Erit pars illorum in stangno ardenti igne & sulfure. Et Augustinus in li. de conflictu uitiorum. O quam parua concubitus hora q̃ pro perditur eterna uita. Et Isodorus in preallegato. c. Non solum xxxii. q. vii. Inter cetera septẽ uitia Vitiũ fornicationis maxi sceleris ẽ quia per carnis imunditiã dei templũ uiolatur. Ex cuius uerbis colligitur ꝙ Luxuria unum est de septem uitiis capitalibus Quod etiam patet xxii. q. i. c. Predicãdum. Et. xxv. di. c. Vnũ orarium. ℣. Alias. Vnde Claudianus ait. Luxuries predula malũ que dedita sp̃. Corporis arbitriis ebetat caligĩe sensus. Et Hyero. ad Susannam. O quã acerbus est luxurie fructus amarior felle & crudelior gladio. Et Greg. xxxii. li. mora. Diaboli proprie corpus sunt qui sugestionum turpium blandimentis decepti ei per luxurie fluxum succumbunt. Et Hyro. ad Damasum papam de filio prodigo. Luxuria inimica deo inimica uirtutibus perdit oẽm substantiam patris & a patris uoluptate delirans futuram pauptatẽ cogitare nõ sinit. Et idem ad matrẽ & filiam in Galliis cõmorãtes Qui luxuriatᷣ uiuẽs etiam mortuus est. Ferreas mentes libido dõat Quid ad tot dicta & moralium philosophorum & sanctorum dei carnales poterũt respondere. Quomodo amplius suam luxuriam poterunt excusare. Sed ut fortius cõuincantur rationes supaddãtᷣ Secundo ostendimus luxuriam esse peccatum mortale ratõe. Nã multi quandoq̃ dicere solent luxuriã non esse peccatum qa actus eius est naturalis & ad illum natura inclinat. Pro quibus triplicem rationem assignabimus quare luxuria peccatum est. Prima dicitᷣ cõtemptus. Secunda excessus. Tertia damni. Prima ratio dicitur cõtemptus. Vbi enim est contemptus & transgressio mandatorum dei ibi est peccatum ut dicemus die sequenti. Sed in luxuria est cõ temptus dei & transgressio mandatorum eius ergo ibi ẽ peccatum Mandauit namq̃ deus homini dicẽs. Exodi. xx. Non mechaberis Et ut dicitur ab Aug. xxxii. q. iiii. c. Meretrices. Profecto noĩe mechie omnis illicitus concubitus atq̃ illorum membrorum nõ le-gittimus usus prohibitus debet intelligi. Secũda ratio dicitᷣ excessus Nam secũdum Tho. ii. ii. q. c. liiii. Ideo luxuria peccatum est qa modum rationis excedit circa uenerea in quibus ordo rationis est ut

causa procreande prolis & fornicatóis euitande uir habeat uxoré suam ut dicitur .i. Corinth. vii. Et mulier habeat urum suu. Qui ergo actus qui non est secundum legem matrimonii circa uenerea deficit a ratione ideo est peccatum. Tertia ratio é quare luxuria est peccatum damni. Vt enim inquit Richardus. xxxiii. di. iiii. Concubitus cócubinarius seu fornicarius est contra legem natu/ralem non a natura generis sed speciei. Naturalis enim ratio dictat carnalem concubitum non debere fieri in preiuditium & damnum boni prolis. Sed concubitus concubinarius seu fornicarius est in notabile preiuditium & damnu boni prolis. Sicut enim dicit Aug. ix. super gene. Bonum prolis est ut amanter suscipiatur benigne nutriatur religiose educetur quo bono ut in pluribus caret proles genita per concubitum concubinarium. Nam primo bono caret sepissime eo q non suscipitur. Quisnam explicet que fornicatores & adulterantes sacrilegi & incestuosi ne detegatur eorum malitia proli genite aut generande inferant mala. Audiamus Hyero. ad Eustochium sic dicentem. Pudet dicere quot quottidie uirgines ruant quantas de suo gremio perdat mater ecclesia super quot si/dera superbus inimicus ponat thronum suum quot petras excauet ut habitet coluber in foraminibus earum. Videas plerasq uiduas antequam nuptas & infelicem conscientiam mentita tantum ueste protegere quas nisi timor uteri & infantum proditerit uagitus erecta ceruice & ludentibus pedibus incedunt. Alie uero sterilitaté prebent & non dum nati hominis homicidium faciunt. Nonnulle cum senserint concepisse de scellere abortiuo uenena meditantur & frequenter etiam ipse cum mortue fuerint trium criminum ree ad inferos perducuntur. Christi adultere sui homicide & nondum nati filii parricide. Iste sunt que solent dicere oia munda mundis. Sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum desiderat deus. Cur me abstineam a cibis quos creauit ad utendum. Et si quando limpide & festiue uideri uolunt & si ingurgitauerint ebrietati sacrilegium copulantes aiunt. Absit ut me a Christi sanguine abstineam. Et si quam uiderint tristem atq palentem miseram & manicheam uo/cant consequenter. Tali enim proposito ieiunium heresis est. He sunt que per publicum nuptialiter incedunt. Et furtiuis oculo/rum nutibus adolescentium gregem post se trahunt. Que semper au/diunt per prophetam faciens meretricis facta est tibi. Hec ille.

Si honestas pateret ut omnia possent dici multa que diebus meis euenerunt scandala aperirē sed melius est silētio preterire. Quid referam quidue dicam de monasteriis? Quid de puellis in domo parentum? Quid de uiduis uanis atq; lasciuis? Quid de aliis que sanctum nomen profitent & quotidie cū patribus spiritualibus colloquūtur? Taceo que scio. Certe si ponerentur aures in latrinis in fluminibus in ortis in foueis & cauernis terre audirentur uoces ibi clamātium paruulorū interēptorū & occisorum a crudelissimis matribus. O libidinose mulieres. O lasciue & incōtinētes belue. O impie matres domite carnē refrenate libidinem si non uultis ut uterus intumescat. De sodomitis autem quo sermōe ipsietatem loquemur? O inimici humani generis. O abbhominabiles peccatores. O pessimi homines ubi sunt filii uestri? Perierūt certe perierunt. Et cur perierunt? Vhe ac iterum uhe uobis quia perierunt propter iniquitatem uestram. Similiter proles si nascat alunde q̃ de legitimo thoro ut in pluribus neglienter nutritur & ad uirtutes raro disciplinatur. Et si quando contrariū apparet illud est satis rarum. Et ut scribitur. ff. de leg. l. Nam ad eam. Non solum ius scriptum sed etiam naturale adaptatur potius ad ea que ut in pluribus q̃ ad ea qne perraro eueniuut. Sunt & alia mala que incurrit proles genita ex adulterio que causa breuitatis omitto Nam ut scribitur. lvi. di. c. Vnūquodq; dicitur. Vndecūq; homines nascantur si parentum uicia non sectantur honesti & salui erunt. Et ea. di. c. Nūq̃ ait Chrisos. Nunq̃ de uitiis erubescamus parentum. Ad idem est. c. Nasci. eadem di. Tertio ostendimus luxuriam esse peccatum exemplo. Ob nullam namq; causam sancti corpora sua duris flagellationibus castigarunt nisi ut luxuriam superarent. Elegit siquidem Susanna falso crimīari & accusari potius q̃ in peccato consentire. Danielis. xiii. c. Et Ioseph passus est criminari ab uxore. Phutifar principis eunuchorum Pharaonis q̃ peccare cum illa. Gen. xxix. Et Benedictus ut carnis temptationē superaret inter pūgentes spinas piecit se nudū ut refert Gregorius. ii. dial. li. Et Hiero. in uita Pauli primi heremite recitat qualiter feruente persequtione Decii & Valeriani. quidam iuuenis etate florens in amenissimos ortos est adductus ibiq; in lectulo inter candentia lilia & rubentes rosas ligatis manibus est collocatus. quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa uenisset cepit delicatis stringere colla āplexibus

& quod dictu quoq; scelus est manibus contrectare uirilia ut corpore in libidinē excitato secum meretrix impudica superiaceret. Incipiebat uoluptas iuuenē molestare. Tadem celitus inspiratus precisam mordens linguam insolcantis se faciem expuit ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

Qualiter luxuria infatuat hominem & obdurat cor eius & inducit scandula ac mala plurima. Capi. II.

Ecundum mysterium contemplandum de luxuria dicitur conditio. Est enim illius peccati pessimi triplex conditio mala per quam eius grauitas declaratur. Prima dicitur īfatuatio Secunda obduratio. Tertia scandalizatio. Prima mala cōditio detestabilis luxurie dicitur infatuatio. Ex ipsa etenim infatuatur anima ut nec deum timeat nec homines uereatur. Vnde. Hiero. contra Iouinianū inqt. Amor forme rationis obliuio est & insanie proximus. Et. Ouidius in epistolis. Quid deceat non uidet ullus amans. Propterea apud antiquos impudicus amor cecus depingebatur. Et a Gre. xxxi. moal. prima luxurie filia ponit cecitas mentis Et de hoc exemplum habemus Salomonis de quo ait Gre. xxxii. q. iii. c. Sal. Salmon quippe īmoderato usu atq; assiduitate mulierum & ad hoc usq; perductus est ut templum idolis fabricaret & qui prius deo templū construxerat idolis construere templū non timuit. Et de eo Hiero. ad Eustochiū inqt. Rex enim erat Salomon alium non timebat qui disputauit a cedris libani usq; ad hisopū que exit per pariete a domino tamē recessit quia amator mulierū fuit. Nam ut habetur. iii. Reg. xi. auerterunt mulieres cor eius. Cūq; iam esset senex deprauatū est per mulieres cor eius ut sequeret deos alieńs nec erat cor eius pfectū cum domino deo suo sicut Dauid patris eius. Sed colebat Salomō Astarthen deam Sidoniorum & Chamos deum Moabitarum & Moloch idolū Amonitarū. Edificauitq; Salomō phanū Chamos deo & idolo Moab in monte qui est contra ierusalē & Moloch idolo seruorū Amon etc. ibi. Sed hic occurrit dubium quomodo Salmon dicat senex quando depratiatus fuerat per mulieres qa dicit rabbi Salomon. q; erat tantū. xii. annorū quādo regnare cepit. Et in textu biblie in fine. c. prealegati dicitur q; regnauit. xlii. annis. Ipse autē depratiatus fuit per mulieres ante mortem suā per sex annos uel circiter quia edificauit post depratiationē templa idolorum in quorū edificatione fluxerūt plures anni. Et

sic quando fuit deprauatũ cor eius non uidetur habuisse ultra. xlvi. annos uel circiter. Ex tali uero etate nullus dicitur ꝑprie senex. Ad hoc respondet magister in historiis.d. ꝙ Salmon regnauit. lxxx. annis & allegat Iosephũ hoc dicentem. Scriptura tamen regni sui tacet annos .xl. sicut dicitur de Saule.i. Reg. xiii. ꝙ duobus annis regnauit super israhel. s. bene & innocẽter & tacentur .xviii. anni in quibus male se habuit. Sed de dicto magistro historiarum parum est curandum qui contradicit sibi ipsi & etiam scripture. Dicit.n. ꝙ Salmon.xi. annorum genuit Roboan & ꝙ Roboã mortuo patre fuit.xli.anni Et.iii.Reg. &.xiiii.c.dicitur ꝙ.xli.anni erat Roboam cum regnare cepisset Et sic reuertitur primum dictum. s. ꝙ salmon uixit tantum.lii. annis . si autem diceretur Roboam regnauit uiuente patre.xl. annis ita ꝙ principium regni sui computatur ab illo tempore quo pater suus incepit deprauari sequitẽ ꝙ mortuo patre fuit: lxxxi. anni ꝙ est contra dictum magistri & etiam scripturam que.xii. c.iii.Reg.dicit.ꝙ.Hieroboam audita morte salomonis reuersus est de egypto & uenit cum aliis in sichem ubi congregatus fuit populus ad constituendum Roboam regem ex quo uidetur ꝙ nõ regnauit uiuente patre.Insuper dicitur de Roboam ꝙ derelicto consilio seuum adhesit consilio iuuenum qui nutriti erant cum eo Ex quo pater ꝙ tunc Roboam erat adhuc iuuenis ꝙ non põt dici de homine habente. lxxxi.annos .Ideo dicit Nico.de.lira. ꝙ Salomon postq̃.xl. annis regnauerat mortuus est & successit ei in regnum filius eius Roboam habens . xli, annos sicut dicit scriptura. Sed quando Salomon incepit regnare scriptura non exprimit sed tantum exprimit annos regni sui.Habuit ergo.xx uel plures annos in principio regni sui. Et sic quando mortuus fuit.lx.annos habuit ad minus . Et sic conuenienter potest dici ꝙ post.l.annos etatis sue deprauatus fuit per mulieres . Et iam tunc poterat dici senex quia & leuite completo anno.l.etatis sue seruire cessabant in tabernaculo tanq̃ senes. ut habetur Leuiti. ix.c. Sed rabbi Salmon arguit contra quia.iii.c.iii. Reg.Sal. dixit in principio regni sui.Ego sum puer paruulus ignorans exitum & introitum meum . Ergo tunc erat.xii.annorum. Respõdet.Nico. ꝙ uerbum illud salomonis intelligendum est respectu tanti regiminis sibi impositi. Vnde.Exodi.xxxiii.c.dicit. Iosue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo & tamen tunc

erat. xlii. annorũ. Preterea. ii. c. iii. Reg. dixit Dauid salomõi Vir sapiens es. Vir autem nõ dicitur proprie nisi habens annos. xxx. uel circiter. Et si adhuc dicatur. ꝙ Hiero. in epistola ad. Vitalem presbiterꝝ uideatur dīc ꝙ salomon. xi. annorum genuit Roboam & ꝙ. xii. anno etatis sue accepit regnum. Dicendum ē ꝙ Hiero. non loquitur ibi assertiue ut patet ex fine eiusdem epistole. Hec de salomone sufficiãt. Quid dicemus de aliis luxuriosis & carnalibus? Nonne ipsi insaniũt nunc corizando nunc cantãdo nunc componendo uestes nunc caput eleuando ad fenestras muliercularũ nunc uana et ociosa loquendo & huiusmodi? Que omnia quod aliud dixerim q̃ fatuitates & insanias falsas. Inuētus siquidem est aliquis nocturno tempore per longum spatium sub quadam fenestra stetisse ibiq; conspexisse cattã lquandam quã suam credebat amasiam loquebatur illi & illa non respondebat. suspirabat languebat gemebat & anxiabatur. Tãdē petrullam quandam proiecit superius qua perterritum animal mie mie clamans aufugit. O pditio temporis O deprauatio sensus O cecitas fatue mentis. Quid dicam de illis mulieribus stultis quas poete siue gentiles extollunt eo ꝙ amore uicte se ipsas interfecerunt? O fatua & libidinosa Medea cur tibi ipsi mortem intulisti. Clamãt poete tui propter amorem Iasonis qui te rapuit qui te eduxit a patria qui te decepit & dereliqt. O damnabilis amor qui ad tãtã dementiam te perduxit ut uno momento corpus simul & animam interimeres. Et tu o Cleopatra egypti regina quanta scelera perpetrasti pro amore Marci antonii tui? Scribit nãq; Plutarchus in uita eiusdem Marci antonii ꝙ sepius in alexandria Marcus antonius noctu famulorum uestibus indutus per urbem ibat domos popularium obsidebat illudebatq; homines & reportabat quandoq; uerbera Sed & Cleopatra sequebatur deferens ancille uestimenta. Et dum bellum nauale cõmitteretur inter Marcum, antonium & Octauianum Cleopatra affuit ibi in aurea puppi & purpureo uelo. Et post multas fatuitates deuicto Antonio &. a se ipso perempto gladio ex merore Cleopatra prolapsa est in febrim & tandem depulsis omnibus preter duas sibi amicissimas mulieres ianuas claudi fecit acceptoq; aspide nudum sibi brachiũ dedit cuius morsu atq; uenēo mortua est. O q̃ libēter hec fatua exempla a fatuis amatoribus audiuntur. Sed uere si cogitarent q̃ uana & trãsitoria imo & periculosa atq; nocua sint anime ista

deum diligerẽt super omnia sicut sapiẽter sanctissima illa Agnes dicebat quando a filio prefecti qui eam diligebat tẽporalia pollicebantur. Discede a me pabulũ mortis fomes peccati nutrimẽtũ facinoris quia iam ab alio amatore preuenta sum qui longe te nobilior est genere & dignitate. Cuius mater uirgo ẽ cuius pater feia nescit cui angeli seruiũt cuius pulcritudinẽ sol & luna mirãt cuius opes nũq̃ deficiũt. O si cõsiderarẽt ista muliercule leues nõ ita defacili crederent ruffianis nec ita cito tangerentur in corde ad aspectum cuiuscũq; speciosissimi aut formosissimi iuuenis. Secunda conditio immunde luxurie dicitur obduratio. Ex nullo siquidem peccato ita obdurantur corda multorum sicut ex maledicta luxuria. Propter illam fiunt incantationes ueneficia & diabolice artes. Vide. xxxii. q. iii. c. In eo dicitur. Per uitia fornicationis maxime demones incoluntur. propter illã legũtur libri in quibus blasphematur & in uanum assumitur sanctissimũ dei nomen. hoc autem tempore in domibus nobilium & dominoꝝ magnorum ad instructionem ribaldã ut sic dicam & meretricalẽ nobilium filiarum habentur senetti petrarche. Propter luxuriã multi non confitentur. Alii uero ficte confitentur & celebrant aut communicant cum peccato mortali. Et ut omittam reliqua propter luxuriam multi heretici fiunt non credentes infernum negantes paradisum & huiusmodi. Quĩimo pro maiori parte oẽs hereses aut ortum habent ab ipsa luxuria aut terminantur ad illam sicut factum est diebus nostris in illis qui dicebantur Del bardecto. Et in illis de anima simplici & in fraticellis. de opinione quorum pessimos mores & nefanda opera honestius tacentur q̃ referantur. In clemẽtiã etiã Ad nostrã. de hereticis dicitur de begardis & beginis mulieribus que fuerunt in Almania & post multas hereses de quibus ibidem fit mentio dicebant carnalem actum non esse peccatum. O uere deflendum malum quo uexatur humanum genus. Paucissimi etenĩ sunt qui animose uelint luxurie uitium expugnare. Tercia conditio execrande luxurie dicitur scandalizatio. Sequuntur quippe ex ipsa scandala plurima & periculosissima. Amon propter uiolentiam Thamar sororis sue ab Absalone fratre in conuiuio occisus est sicut patet. ii. Reg. xiii. c. Sichem & Emor cum omni populo suo propter uiolẽtiã Dine filie Iacob a filiis Iacob occisi sunt & in captiuitatẽ ducti. Gen. xxxiiii. c. Semiramis regina post mortem uiri in libidinem

ex ardescens a proprio filio cognita propter horrore facinoris ab ipso tandem occisa est prout recitat Paulus horosius. Troia magna ut scribit Phyrgius vates ppter raptu Helene post bellum decennale in quo ex utraq parte tam Troianoru q Grecorum multa milia hominu gladio corruerut incendio periit interfectis Priamo & Hecuba regia aliisq innumerabilibus mulieribus aeq uiris. Nos insupe uidemus quottidie odia rixas scandala dissensiones & homicidia que non nisi propter luxuriam eueniunt.

Qualiter deus punit acriter luxuriam per aquas diluuii & p incendium ignis & punit quottidie p temporalia flagella Capit. iii.

Ertium mysteriu contemplandu de luxuria dicitur punitio Punit namq deus omnipotens acerrime luxuriam in hoibus sicut patet in triplici punitione. Prima generalis. Secunda specialis. Tertia pestilentialis. Prima punitio generalis fuit tempore diluuii quado excepto Noe & uxore sua. Sem Cham & Iaphet cum uxoribus suis qui saluati sunt in archa consumpta est omnis caro que mouebatur super terram non tantum hominu sed etia exceptis illis animalibus & uolucribus que introierunt in archam omnium uolucrum animantium bestiarum omniumq repulium que reptant super terram uniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum uite est in terra mortua sunt. ut dicitur. Gen. vii. c. O terribile iudicium. O aspera uindicta & crudelis que seuit in eam innumerabile multitudinem hominum & animaliu ac uolucru celi. Et dicit Nico. de lira q interfecta sunt animalia terre & aues celi non autem pisces ad detestandum peccata hominum que facta fuerunt in terra & in aere non autem in aquis. Que uero fuerint illa peccata facile ex scriptura colligi potest. Dicitur namq. Gen. vi. Videntes filii dei filias hominum q essent pulchre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant etc. que ponuntur ibi. Que exponendo. Nico. de lira dicit. q quorudā opinio fuit ut per filios dei intelligerentur demones incubi qui dicuntur filii dei propter naturam spiritualem & isti in specie humana comiscuerunt se cum mulieribus & inde nati sunt gigates Et propterea indignatus deus inundauit diluuium. Sed hec expositio non est rationabilis quia diluuiu non fuit i pena demonu sed hominum. Alii uero dixerunt sicut rabbi Salomon q filii dei

accipiuntur pro filiis iudicum aut potentum qui quando uidebãt filias subditorum pulchre ornari & quando dabãtur ad nuptias accedebant ad ipsas eas cognoscendo carnaliter anteq̃ mariti illas cognoscerent. Sed hic intellectus deficit quia ut dicitur in scrip/tura . omnis caro corrupat uiam suam super terram propterea dicit Nico. de lira. ꝙ filii dei intelliguntur illi qui fuerunt orti de Seth & ab eo descenderunt qui a patre suo fuerunt instructi in cultu diuino.per filias hominũ intelligunt mulieres descẽdẽtes de Chain que erant lubrice lasciue & dissolute. Et de illis ꝑcepat Seth de uoluntate dei filiis suis ut non contraherent cum eis.Et ipsi procedente tempore fecerunt contrarium. Et post usq; adeo homines facti sunt dissoluti quantum ad peccata fornicationis & adulterii ac contra naturam ut dicit Nico . de lira & sanctus . Methodius martyr . Aggrauabantur autem hec peccata quia non fiebant ex passione tantum sed ex certa malicia & cum con/tinuatione & perseuerantia sine hominum uerecundia & absq; dei timore . Propterea dicitur ꝙ multa malitia hominũ erat sup terram & ꝙ cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum omĩ tempore & ꝙ illi potentes erant a seculo uiri famosi .i. male fame qui gloriabantur in malitia sua.O inuincibilis manus omĩpotẽtis dei. O potentissimum brachium. O insuperabilis dextra. Post fabricatam archam & prenũciatum diluuium per centum annos cum illi perseuerarent in iniquitate sua submersi sunt in aquis . Vidisses tunc repẽte mutari celum obscurari aerem sonare uẽtos tonare fulgura & nubes celi & cataractas aperiri & aquas abũ/dãtissime fluere super terrã. Vidisses attonitos cunctos trementes atq; pallentes . Vidisses manducantes masticando ruminare & non posse cibum procere aut deglutire. Vidisses corizantes & luxuriantes omnes pauore perterritos. Audisses & post cõmunẽ eiulatum & clamores uirorum mulierum senum iuuenum & par/uulorum mortem expectantium clamantium & dicentium heu heu uhe nobis . ad quid deuenimus ut pereamus in aquis? O qd erat inspicere inde ad modicũ illos ab aquis sublatos & ibi exclu/sos in breui omẽs pariter deleri sunt & propter luxuriã grauiter sic puniti . Secunda punitio fuit specialis quando indignatus deus Sodomam incendio destruxit . Vt.in. dicitur. Gen. xix Pluit dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de celo & subuertit ciuitates & omnem circa regionem uniuersos

habitatores urbiũ & cũcta uerẽtia terre. Secũdũ uero magrm̃ historiaꝝ specialiter etiã puitũ fuit luxurie uitiũ i Sodomitis in nocte natiuitatis xp̄i i q̃ oẽs subita morte perierũt. Vnde Hiero. sup illd̄ Isaie. ix. Habitãtibus i regiõe ũbre mortis lux orta ẽ eis ait. Lux illa omnes isto uitio laborantes extinxit ne natura quã sumpserat tanta immundatia fedaretur. Tertia conditio dicitur pestilentialis. Vt enim colligitur ex glosa. i. c. Flagitia. xxxii. q. vii. Et in Aut. Vt non luxuriẽtur contra naturam. Peccatũ luxurie & precipue Sodomie tempestates & pestilentias inducit. Et reuera ob nullã aliam causam credo temporibus istis tam crebro. Italiam peste fore uexatam nisi propter luxuriã & maxĩe sodomiam. O horrendum facinus. O fetidissimum malum. O execrandum flagitium quo pueri facti sunt meretricule. Et ubi ratione etatis tenere inueniri deberet puritas & innocentia iam reprehendenda & obiurgãda se offert turpitudo ignominiosissĩe sodomie. Vt ergo deum habeamus beniuolum nobisq̃ semper ꝓpitium munditie & puritati uacemus abhorreamusq̃ & euitemus damnatissima peccata luxurie. Sicq̃ merito obtinebimus in hac uita dei gratiam & in futuro sempiternã gloriam. In qua regnat xp̄us dei filius cum patre & spiritu sancto per cuncta semper secula. Amen.

Dominica secunda in quadragesima post prandium. De execrando peccato adulterii quo maculata est magna ps & multitudo coniugatorum: Sermo. xxxi.

Ec est enĩ uoluntas dei sãctificatio uestra ut abstineatis uos a fornicatiõe. Iterum ubi. supra. Conquerebatur dolẽs Hieremias. c. xxiii. & dicebat. Contritum est cor meum in medio mei & cõtremuerũt omnia ossa mea. factus sum quasi uir ebrius & quasi homo madidus a uino a facie domini & a facie uerborum sanctorum eius quia adulteriis repleta est terra. Quod profecto uerificari potest tempore isto quo matrimonia quasi pro maiori parte ab adulteriis siue uiris siue mulieribus polluta sunt & fedata. Quapꝑter in hoc sermone cõtra adulteros aliqua declarabimus ut intelligant ipsi miserabilem statum & damnabilem cõditionem in quibus sese reperiunt. De adulterio igitur tractaturi tria prĩcipalia mysteria per ordinẽ proponimus declaranda & ãnotanda uidelicet. Primum dicitur diffinitio. Secundum abhominatio. Tertium punitio.

Quid sit adulteriũ & quomodo sumitur multipliciter & q̃liter multi credunt se in statu esse matrimonii qui sunt potius adulterii q̃ coniugati. Capit. i.

Rimum mysteriũ de adulterio notandũ dicitur diffinitio. In quo quid est adulterium declaremus. Et dominus hosti. in summa sua libro. v. ti. de adulteriis. ait. Adulterium est alieni thori uiolatio uel proprii deturpatio. Que uerba sumi possũt ex his que dicũt. v. q. xxxii. c. Adulteriũ &. c. Nõ mechaberis. Pro quorum uerborum pleniore intelligẽtia notãdũ q̧ adulteriũ sumi põt tripliciter. Et hoc triplici ratione. Primo improprie. Secundo proprie. Tertio proprijssime. Primo sumitur adulterium ĩpprie inter uirum & uxorem. Primo ratione cõtrariationis. Secundo ratione inordinationis. Tertio ratione modificationis. Primo dicitur adulteriũ inter uirum & uxorem ratione contrariatiõis quando sunt inter eos impedimẽta contraria propter que matrimonium stare non potest. Et primum impedimentum est uotum solemne post quod si quis contraheret esset excommunicatus qñ faceret illud scienter & matrimoniũ nullum essẽ. Et in Cle. Eos de consanguinitate & affinitate. Secus autem de matrimonio cõtracto post uotum continentie simplex. Nam ut dic Ric. i. iiii. di. xxxviii. Qui contrahit post uotum simplex continẽtie peccat mortaliter contrahendo & etiam consumando. Tamen mrĩoniũ tenet. Quomodo autẽ solemnizetur uotum & q̧ sit uotum sĩplex aut solemne specialius dicam in sermone de uotis. Secundum impedimentum est ordo sacer de quo nota secundum Ric. ubi supra q̧ ordines minores non impediunt matrimonium contrahendum nec dirimunt contractum nec impediunt usum ipsius matrimonii nisi contrahentes essent religiosi professi tacite uel expresse. Et licet contrahens cum unica & uirgine clericus in minoribus retineat priuilegium clericale si uestes & tõsuram deferat clericales extra de clerico coniugato li. vi. ca. Non tamẽ retinet beneficiũ ecclesiasticum nec potest recipere. Ordines autem maiores. s. subdiaconatus diaconatus & p̃sbiteratus siue sacerdotium impediũt matrimonium contrahendum & dirimunt contractum quia matrimonium nullum est sicut patet. xxxii. d. c. Si quis eorum & c. Erubescant. R õ est quia sic ordĩatus in insacris tenetur seruare continentiam eo q̧ ordo sacer loquendo de ordine maiori habet implicitum uotum solemne ex cõstitutiõe ecclesie. Vnde Petrus

de palude in. iiii. di. xxxvii. dicit. q etiam si quis ante annos dis/cretionis ordinaretur in sacris q talis obligatur ad continentiam ex statuto ecclesie licet non uoto suo. Ioh. uero. Andree in no/uella dicit. q greco cui licitum est uti contracto illicitum est in sacris constituto contrahere. Vnde ista est differentia inter có/stitutos in sacris ecclesie occidentalis & ecclesie orientalis. Nam primis non licet uti contracto ante susceptú ordiné. Secundis uero licet. Et qui contrahit in sacris est excommunicatus in. Cle. Eos extra de consan. & affi. Sciendum tamen q quis ordo sacri precedens contractum matrimonium dirimat illud. Si tamé ordo sequitur contractum matrimonium non dirimit. ut extra uagan. Ioh. xxii. Et si sciente uxore & assetiente ordiatus est in sacris tenetur ad continentiá uterq ita q etiam post mortem uiri non potest contrahere. Intelligitur enim tacite cum uiro professam continentiam. Si autem ordinatus est uxore inuita uel sciente factum sed ius ignorante ipso tamen sciéte ius debet cogi per iu/dicem ad ingressú religionis si nondú est consumatum mrimonium ut sic illa possit cum alio contrahere. Et si ad hoc cogi non potest uel consumatum est matrimoniú debet excusis beneficio clericali restitui uxori etiam si esset epus immo & papa. Et intelligitur si uxor eum petit. Ipse tamen exigere non potest debitú sed red/dere tenetur. Hec. Tho. & Pe. de palude in. iiii. ubi supra. Tertiú impedimentum est machinatio mortis quando aliquis machinatur in mortem uiri alicuius ut possit cum uxore eius contrahere aut aliqua machinaretur in mortem uxoris alicuius ut uirum eius ac/ciperet si mors fuerit subsecuta. Et si sic machinátes contraxerint matrimonium nullum est Et tales sunt separandi quia sunt in adulterio siue fornicatione. ut notatur. xxxi. q. i. c. Si qs uiuéte marito. Et licet Ric. teneat hoc esse uerum tamen inter eos pre/cessit adulterium dum primum stabat coniugium. Tamen Iuno. & hosti. tenent q sola machiatio eum effectú dirimit tá cótrac/tum q contrahendú. Ró autem est ne adulteri pter adulteriu amorem essent proni ad interficiédos maritos earú ut eas haberét uxores & econuerso. Tamen si adulter interficit uirum adultere non hac intentione ut habeat ipsam uxoré sed ex alia causa uel occasione & postea cótrahit cum ea matrimoniú tenet. ut extra de conuersione ifideliú. c. laudabile. Et extra de eo qui duxit in matrimoniú quam polluit per adulterium. c. Super eo. in glo.

Vxor etiam procuransſ maritum interfici per infidelem cũ quo adulterata eſt qui poſt hoc per eiuſ ſtudium ad fidem conuertitᷣ non poteſt cum illo contrahere. Et ſi poſtea contrahat dirimẽdũ eſt matrimonium quia ut dicit Ric. xxxv. di. iiii. Tale damnum tali lucro eccleſie recompenſare non uult. extra de conuer. in fie c. Laudabile. Sed quomodo dicemuſ de Dauid qui commiſit adulterium cum Bethſabee & poſtea machinatuſ eſt mortem uiro eiuſ & duxit eam in uxorem ut habetur. ii. Reg. xi. c. Ad quod reſpondeo ſecundum illud quod ſcribitur . xxxi. q. i. c. Si qua uidua. ſ. Sed obicitur. ꝙ in ueteri teſtamẽto multa permittebãt propter infirmitatem que in euãgelii perfectione eliminata ſunt Quartum impedimentum eſt adulterium . Vt. n. dicit. Ric. Si adulter dat fidem adultere uiuente marito de contrahendo cum ipſa ſcienſ ipſam habere maritum tempore quo contrahit cum ea uel dat ſibi fidem de contrahendo poſt eiuſ mortem non poterit eam ducere in uxorem . Et ſi poſt mortem mariti eam de facto duxerit ſeparandi ſunt ſicut notatur. xxxi. q. i. c. Relatum. Et extra de eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulteriũ c. Si quiſ uxore. Huiuſ ratio eſt ne adulter uel adultera proni eſſent ad interficiendum maritum adultere ut poſtea poſſent matrimonialiter copulari . Si autem adulter ignorat illam habere uirum poteſt cum ipſa contrahere poſt mortem mariti . Sic eſt de muliere contrahẽte cum uiro quẽ ignorabat uxorem habere extra de eo qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulteriũ. c. Veniens. Tamen ſi uir dat mulieri fidem de contrahendo uiuẽte illiuſ marito quam nec ante nec poſt cognouit uiuẽte ſuo marito ſi poſt illiuſ mortem duxerit illam in uxorem non ſunt ſeperandi. extra de eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit per adulteriũ. c. Si quiſ. Quintum impedimẽtum eſt aliud mrĩoniũ quando. ſ. qſ haberet uxorem & ſumeret aliam Et nota diligẽter ꝙ illa aut ſit iſtum habere uxorem aut non ſi bene contrahit cũ ipſo & ſcit illum habere uxorem non poteſt ſtare matrimoniũ etiam ſi mortua prima uxore de nouo contrahat. Et idem iudiciũ eſt ſi neſciuit quãdo contraxit ſi poſtea ipſa prima uxore illiuſ adhuc uiuente ſciuit & ꝑmiſit ſe cognoſci ab eo cũ quo de facto contraxerat . Si uero ab initio quando contraxit neſciuit illum habere uxorem & ſemꝑ ſtetit in iſta neſcia uſqꝫ ad mortem uxoris illiuſ ſed poſt mortem eiuſ ſcit eſt in poteſtate illiuſ ignorãtiſ

matrimoniú ratificare uel diuortiú petere. Ita tamen ꝙ si postq̃ sciuit se permisit cognosci non poterit diuortium petere. extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. c. i. & c. Veniens. & de cóiugio seruoꝝ. c. Proposuisti & xxxiiii. q. ii. c. Si uirgo. Alias poterit petere si uult. Et ꝙ dictum est de uiro ducente secundam uxorem idem intelligitur de muliere ducente secundum maritum. si autem inde mortua prima uxore uir non cognoscat illam adulteram secúdam carnaliter que secú ignoranter contraxerat sed ipse ducat tertiam secundum. hosti. debet remanere cum tertia. q̃uis etiam postea cognoscat scd̃am quia prima uiuente consensus habitus cum secunda nullus fuit et sic non impediuit consensum tertie. Quin etiam si post mortem prime cognouit carnaliter secúdam que fuit ignorans istum hr̃e uxorem & nunc etiam ignorans est & ipse uir contrahat cum tertia adhuc remanebit tertia. dicitur autem secundum. hosti. mulier inscia quando habet iustam causam ignorandi ut quia uir de remotis ueniens asserebat se nó habere uxorem. extra de spó/salibus. c. Cum ad publicum. Ideo autem inscia non committit adulterium quia non comittitur sine dolo ut patet. xxxiii. q. ii. c. In lectum. Sextum impedimentum est affinitas que secundum Rai. est proximitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parétela. Contrahitur autem non solum per copulá cóiugalem sed etiam per copulam fornicariá ut notatur. xxxv. q. iiii. c. Nec eam. Et de eo qui cognouit consanguineam uxoris sue. c. Discretionem. Hec affinitas operatur ꝙ omnes consangui/nei uxoris Petri sunt sibi affines in eodem gradu in quo sunt có/sanguinei uxoris. Similiter omnes consanguinei Petri sunt affies uxoris sue in eodem gradu in quo sunt sibi consanguinei. Et ꝙ dicitur de uxore idem intelligas de quacumq; muliere carnaliter cognita Sed consanguinei Petri nó sunt affines consanguineis uxoris sue nec inter eos ꝓhiberetur mr̃ioniú extra de consan. & affi. c. Sup his. Vnde Germani possút cótrahere cum duabus mulieribus germanis. Et pater & filius possút contrahere cú mr̃e & filia. Et relicta uiri qui fuit germanus uxoris mee uxore mea mortua pót eẽ uxor mea. Qui ergo cótrahit scienter in aliquo gradu affinitatis usq; ad quartú gradú est excómunicatus ut hẽt extra de cósan. & affin in Cle. Eos. Septimum impedimentum ẽ cognatio siue naturalis que dicit' cóságuinitas siue spiritualis que

dicitur cópaternitas & legalis que dicitur adoptio uel erogatio. Quelibet horum impedit & dirimit matrimonium. Qualiter autem id fiat quia longũ esset hic ponere. Et que sint alia matrimonii impedimenta derelinquo particulariter explicáda audiẽtibus có/fessiones qui si periti sunt ut decet nó debent talia ignorare. Scdo sumitur adulteriũ improprie ratione inordinationis quãdo.s. inter uirum & uxorem inordinatus est amor & adulterinus de quo sic loquitur Hiero.xxxii.q.iiii.c. Origo.d.Origo quidem amor erat honesta sed magnitudo deformis. Vnde & Sextus bytha/goricus in sententiis ait. Adulter est in sua uxore amator ardẽtior In aliena quippe uxore omnis amor turpis est in sua nimis sa/piens debet iudicio amare cõiugem non affectu.s.libidinis. Nó regnet in eo impetus uoluptatis nec preceps feratur ad coitum. Nihil est infelicius q̃ uxorem amare quasi adulterã.hec ille. Pót autem amor uiri ad uxorẽ & econtra turpis & adulterinus uocari Aut ratione intentionis. aut ratióe modi. Ratióe intẽtióis fit turpis cum quis cognoscendo suã uxorẽ mẽte & cogitatióe exit terminos matrimonii aliã cogitando & appetẽdo uel ita q̃ uellet facere etiã si non esset sua uxor. Vnde Bon.in.iiii.di.xxxi.d. q̃ si quis cognoscit uxorem propter delectationem finalem aut mouetur in delectationem tanto impetu ut cognoscat uxorẽ tã q̃ meretricem hoc est si ita cognoscit ac si non esset uxor quia tunc ponit delectationẽ finem ultimũ Secus autem si uult in ea delec/ quia uxor ita q̃ nullo modo eã cognosceret si uxor non esset qa tunc non est omnimoda inordinatio ẽ peccatũ ueniale quia ex/cusatur per bonum matrimonii ut non sit mortale. Concordat Ric. in iiii.di.xxxi. Rõne etiam modi amor dicitur turpis qñ coniugesmodum & regulam honestatis excedũt uel pretermittũt Quomodo possũt hec turpia absq̃ uerecũdia narrari? Quot ter/plerosq̃ fiũt illiciti tactus? Quot bestialia Quot solatia ĩhonesta Quot nephandissima scelera Bonum est certe edificare domũ ad habitandum sed inconueniens uidetur ut in fũdamento ponatur tectum & ecõuerso. O coniuges adulteri quot crimina quot sce/lera perpetratis? Non expedit illa clare loqui. Ideo Ambros. in li. de patriarchis & notatur.xxxii.q.iiii.c. Nulli.ubi ait. Gra/uius est crimen ubi celebrati coniugii iura temerantur & uxoris pudor soluitur. hec ibi. Talis autem adulterini amoris sũt signa cum uir plus q̃ debet ad uanitates aperit manũ cum eam uanis

oculis aspicit inhonestisq; uerbis alloquitur. cũ propter eã ꝑētes despicit & eam ociosã in domo ñ esse curat. Tertio sumitur adul/terium improprie inter uirũ & uxorem rõne modificatiõis. qñ coniuges & contrahendo & cõsumando matrimonium modũ & regulam honestatis excedũt aut pretermittũt. Pro quibus dixit angelus Thobie quando timebat Sarã accipere in uxorem eo ꝙ tradita fuarat successiue septẽ uiris & demoniũ occiderat illos ut dicitur Thobie. vi Audi me & ostendã tibi qui sunt qbusꝑ ualere pōt demonium. In eos q cõiugia ita suscipiũt ut deũ a se & a sua mente excludãt & sue libidini ita uacẽt sicut equus ẽ mulus qbus non ẽ intellectus habet potestatẽ demoniũ. Tu autẽ cũ accepis uxorẽ ingressus cubiculũ per tres dies cõtinẽs esto ab ea & nihil aliud nisi oratiõibus uacabis cũ ea. Hinc Petrus de palude in. iiii ait. ꝙ cõtrahẽtes in peccato mortali si contrahãt per uerba de presenti peccãt mortaliter nisi confiteãtur. Quia ut August. dicit Sacramenta talia fiũt unicuiq; cũ quali cõsciẽtia accedit ad ea. Et ut idem dicit. In omĩ susceptione sacramenti post baptismum necessaria est unicuiq; cõfessio si credit se peccasse. Ideo reprehẽ/sibiles sũt qui sine ullo timore dei sine ulla deuotione matrimonia cõtrahũt. Magis aũt rephẽsibiles qui post cõtractũ matrimoniũ ea exercẽt que exercere nõ licet. Nec expedit talia clare loqui. Qui habet aures audiendi audiat. Hinc Ambrosi. in li. de patri/archis ait. Grauius est crimen etc. ubi supra. Secũdo pōt sumi adulteriũ proprie cũ. s. aliquis uxoratus accedit ad aliquã ꝑsonã solutã uel aliqua cõiugata miscet se cũ aliquo libero & soluto. Sed ut in pluribus plus in hoc deficiũt uiri q̃ uxores. Et tamen qdã adeo fatui sũt ut existimẽt uiris ad peccatũ ñ imputari si sic adulterẽt. Contra quos est dictũ Inno. pape. xxxii. q. v. in. c. Xp̄iana religio adulteriũ in utroq; sexu pari rõne condemnat. Et de hoc Hiero. ad Oceanũ ait. ꝙ ñ licet feminis eque nõ licet uiris & eadem seruitus pari rõne censet. Et Ambrosius. xxxii. q. iiii. c. Nemo. Nec uiro licet qđ mulieri nõ licet. Et eadem a uiro que ab uxore debetur castimonia. Et Augusti. xxxii. q. v c. Si dicturi. Si dicturi estis uxoribus uestris seruate uos. quales uultis eas iuenire tales & ipi uos iueniãt. Quis iuuenis ẽ q nõ uelit castã ducere uxorem? Et si accepturus ẽ uirginẽ qs ñ intactã de/siderat? Intactam queris intactus esto purã queris purus esto. Nõ. n. illa pōt si tu nõ potes. Sed his rõ addi potest quia secundũ

apoſtolū.i.Cor.vii. Mulier nō habet poteſtatē ſui corporiſ ſed uir.& uir nō habet poteſtatē ſui corporiſ ſed mulier. Sed arguūt multi de pluribuſ ueter.teſta.qui habuerūt cōcubinaſ ut Abrahā & Iacob. Abrahā.n.habuit filiū de ancilla ut dicitur Gen.xvi. & Gall.iiii. Et Iacob habuit duaſ uxoreſ & duaſ cōcubinaſ & tñ non fuit illiſ imputatū ad peccatū. Reſpōdet Bona..di.xxxiii. quarti liberi. ꝙ iſtud factū ē ex diſpēſatiōe diuina que cōueniēſ fuit propter quatuor. Primo propter cōgruitatē. Secūdo ꝓpter neceſſitatē. Tertio propter utilitatē. Quarto propter honeſtatē Primo propter cōgruitatē. Congruū quidem fuit qm̄ tpuſ illud erat figure & quia xp̄uſ generare debebat liberoſ & filioſ per baptiſmum in eccleſia catholica & in hereticiſ diuerticuliſ. Ideo in figura debuit precedere generatio ex libera & ancilla. Et rurſuſ quoniā inter illoſ qui ab hereticiſ baptizant̄ quidā hereſī ſequūt̄ qdam ad eccleſiam reuertūtur. Iō utriuſq; figura preceſſit primi ī hiſmaele de quo dictū eſt. Eiice ancillā & filium eiuſ. Secundi in ancilliſ Iacob quaꝝ filii ſūt inter liberoſ cōputati ut habet̄ ab Auguſti.in li.de baptiſmo paruuloꝝ & ab eodē ſup.Ioh.& notat̄ xxxii. q.iiii.c.Recurrat. Secūdo fuit cōueniēſ diſpenſatio illa propter neceſſitatem. Pauci nāq; erant deum colenteſ & ne cultuſ diuinuſ periret neceſſe fuit ut filioſ multiplicarēt & cōtigit ꝙ uxoreſ ſterileſ habebant ideo neceſſe erat ipoſ pluireſ habere uel uxoreſ uel cōcubinaſ. Tertio fuit illa diſpēſatio cōueniēſ ꝓpter utilitatem quia filii erudiebāt̄ a parētibuſ & ut plurimū moreſ patrum ſeruābāt. Et ideo quāto pluireſ tāto dei cultuſ celebrior Quarto fuit cōueniēſ propter honeſtatē quia non affectu libidinoſo ſed caſto nō affectu adulteri ſed mariti cōcubinaſ cognoſcebant. Vnde Ambroſiuſ in li.de patriarchiſ de Abrahā ait. Nō ardore aliquo uage ſuccēſuſ libidiniſ nō petulantiſ forme captuſ decore ancille contuberniū poſt habuit thoꝝ ſed ſtudio querēde poſteritatiſ & propagāde ſoboliſ. Ad idē eſt.c. Obiciūt.xxxii. q.iiii. Non ſūt itaq; antiqui patreſ in hoc imitandi quoniam alia fuit illiuſ tēporiſ ꝙ̄ noſtri conditio. Reperiūt̄ tamē & nūc pleriq; adulteri peccatū excuſare uolēteſ propter uorū ſterilitatem & apetitum habendi filioſ. Contra quoſ Auguſ.xxxii.q.iiii.c. Sic ait. Sic nō ſunt facienda adulteria etiā uoluntate filioſ generādi quemadmodū nec furta uolūtate paſcendi pauupereſ ſanctoſ. Et idem.xxxii.q.v.c.Si quiſ. Si quiſ uxorem habeat ſterilē ſiue

..

corpore deformē siue menbris debilē uel cecā uel claudā uel surdā uel si quid aliud siue morbis siue laboribus doloribusq; confectā & quicquid excepta fornicationis cā cogitari pōt uehementer horribile pro fide societateq; sustineat. hec ille. Malum ergo est & reprehensibile si uxorem quis relinquat ob eius sterilitatē uel infirmitatē uel deformitatē & alteri adhereat. Sed pessimū est & iniquū si pulchram uxorē si fecūdam si bene natā si moribus decoram si uirum amantē ipse cōdēnat pro quacūq; alia persona Audi queso o uir infatuate quid ad te sapiens loquitur puer. v. Letare inqt cū muliere adolescentie tue.i.cum uxore. Et Eccle. vii. Noli discedere a muliere sensata & bona quā sortitus es in timore domini. Gratia .n. uerecūdie eius super aurum. Vidi ego plures uenerabiles hōestas pudicas formosas māsuetas benignasq; uxores ab ingratis maritis derelictas ipsosq; amatores factos turpissimaꝝ meretricū. O proditores uiri. O dementes & stulti nōne uxores uestre corona sūt capitis uestri? Nullū itaq; ornamentū tēporale potest esse in domo quod uxori bone cōparetᷣ. Nō uasa argētea non aurea ñ eburnei lecti nō late porticus nō regie aule non alia queq; decora. Nam omīa ista sūt quasi stelle & luna in domo sua. Sed uirtuosa cōiūx est quasi sol. Vnde Eccle. xxvii dicitur. Sicut sol oriēs mūdo sic mulieris bone species in ornamētū domus sue. Ipsa est que data est in adiutorium uiro ñ concubina. Considera namq; mulieris bone in cūctis diligentē solertiā. Hec enim blada & frumēta ordinat & gubernat tuetᷣ oleū salsas carnes in domo esse procurat pannos laneos ne a tineis corrodantur uentilat. Lineos quoq; pro necessitate procurat & lauat dissipata & quasi consūpta resartit per uigiles oculos mētēq; prudentem ad omnē substantiā domus habet Colūna uiri & filiorū est. Si maritus languet cum infirmo infirmatᷣ cibum pre dolore ñ sumit sōni oblita qescere nescit. Erudit filios & omnē familiā in timore dei & bonis moribus instruit. Sed quid cōcubina facit? Verba certe loquitur blanda sed uenenosa fingit se plus amare q̄ amet. Nūc mesta facie nunc leta. Aliquid semp querit Si in domo eius uxore absente ingreditᷣ quicqd pōt rapere rapit. Si sibi in amicicie & fidelitatis signum aliquid adulter seruandū tradiderit aut pdidisse se mentietᷣ aut procacissima importunitate uerboꝝ ad se arripiet. Euacuat bursā denigrat famā & ad peccatū ligat aīam amatoris. Hinc est ꝙ sapiens puer, v.c. ait Ne intenderis fallacie

mulieris. Fauus eni stillas labia meretricis & nitidius oleo guttur eius Nouissima autem eius amara quasi absinctum & liugua eius acuta quasi gladius pedes eius descendūt in mortē & ad inferos gressus illius penetrant per semitam uite nō ambulāt. Vagi sunt gressus eius inuestigabiles Nunc ergo fili audi me & ne recedas a uerbis oris mei Longe fac ab ea uiam tuam & ne appropinques foribus domus eius. hec ille. Docet itaq; sapiens qualiter unusq̄sq; cognoscere debet mulieris fornicarie fraudē & dolum. Sed ue mūdo a scādalis qa uiri pleriq; his scelestiora nefādioraq; cōmittunt hi sūt qui propter pueros & masculos abhorrēt uxores. O pessimū. O damnatissimū genus hominū. Quid turpius quid abhomiābilius quidue fedius dici pōt audiri uel cogitari Tales siqdē sūt propter quos uenit ira dei in filios diffidentie. Tertio potest sumi adulteriū ꝓprijssime cū. s. cōiugatus accedit ad cōiugatam qd̄ peccatum est grauissimum secūdū. Tho. ii. ii. q. c. liiii. eo quod fit iniuria tam proprie uxori q̄ etiā uiro adultere.

Quod abbominādū est adulteriū eo q contrariat̄ bono matrimonii & inducit scandala multa & implicat adulteros multis laqueis. Capit. ii.

Ecundū mysterium cōtemplandū de adulterio dicitur abbominatio. Abbominādū quidem fugiendūq; & detestandū est adulterii malum maxime propter tria. Primo propter cōtrariationē. Secundo propter scandalizationē. Tertio propter implicationē. Primo propter cōtrariationē quia cōtrariat̄ omni bono matrimonii. Secundū. n. August. in li. de bono cōiugali & notatur. xxvii. q. ii. c. Omne. Tria bona inueniūt̄ in matrimonio. s. fides. proles. sacramentum. Quorū sufficientia secūdū Astesanum in summa li. viii. ti. ix. sumi pōt a cā instituēte uel efficiente. Nam uno modo matrimoniū est a dictamīe nature ut. s. uir cohereat cum muliere ad nature cōseruationē & sic ē bonū prolis Alio modo a dictamīe rationis recte ut. s. uir cohereat cū uxore sua nō cum aliena. & sic est bonū fidei. Tertio a dictamīe gratie & signatur unio diuine nature & humane & sic est bonum sacramēti. Adulteriū ergo cōtrariatur bono fidei quia per illud frangitur fides que quidem in hoc attendit̄ q uir cū alia nec mulier cum alio cōmisceat̄ ad quam fidem se mutuo obligant corde ore & opere. Corde cū a uiro annulus imponitur digito uxoris Vnde Isodorus. xxx. q. v. c. Femine. ait. In primis annulus a

ſponſo ſponſe datur ꝑpter mutue dilectionis ſignū. Vel propter
id magis ut pignore eorū corda iungantur. Vnde & quarto di/
gito annulus infertur eo ꝙ in eo uena quedā ut fertur ſanguis
ad cor uſq; perueniat. hec ibi. Ore ſe obligāt quia ore uel ſigno
capitis ubi eſt os exprimitur cordis conſenſus. Opere ſe obligāt
cum ſibi mutuo cōſentiūt in copulā carnalem. Ex quo inter eos
cōſtans debet eſſe fides cordis oris & operis contra quod facit ad/
ulterium. Contrariatᷣ etiam adulteriū bono prolis. Nā ſollicitudo
naturalis eſt patris ut de prole ſua certitudinē habeat. Sed per
adulteriū talis certitudo haberi nō pōt. Et multa ex hoc mala
prolem ſubſequūtur ut dictū eſt in precedēti ſermōe. Cōtrariatᷣ
adhuc tertio adulteriū bono ſacramenti quia matrimoniū ſigni/
ficat deſpōſationem xp̄i cum eccleſia quā nunq̄ dimiſit. Sed per
adulteriū uxor dimittitur eo ꝙ apoſtulus Eph. v. ait. Viri di/
ligite uxores ueſtras ſicut & xp̄us eccleſiam. Secūdo abhoīandū
eſt adulteriū propter ſcandalizationē. Inducit ſiquidē ad multa
ꝑiculoſiſſima ſcandala adulterantes e quibus unū referā. Retulit
mihi quidā frater fide dignus ꝙ in ciuitate Aſiſii fuit quedā ad/
ultera que ut ſuū amatorē in uirū poſſet habere ordīauit cum eo
ut maritū īterficerēt. Et ſero quodā cum uir iſtius domū ingre/
deretur ab uxore ſua ſtatim capitur & ſtricte amplexās illū tam
diu tenuit donec adulter qui latebat ibi exiēs cū ſecuri percuſſit
caput eius & occidit. Quo facto clam ſepelierūt corpus in domo
quadam uetuſta. Mane autē ſurgens mulier uiſitauit eccleſias
aſſerens uirum ſuū nocte receſſiſſe a domo uerſus ſanctū Iacobū
de Galicia iter arripuiſſe mirabanᷣ ſui hoc audiētes tā mater q̄
reliqui quomodo nihil retuliſſet de peregrinatione ſua. Elapſis
autē qbuſdā diebus mulier hec uiricida ī ſua domo ꝓlorando eiu/
lare cepit. Heu uir mi dilecte Heu me infelicē & miſerā Ad quā
peruenientes uicini cauſam petierūt meroris ſui. Que reſpondit ꝙ
uir ſuus mortuus erat in uia quia ſic acceperat a quodā peregrīo
q̨ de ſancto Iacobo reuertebaᷣ ſibi tamē incognito. Quod cum
perueniſſet ad aures parētū uiri ſtatim ſuſpicari ceperūt de mali/
cia mulieris. Ad que etiā uehementius mouebanᷣ propter nimiam
adulteri ſui familiaritatē cum illa Recurrētes autē ad officiales
indicauerūt factum qui ordinauerūt ut mulier illa maligna po/
neretur in torturā. Quod cū factum fuiſſet ueritatē cōfeſſa eſt
Qua de re territus amicus eius fugā petiit extra ciuitatē. Et maᷣ

quodā data sīita mulier hec pessia igni adiudicata ē. Et dū cōbu/
reretur ille existēs extra ciuitatē super mōtē quēdā unde uidere
poterat spectaculū respiciebat & adeo in fatuitatē uersus est φ
spōte sua redijt ad locum in quo sua fuerat dilecta cōbusta. Vñ
cum nollet discedere etiam a multis monitus captus est & die sequēti
in eodem loco decapitatus. Tertio abbominandū est adulterium
propter implicationē. Implicat enim in multos errores in quibus
difficile est immo impossibile cōsulere & prouidere. Quot nā filii
illegittimi matre sciēte succedūt in hereditatē? Quot uxores ad/
ulteras cū quibus adulterabant alij mariti uiuētibus post illorū
mortē retinent cum peccato licet sub colore & nomine matrimonii
Rep. ego suna Italie ciuitate hoīnē q ex alterius uxore tres hē
bat filios que tñ adultera duos alios hēbat de uiro pprio q crede/
bat oēs sibi eē filios suos. Adulteri autē cū diu simul familiaritatē
habuissent licet secrete decreuerūt uirum interficere. Quod cum
fecissēt accepit eam in uxorem & bona omīa uiri pro quoq filiis
quorum tñ duo legittimi erāt dispēsabat O quot uinculis erat
iste ligatus peccauerat adulterando peccauerat in cōtrahēdo ma/
trimoniū peccauerat in cōtracto psistendo peccabat etiam bona
cōmunicando duorum filioꝝ uiri interfecti aliis tribus qui erant
ex adulterio.

Quod oēs leges tā diuia q̄ ecclesiastica q̄ etiā ciuilis puniūt
grauiter adulterium Capit. iii.

Ertium mysterium notandū de adulterio dicitur punitio.
Punitur adulteriū grauiter secundū triplicē legē. Primo
secūdū legem diuinā. Secundo secundū legē ecclesiasticā. Ter/
secundum legē ciuilem. Primo scdm legē diuinā. Nam Leuit.
xx scribitur. Si quis mechatus fuerit cū uxore alterius & adulul/
teriū ppetrauerit cū cōiuge proximi sui morte moriat & mechus
& adultera. Sed quero an liceat uiro pter adulteriū interficere
uxorem. Ad qd̄ respōdet Ric. in. iiii. di. xxxvii. Quod occidere
pter adulteriū uxorē pōt intelligi dupliciter. Aut quia ipsam
cōuictam & condēnatā p iudiciū uir procurat occidi a iudice. Et
hoc uiro licitū est amore iustitie nō libidine uidicte. Hoc tamen
non licet fieri in iudicio ecclesiastico sed ciuili ubi lex talis posita
est per illum qui eam punire de iure potuit. Aut quia eā occidit
extra iudicium Et hoc nūq̄ facere licuit secūdum legē diuinam.
Licet in aliquo casu pmittatur scdm legē huānā. Ideo magister

sen. di. xxxvii. quarti li. ait Sancta ecclesia mundanis nunquã stringitur legibus gladiũ non habet nisi spiritualẽ. Quod etiam ponitur. xxxiii. q. ii. c. Res. Secundũ uero Ric. in. iiii. Si cõ/ traxissent nõ semper dirimẽdũ est matrimoniũ contractũ. Scdo ponitur adulteriũ secũdum legẽ ecclesiasticã que illud punit per separationẽ. Secũdũ autẽ Ric. in. iiii. di. xxxv. separatio potest dupliciter intelligi. Aut quãtũ ad uiculũ. aut quãtũ ad cohabi/ tationẽ & thorũ. Primo modo uir nõ potest separari ab uxore ꝓpter adulteriũ. Sed bene secundo modo in penam mulieris que fidem fregit & in fauorẽ uiri qui fidem seruauit. Excipiũtᷣ tamẽ casus septem in quibus non licet uiro propter adulteriũ uxorem dimittere. Primus est si ipse fuerit fornicarius. Et de hoc Augus. in li. de sermone domini in monte. & xxxii. q. vi. c. Nihil. ait Nihil iniquius q̃ causa fornicationis dimittere uxorẽ si & ipse cõ/ uincitur fornicarius. Occurrit. n. illud. In quo alterum iudicas teipsũ cõdemnas. Eadem. n. agis que iudicas. Quapropter qsquis causa fornicationis uult dimittere uxorẽ prius debet esse a forni/ catione purgatus. Secũdus casus si uxor ui oppssa fuit. Pro quo facit. c. Ita ne. xxxii. q. v. Cuius ratio est q aut scribitᷣ. xxxiiii. q. i. c. Cum per bellicam. Nullo modo ad opprobriũ male uolũ/ ratis trahitur ꝙ cõditio necessitatis extorsit. Tercius casus si ere/ debat maritum esse mortuum & contraxit cum alio quia talis per ignorantiam probabilẽ excusatur ut dicitur in pfato. c. Cũ per bellicã. Quartus casus si alter sub specie mariti cognouit eam. Et talis per ignorantiã excusatur. xxxiiii. q. ii. c. In lectum. Quĩ/ tus casus si maritus tradidit eã adulterãdã pserti inuitã. extra de eo qui cognouit cõsan. uxo. sue. c. Discretionẽ. quia in illo caũ adulteriũ magis reputatur uiro q̃ uxori. Sextus casus si maritus post adulteriũ cognouit eã & tolerauit quia crimẽ per recõsilia/ tionem dimissum amplius obici nõ debet nisi residuũ sequatur Septimus casus est si matrimonio utriusq; in infidelitate cõtracto uir dedit uxori libellũ repudii & uxor alteri nupsit. Tunc enim si uterq; reuertatᷣ ad fidẽ uir teuetur eã recipe. extra de diuor. c. Gaudemus. Cuius ratio est quia cũ dedit sibi libellũ repudii qđ facere illicitũ erat secũdũ iudiciũ dei interpretatiue tradidit eam adulterãdam. Aliqui addũt octauũ casũ. s. si uir contra uolũtatẽ uxoris abstinẽdo ei occasionẽ adulterãdi dederit. Aliqui tamen dicunt ꝙ propter hoc non excusaretᷣ mulier adulterãs. Notãdũ

tamen ſecúdú Ric. ꝙ dimittere uxorē propter adulteriú ordīatͤ
ad correctionem adultere. Aut ergo mulier que adultera eſt. eſt
correcta uel parata ſe corrigere aut probabiliter preſumitur in/
corrigibilis. Si correcta eſt nó tenetur ea dimittere quia non eſt
pena corrigens ubi correctio iam preceſſit. Similiter ſi parata eſt
ſe corrigere ut iuſtum eſt nó tenetur eā dimittere quia non eſt
neceſſarium apponere penā grauiorē ad corrigēdú delictum qn̄
mitiori modo poteſt expiari. Si autē probabiliter preſumitur in/
corrigibilis tunc credo ꝙ eam tenetur dimittere ne ſuo crimini
uideatur conſētire dú correptionē non apponit. Vnde Chryſoſ.
ſup Mathe. & .xxxii. q. i. c. Sicut crudelis. Sicut crudelis eſt &
iniquus qui detinet meretricem. Patronus enim turpitudīs eſt qui
celat crimen uxoris. Preſumitͬ autē tunc uxor incorrigibilis aut
quando pertinaci animo ſe corrigere renuit aut quando emēda/
tionē promittens ex conſuetudine labitur. Sciendum inſuper ꝙ
quantú ad ſepationē a thoro pōt uir dimittere uxorem proprio
arbitrio ſtatim cú ſcit ipſā adulteraſſe. Nec tenetͬ reddere debitú
exigēti niſi per eccleſiā cópulſus. Sed ſic reddēdo nó ꝑiudicaret
ſibi quin poſſet agere ad diuortiú maxīe ſi proteſtationē ꝑmiſit
ꝙ ad illam copulā accedet nó ut uelit cedere iuri ſuo ſed tantum
ne ſit eccleſie inobediēs. Tamē ſcd̄m aliquos eccleſia nó debet ip/
ſam compellere niſi cognouerit de cauſa & diffinierit. Si autem
loquimur quantú ad ſeperationē a cohabitatiōe. tunc diſtinguo
Quia aut matrimonium eſt clandeſtinú & abſq; teſtibus & tunc
licite poteſt uxorem dimittere. Aut cótractú in facie eccleſie uel
ſaltē corā teſtibus & túc non licet dimittere eā ſine iudicio eccle/
ſie. Et ſicut uir poteſt ab uxore adultera ſepari ita & uxor a
uiro adultero. Tamen in ſeparatiōe duo cóſiderantͬ ut dicit Ric.
ſ. ipſa dimiſſio cóiugis & accuſatio que eſt uia ad hāc dimiſſionē
Quantú ad primú uir & uxor iudicantur ad paria quia ſicut uir
poteſt uxorem dimittere propter adulteriú ita ecóuerſo ꝗuis ad
hoc iudicentur ex inequali cauſa. Nec eſt hoc cótra iuſtitiā quia
mīor de illis cauſis ſufficit quātú ad illum effectú: Sicut uidemus
quod duo latrones quorú unus plus furatus eſt ꝗ alius iudicātur
ad ſuſpēdiú & ita ad eandē penā ex inequali cauſa quia ille qui
minus fuit furatus meruit hanc penam. Quātú ad ſecúdú uir &
mulier non ſunt equalis códitionis. Fauorabilius enim recipitur
accuſatio uiri cótra uxorē ꝗ ecóuerſo. Tum quia uir eſt caput

uxoris. Tum quia mulier adultera magis cõfūdit uirū q̃ econ/uerso. Tum quia adulteriū mulieris magis ledit matrimonium quia causat icertitudinē plis. Et hac ratiõe grauius est adulteriū in muliere q̃ i uiro licet fornicatio simplex grauior sit in uiro eo q in ipso magis uiget usus rationis. Tertio punitur adulterium lege ciuili pena mortis. C de adulteris. l. Quāuis. Ex quibus oī/bus apparet tanti peccati grauitas qd̃ cõiugati euitare debēt ue habeant in hoc seculo dei gratiam & in futuro beatā gloriā In q̃ uiuit benedictus deus per infinita seculorum secula. Amen.

Feria secunda scd'e ebdomade in quadragesima. De fuga peccati qd̃ magis fugiendū est q̃ quelibet huius seculi mala Sermo. xxxii.

N peccato uestro moriemini. Verba sūt redēptoris nostri originaliter Iob. viii. c. & in euāgelio hodierno. Ad ostē/dendum q̃ graue malū sit esse in statu peccati replicauit saluator noster loquēs pharisçis peccatoribus per eadem uerba eandēq sē/tentiam. s. q in peccatis morerenē ut sic cognita infirmitate atq periculo solliciti essent querere salutē & medicinam qm̄ nihil est quod magis detineat in peccatis alligatas animas q̄m erronea co/gitatio eorū qui arbitrantur peccatū aut nihil aut parū obesse: Ideo Seneca ad Luciliū dicebat. Nō est extrīsecus malū nostrū intra nos est in uisceribus nostris sedet ideo difficulter ad sanitatē uenimus quia nos egrotare nescimus. Et Augus. super psal. l. neō est insanabilior eo qui sibi sanus uidet. Propterea in hoc sermõe de fuga peccati dicendū est de qua sapiens Eccle. xxi. dicebat. Quasi a facie colubri fuge peccata. Assignabimus autem triplicē principalem rationē quare peccatū est fugiendum. Prima ratio dicitur complacētie. Secūda nocētie. Tertia displicētie.

Quod peccatū est fugiendum eo q placet diabolo & qua/liter ipse indirecte causa est peccatoris & quomodo letitia uel delectatio potest esse in demonibus. Capita.

Rima ratio quare peccatū est fugiendū dicitur cõplatiētie. Placet. n. multū inimicissimo nostre salutis diabolo. De quo circa tria dubitare cõtingit. Primo circa casalitatē. Secūdo circa generalitatē. Tertio circa iocūditatē. Primo contingit dubitare circa causalitatē. Verū diabolus sit directe causa peccati. Et ui/detur q sic quia peccatū directe cõsistit in affectu. Sed Augus. dicit in. iiii. de trinitate. Diabolus sue societati malignos affectus

inspirat. Et Beda sup Actus apostolorũ. Diabolus animã in af/
fectum malicie trahit. Et Isidorus li. de sũmo bono. Diabolus
corda hominũ occultis cupiditatibus replet Ergo uidetur ꝙ ipse
sit causa peccati. Sed contra est qd' August. probat in. i. & iii. de
libero arbitrio. Quod nulla alia re mens fit serua libidinis nisi p/
pria uoluntate. Ergo causa peccati non est diabolus sed ppria
uolũtas. Respõdet Tho. i. ii. q. lxxx. Quod cũ om͂e peccatũ
uolũtariũ sit nihil põt directe ẽẽ cã peccati nisi qd' põt mouere
uoluntatẽ ad agendũ. Volũtas autẽ a duobus põt moueri. Vno
modo ab obiecto sicut dicitur ꝙ appetibile apprehensum mouet
appetitũ. Alio mõ ab eo qui interius inclinat uolũtatẽ ad uolẽdũ
Hoc autẽ non est nisi uel ipsa uoluntas uel deus. Deus autẽ nõ
põt esse causa peccati qa ut dicit August. li. lxxxiii. q. Deo auc/
tore non fit homo deterior. Relinquitur ergo ꝙ ex parte sola
uoluntas hominis sit directe causa peccati eius. Ex parte autem
obiecti potest intelligi ꝙ aliqd moueat uolũtatẽ tripliciter. Vno
mõ ipsũ obiectũ propositũ sicut dicimus. Quod cibus excitat de/
siderũ hominis ad cõedẽdũ. Alio modo ille qui ppone huiusmõi
obiectum. Tertio mõ qui persuadet obiectũ ppositum habere
rationẽ boni quia & hic aliqualiter proponit propriũ obiectum
uolũtati quod est rationis bonũ uerũ uel apparẽs. Primo modo
res sẽsibiles exterius apparẽtes mouẽt uolũtatẽ homĩs ad peccãdũ
Secũdo modo & tertio modo uel diabolus uel etiã homo potest
incitare ad peccãdum uel offerendo aliquod appetibile sensui uel
persuadendo ratione. Sed nullo istorũ triũ modoꝝ aliquid põt
esse causa peccati quia uoluntas non mouetur ex necessitate ab
aliquo obiecto nisi ab ultimo fine. Vnde non est sufficiens causa
peccati neqꝫ res exterius oblata neqꝫ ille qui eam ppone nisi qui
persuadet. Ideo cum diabolus suggerendo uel aliqua appetibilia
ppõẽdo idũcat i affectũ peccati nõ est directe cã pcti sed solũ
p modũ ppõẽtis uel psuadẽtis appetibile. Et sic patet ad obiec/
ta solutio. Ex quibus colligimus ꝙ nullus põt si peccat de diabolo
conqueri sed tm̃ seipsum debet inculpare uel accusare eo ꝙ omne
peccatũ ut probatũ est in primo sermõe huius operis ẽ uolũtariũ.
Secũdo cõtingit dubitare circa generalitatẽ. Verũ omnia pctã
hominũ proueniãt ex diabolica suggestiõe. Et ꝙ sic uidet' quia
dicit Dio. in li. de diuis' nomĩbus. Multitudo demonũ est causa
omniũ malorum sibi & aliis. Et Dama. dicit. Omnis malicia et

omnis immundicia a diabolo sūt excogitata. Sed cōtra est illud qđ dicit Augus. in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes cogitationes male a diabolo excitantur sed aliquociēs ex motu liberi arbitrii emergūt. Respondet Tho. i. parte. q. c xv. ar. ii. ubi supra. Quod aliquid dicitur causa alicuius dupliciter. Uno modo directe. Alio modo indirecte. Indirecte quidem sicut cū aliquod agens causat aliqua dispositionē ad aliquē effectū dicitur esse occasionaliter & indirecte causa illius effectus sicut si dicatur q ille qui siccat ligna ē occasio cōbustionis ipsorū. Et hoc modo dicēdū est q diabolus est causa omnium peccatorū nostrorum quia ipse instigauit primū hominē ad peccandū ex cuius peccato cōsecuta est in toto humano genere quedā pronitas ad omne peccatū. Et per hunc modū intelligenda sūt uerba Dio. & Dama. Directe autē dicitur esse aliqđ causa alicuius quod operat directe ad illud Et hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata cōmittūtur diabolo instigante sed quedā ex corruptiōe carnis & libertate arbitrii quia ut Origenes dicit. Si diabolus nō esset adhuc homies haberēt appetitū cibi & uenereorū Tertio cōtingit dubitare circa iocūditatē. Utrū demones possint in aliquo iocūdari. Et q sic uidet qa Augus. cōtra Manicheos dicit. Potestatē habet in eos qui dei pcepta cōtemnūt & de causa infelici letatur. Item prouer. xiii. dicitur. Desideriū si cōpleatur delectat animā. Sed ipi multa mala desiderāt que eueniūt. Ergo in illis delectantur. Preterea philos. x. ethi. c. viii. dicit. Quod philosophia habet mirabiles delectationes puritate & firmitate. Sed mali angeli multū sciūt de philosophia. ergo habēt magnas delectationes. Sed cōtra arguitur primo quia. d. idē Ar. i. ethi. c. xviii. Delectatio si sit fortis expellit omnē tristitiā & que sibi cōtraria est & que cōtingens. Ergo a simili. Tristicia si sit fortis expellit omēm delectationē & que sibi cōtraria ē & que cōtīgēs Sed tristitia malorū angelorū est ualde fortis. ergo nullā cōpatiē secū in eis delectationē. Item ī angelis bonis leticia nullā cōpatiē tristitiam ergo a simili nec tristicia in angelis malis cōpatitur leticiam. Item in nobis non potest simul esse leticia & tristicia quia leticia est cū dilatatiōe cordis & tristicia cū quadā cordis cōstrictiōe. Cōstrictio autē & dilatatio motus sūt cōtrarii. Ergo a simili in angelis nō pōt esse leticia simul & tristicia sed semper habent tristiciam. ergo nullā habēt leticiam. Respondet ad hāc. q. Ric.

in.ii.di.vi. Quod de pena malorū angelorū cōtingit loqui. Aut pro statu ante iudicium. aut pro statu post iudicium. Primo mō adhuc pena eorum non est completa q̄uis sit grauis & multa ideo capaces sunt alicuius uani gaudii prouenientis ex euentu malorū que desiderāt. Vnde Augus. de ciui. dei. li. iiii. Praua docēt turpibus gaudent. Loquēdo uero de pena eoꝝ ꝑ statu post iudiciū sic nō compatietur secum in eis aliquod gaudiū quia tunc pena eorū esset cōpleta. Et ideo natura eorum esset ita indisposita ad susceptionē gaudii ꝙ nullū creatū habebit proportionalē uirtutē ad causandū delectationē in subiecto indisposito. Agens autē increatum exigente sua iustitia nullū causabit in eis gaudiū. Preterea Augus. xiiii. de. ci. dei. c. xvii. ait. Elatiōis uiciū ĩ dei aduersario qui est diabolus maxime dominari sacris litteris edocet. Sed secundū philosophū. iii. ethicoꝝ. c. ix. Qualis est unusquisqꝫ talis & finis eius. Videtur ergo ꝙ diabolus finē suū constituit in excellētia. Cum ergo secundū philosophum. vi. ethicorū. c. vi. Fines sint principia operabilium quicquid malus āgelus appetit propter excellentiam appetit. Sed post iudicium nihil eueniet de quo consequatur excellentiam nec ueram nec estimatā. Cum ergo ex euentu rei desiderate nullum proueniat gaudiū si desiderans nō consequit finē propter quē illd desiderabat nihil eueniet post iudicium ex cuius euentu aliquod in eis gaudiū oriatur. Ad primū argumētū dicendū. ꝙ ante iudiciū nō est maloꝝ angelorū tristitia ita fortis ꝙ expellat omnem delectationē & magnam & paruā. Ad secūdum dicendū ꝙ angeli boni eo ꝙ ita sint coniūcti cum diuina uoluntate ut nihil eueniat contra eorum uoluntatem absolutam. Et quia habent substantialis glorie complemētū ideo in eis nulla pōt esse tristitia. Sed in angelis malis non est adhuc tota pena cōpleta quā perpetuo habituri sunt post iudiciū ideo interdum in eis ē aliquod gaudiū. Gaudēt enim de malis euētibus que euenire desiderāt. Ad tertiū dicendum. Quod cū in hoīe simul est tristitia & letitia tūc est cōstrictio cordis in una parte & dilatatio in alia Vel pōt dici ꝙ si leticia maior est q̄ tristicia cor dilatabit minus ꝑpter tristiciā. Si aūt tristicia est maior q̄ leticia esset econuerso. Si uero equarētur tunc cor nō constringeretur prohibente leticia nec dilateretur prohibēte tristicia. hec Ric. Notandū tamen secundū Tho. parte. i. q. lxiiii. Quod dolor & gaudium secūdum ꝙ sunt passiones in demonibus esse non possūt

Sic enim sunt proprie appetus sensitiui qui est uirtus in organo corporali. Sed secūdum ꝙ nomināt simplices actus sic pñt esse in demonibus. Et sic dolor nō est aliud q̄ recursus ad illud quod est uel nō est. Multa enim uellēt nō esse ut oēs homies fore dānatos que tamē non sūt quia multi saluantur ideo in eis est dolor & qa multos uellēt peccare & eorum desideriū impletur ideo in eis est gaudiū eo modo quo superius est dictū. Cum ergo peccatū diabolo sūme sit gratum que demētia est illi cōplacere peccādo? An nescitis o excecati peccatores ꝙ ipse uos querit ꝑdere cupitq; btā uita priuatos secū trahere in infernū? O infelices aīe peccatrices considerate quid facitis cum diabolo obtemparis. Profecto cōtētatis letumq; facitis hostē pestilentissimū qui nullo placatꝰ obsequio suimo seruiētes magis crudeliusq; torquebit.

Quod peccatū est fugiendum eo ꝙ priuat hominē diuina gratia & semper ei est ānexus cruciatus & pena ac īterficit ipsam animam. Capit. ii.

Ecunda ratio quare peccatū & delictū est fugiendū dicitē nocētie. Nocet siquidem homini plusq̄ cetera mala que dici aut cogitari possūt potissimū ꝓpterea tria. Primo propter priuatione. Secundo ꝓpter cruciatione. Tertio ꝓpter interfectione. Primo peccatū nocet homi propter priuationē eo ꝙ priuat illū bono nature ꝙ ꝑtinet cūctis bonis fortune. hoc dicit Augus. in iii. & vii. Cōfessionū & in li. de fide ad Petrum. Sed cōtra posset quis arguere quia dicit Dionisi. in li. de diuinis nomībus. Quod bona nature in demonibus manēt integra post peccatum. Sed peccatū homīs non est grauius peccato demonis. ergo ꝓpter illud non debet priuari bono nature. Respōdec Tho. i. ii. q. lxxxv. Quod bonū nature humane potest dici tripliciter. Prio ipsa principia nature ex quibus natura constituiē & ꝓprietates ex his causate sicut potētie anime & huiusmodi. Secundo dicitur bonū nature donū origenalis iustitie quod fuit in primo homine collatum toti humane nature. Tertio dicitur bonum nature naturalis homīs dignitas que ē ꝙ hō sit ratiōis pticipes Secūdū q̄m habet naturalem inclinationē ad uirtutes. Primū bonū nature neq; tollitur neq; diminuitur per peccatū. Secundū totaliter est ablatū per peccatū primi parētis. Tertium diminuitur & auferē per peccatū quia ut inquit spal. Homo cū in ho. e. ñ. i. cō ē iu. i. &. si. fa. ē illis. In hoc equidē ꝙ hō rationalis ē dignior cūctis

uolucribus celi & nobilior bestiis terre & piscibus maris merito re/putatur. In eo uero q peccādo ratione subicit sensualitati uiuitq more brutorū ipsis recte iusteq cōparatur. propterea loquens deus ad animā peccatricē Hiere. ii. c. ait. Quā uilis facta es nimis ite/rans uias tuas. Similiter ipsa naturalis īclīatio ad uirtutē diminuitē per peccatū. Nam ex hoc quod aliqd inclinat ad unū cōtrariorum diminuitur inclinatio eius ad aliud. Vnde cū peccatū sit cōtrariū uirtuti ex hoc ipso q homo peccat diminuitur bonū nature qd ē inclinatio ipsa ad uirtutem Per septem quippe gradus conscientia diminuta bone nature ruit in profundum peccatorum. In primo gradu peccatū est importabile. Mens enim insueta peccatis cum peccare incipit apparet ei adeo īportabile onus ut uideatur uiuens esse in īferno. In scđo gradu peccatū est graue. Nam lapsu temporis propter precedens peccatū iterum peccare nō iā uidetur importabile sed tamē graue. In tertio gradu peccatū est leue. Quod .n. pma/uice fuit importebile. in secūda graue in tertia fit leue In quarto gradu peccatū est insensibile eo q iam onus eius non sentitur nec eius grauitas existimatur. In quinto gradu est delectabile eo q cum maximo studio propter eius delectationem committitur. In sexto peccatū ē desiderabile quia post diuturnā in illo pseuerātiā adeo ad ipsum inclinatur uoluntas ut sine ulla tēptatione carnis aut diaboli queratur & desideretur ut posset committi. In septio peccatū fit defēsabile tanq bonū & iustū ut uerificetur q sapiēs ait prouer. xviii. Peccator cū in pfundū peccatorum uenerit con/tēnit. Cōtemnit siquidem dei iusticiā atq iudicia & peccatū ridēs & ludens cōmittit. Et si redarguitur illud excusat atq defēdit. O quot usurarii erroneā sibi fecere cōsciētiā q ipsissime usuras exercēt & dicūt non esse peccatū. O quot adulteri fornicatores & sodomite letantur cū male fecerint ut dicitur prouer. ii. c. Et exaltant in rebus pessimis luxuriāq suā tāq bonam defēdentes dicūt īpossibile fore quēpiam uiuere sine illa. Ecce qualiter isti & similes priuati sunt bono nature inclinatione. s. quā ad bonos actus habebant. Secundo nocet peccatū homini propter crucia/tionē. Est siquidē semp & etiā in hoc seculo mortali culpe ānexa pena insepabiliter. Et sumitur ratio scđm Bon. in. ii. dis. xxxvi. tripliciter. Primo ex perfectiōe diuie equitatis. Secūdo ex pul/critudine uniuersitatis. Tertio ex īordinatione culpe & cōditiōe peccantis. Primo sumitur ratio ex perfectione diuine equitatis.

Tante. n. equitatis est deus qui est iudex omniū ut nō patiatur dedecus peccati ad modicū eē sine decore iusticie. Omi mō iusticia debet iiusticiam superare. Secūda ratio ex pulcritudine uniuer/sitatis. Vniuersū namq̄ ex ordine pulcritudinē habet & talis est ista pulcritudo qualē decuit fieri ad ostensionē sūme sapiētie dei & propter hoc nec ad momentū esse in ea aliquod inordinatū & ita nec peccatū a pena separet. Tertio sumit ratio ex corrupti/one culpe & cōditione peccantis. Nūq̄ enim culpa committitur quin modus species & ordo circa actionē uolūtatis priuetur. Et dum uoluntas uolūtarie in suo actu deordinat semetipsā īcuruat Et dū incuruat modo specie & ordine priuat quātū ad abilitatē ad bonum. Talis autē priuatio est in anima magna dānificatio & lesio. Vnde Augus. in sermone de innocētibus. Nemo habet iniustū lucrū sine iusto damno. Vbi lucrū ibi dānum. Lucrū in archa damnū in consciētia. Tulit uestē & perdidit fidem. Accepit pecuniam & amisit iusticiā. Preterea uolūtas rationalis que est cā peccati ē q̄si media īter sinderesī & sensualitatē. Media etiā ē īter deū & alias creaturas. Et cū se cōuertit ad hec īferiora ab eo recedit q sursū ē & dū acqrit paruū bonū ut nūc amittit magnū bonū simpliciter & que erat media facit se infimā & dū cum syn/derisi discordat incurrit ex illa repugnātia remorsū quendam & afflictionē internā. Ideo Augus. li. i. cōfessi. Iussisti dōine et sic est ut pena sua sibi sit omnis īordinatus animus. Ex quo cōcludit̄ q̄ ad culpam insepabiliter sequitur pena sine pena dicatur dānifi/catio quedā siue quedam afflictio siue inuoluntaria passio. Sed pena que est damnificatio semper sequitur & actu & habitu quia nūq̄ homo est in culpa quin semper sit in damno. Afflictio uero siue remorsio semper sequitur in habitu saltē q̄uis propter delec/tationē ītēsā uel ī cōsiderationē siue distractionē animi nō sētiat̄ Talis autem pena cōpetit statui in presenti in futuro uero sub/sequetur alia pena cōsumata & perfecta. Tertio peccatū nocet homini ratione interfectionis. Peccatū namq̄ interficit animā & facit eam mortuā modo suo. Vnde Augus. in. xiii. de. ci. dei. c. ii. inquit. Quāuis enī anima humana ueraciter īmortalis phibeat̄ habet tamē quandā etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis quia modo quantulocūq̄ nō desinit uiuere atq̄ sētire Corpus autē mortale ideo dicitur quia deseri omī uita pōt nec p seipsū aliquatenus uiuit. Mors igitur aīe fit cū eam deserit deus

sicut corporis cũ id deserit anima. ergo utriusq; rei. i. totius homis mors est cũ anima a deo deserta deserit corpus. Ita. n. nec ex deo uiuit ipsa nec corpus ex ipsa. huiusmodi autẽ mortẽ illa sequitur quã secũdã diuinoꝝ eloquiorũ appellat auctoritas. hanc saluator significauit ubi ait. Eum timete qui habet potestatem animam & corpus perdere in gehennam. hec ille. Ex quibus uerbis habetur differentia triplicis mortis. Prima mors est corporalis que fit per separationẽ anime ab ipso corpore. Et hec ipsi anime que imortalis est cõuenire nõ põt. Secũda mors est spiritualis que cõpetit anime cum per peccatũ separatur a deo uita namq; anime est dei gratia sine qua mortua iudicatur. Tertia mors est gehẽnalis que priuat damnatos non omni uita sed uita beata uita gloriosa uita felicissima omni iocunditate repleta. O quantum reputati sunt crudeles qui seipsos interfecerũt sua corpora occidendo. Sed profecto crudelissimi sunt peccatores qui peccãdo occidunt & pimũt animas suas ppterea dixit in psal. Dauid Qui diligit iniquitatẽ odit animã suã. Et Pau. Ro. vi. rationẽ subdit. d. Stipẽdia enĩ peccati mors. gratia aũt dei uita eterna.

Qualiter peccatum est fugiendum quia displicet deo quia peccator transgreditur precepta eius cõtẽnit infinitũ bonũ & prouocat iram eius. Capit. iii.

Eertia rõ q̃re peccatũ ẽ fugiẽdũ dicit displicẽtie. Displicet nãq; & abbominale est omipotẽti deo propter tria. Primo propter transgressionẽ. Secundo propter derelictionem. Tertio propter ꝓuocationẽ. Primo peccatũ displicet deo propter trãsgressionẽ quia per illud trãsgrediũt homies & cõtẽnũt mãdata eius proprerea dixit Augus. in li. contra manicheos. Peccatũ est ueritatis preceptis uel ĩ ipsa ueritate errare. Et idẽ quẽ magister inducit in textu. xxxv. dis. ii. li. Peccatũ est dictũ uel factum uel cõcupitũ contra legẽ dei. Et Ambro. li. de padiso peccatũ est priuaricatio legis diuĩe & celestiũ inobediẽtia mandatoꝝ. Si ergo displicet patri ut filius eius sua precepta recuset & paruipendat si cuiusq; homini mortali in aliqua superioritate cõstituto graue ẽ a suis subditis despici atq; cõtẽni quanto magis abbominabile est excelso celoꝝ regi si peccando hoĩes eiusq; mãdata uiolando maiestati sue iniuriam faciũt O peccatores excecati cognoscitẽ uias uestras. Cognoscite errores merite damnationis. Quotienscunq; peccatis mortaliter deũ omipotẽtẽ uilipenditis. Secũdo peccatum

displicet deo ratiõe derelictionis qa quociensc̃uq; quis mortaliter peccat derelinquit ipsũ qui est sũmum bonum desiderabile bonum durabile bonũ inq̃ quo solo anima repleri põt & satiari pro bono uili pro bono momentaneo pro bono temporali pro bono quod sine deo nullũ bonũ est. Vt.n. inq̃t Augus. in.li. de li.ar. pctm̃ est spreto ĩcõmutabili bono bonis cõmutabilibus adherere. Hic Hiere.ii.c de peccatoribus deus cõquerit̃.d. Me dereliquerũt fontẽ aque uiue & foderũt sibi cisternas dissipatas que continere nõ ualẽt aquas. Fons aque uiue dicitur ipse deus quia in eo est oĩs boni indeficiens plenitudo hinc Augus. iiii.li. cõfes. ait. Redite p̃uaricatores ad cor & inherete ei qui fecit uos state in eo & sta-bitis quiescite in eo & quieti eritis bonũ quod queritis ab illo est. Cisterne autẽ dissipate uocantur huius seculi bona que absq; deo nihil sũt. Ideo Augus. viii. cõfes. dicebat. Omis copia que deus meus non est egestas mihi est. Displiceret utiq; cuicunq; formose puelle si spõsus suus ea derelicta turpissĩe meretricule adhereret. Turbaretur quilibet magnus dominus gratiosus & liberalis si eius famuli eo spreto seruirent alicui domino pauperi parcissimo & auarissimo Quanto magis indignari debet deus infinitũ bonum cum a nobis deseritur propter superbũ diabolũ aut corruptibilẽ carnẽ uel transitoriũ ac labilẽ mũdum. Tertio peccatũ displicet deo ratiõe p̃uocatiõis per illud utiq; prouocatur & inducitur ad indignatione & irã. Totus suauis & dulcis est pius clemẽs miseri-cors atq; benignus & proprium eius est misereri tamen irascitur indignatur & quasi cogitur ut reos dãnet quos uoluisset saluare Cur dãnauit Cain? propter peccatũ. Cur Iudam? p̃pter peccatũ Cur omnes illos qui in iudicio cum diabolo iudicabuntur eternis ignibus crucidandi? propter peccatũ O summa & infinita pietas dei. Vbi est dulcedo tua? Cur tã durus atq; seuerus efficeris hoi-bus quos cõdidisti? Reuera si pctã nõ eẽnt deus nũq̃ cõmoueretẽ furore. Cum ergo tanta sit in peccato iniquitas tantũq; periculũ merito illud cuncti fugere debent & abborrere ut sic liberẽtur a morte dãnationis eterne & perueniant in regnum beatte uite in quo uiuit & regnat deus per eterna secula seculorũ. Amen.

Feria tertia scd̃e ebdomade in q̃dragesima de sup̃bia quã Xp̄us uerbo & exẽplo docuit contẽnandã. Sermo.xxxiii

Vi autẽ se exaltauerit humiliabitur & qui se humiliauerit exaltabitur Verba sũt redẽptoris nostri Mathe.xxiii.c.

& in euãgelio hodierno. Dominus & saluator noster precipuus humilitatis cultor discipulos suos & nos omnes persepe monuit tã uerbo q̃ exemplo euitare superbiã. In presẽti uero euãgelio de/testatus est scribas & phariseos eo q̃ ad nihil aliud uacabãt nisi ut in ceteros supbirẽt. Non timebãt deum. despiciebãt ꝓximos & reputabant seipsos Querebãtq̧ peruerse & inordinate propriã excellentiam. Et ut inqt Augus. xiiii. de ci. dei. c. xiii. Quid est aliud superbia nisi peruerse celsitudinis appetitus? Peruersa enĩ est celsitudo deserto eo cui debet animus inherere principio quodã sibi fieri atq̧ esse principiũ. Propterea ipsi pharisei & scribe ar/guebant a xp̃o & eorũ opera condemnabantur. Nos uero si ad penitentiã redire querimus a superbia discedere debemus quia nõ põt cum illa dei gratia inueniri. Ea propter in presenti sermone de ipsa supbia uiciorũ omniũ uenenosa regĩa aliqua ꝑcurremus de qua modo nostro tria mysteria ꝓponemus declaranda. Primũ dicitur diuina ordinatio Secundũ specificatio Tertiũ distinctio

Qualiter deus propter odium superbie angelos malos eiecit de padiso & per scripturas odiũ eius predicatur & qualiter cominatur superbis & quomõ istos humiliauit. Capit. i.

Rimũ mysteriũ declarãdũ de supbia dicitur diuĩa ordĩatio In quo cõsiderãdũ est q̃ graue sit superbie uicium ex odio quod deus habet ad illud. quod quidem colligi põt ex quatuor Primo ex angelorũ deiectione Secũdo ex scripture testificatiõe Tertio ex multiplici cõminatiõe. Quarto ex superboꝝ huĩliatiõe Primo colligitur odiũ dei ad superbos ex angelorũ deiectione deiecit quidẽ deus & expulit ãgelos malos a celo empireo in quo cõdiderat eos egregios sublimes ac nobilissimos spiritus propterea dicitur. Isa. xiiii. ipsi lucifero. Quomõ cecidisti de celo lucifer q mane oriebaris corruisti in terrã q uulnerabas gentes qui dicebas in corde tuo. In celũ ascẽdam super astra dei exaltabo soliũ meũ sedebo in mõte testamẽti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinẽ nubium & similis ero altissimo. Verũ tamẽ ad infernũ detraheris in profundũ laci. Et licet aliqui exponãt hãc aucto/ritatem ad litteram de rege babilonis tamen ut dicit Nico. potest intelligi de lucifero qui uidetur lucifer. i. pulchrior inter angelos sicut lucifer que est stella matutina inter stellas. Ideo alio nomĩe uocatur uenus a uenustate. Ex hoc Gregorius de pe. dis. ii. c. principiũ de lucifero ait. Nunc primum cõdidit quẽ reliquis

angelis eminẽtiorẽ fecit huius primatus eminẽtiã respicit ꝓpheta cũ dicit. Cedri nõ fuerũt altiores illo in paradiso dei abietes non adeuauerũt sumitatẽ eius. platani non fuerũt equales frõdibus illius. Omẽ lignũ preciosum paradisi dei non est assimulatũ illi & pulcritudine eius. quoniã speciosũ fecit eum in multis condensis frondibus. Quid nãq; accipi in cedris abietibus & platanis potest nisi illa uirtutum celestium procere celsitudinis agmina in eterne leticie uiriditate plantata que quãuis excelsa sint cõdita huic tñ nec prelata sunt nec equata: hec ille. Oriebatur mane hic lucifer quia inter creationẽ eius que uocatur hic ortus & lapsũ fuit modicum tẽpus & corruit in terram quia proiectus fuit in hoc aere caliginoso. Vulnerabat gẽtes. i. alios angelos quibus ipse fuit occasio cadẽdi. Angeli. n. frequẽter apparuerũt boni & mali in spe humana & ideo nomĩe gentiũ & hominũ nominãtur sicut actuũ i de duobus sanctis angelis dicitur Ecce duo uiri astiterũt iuxta illos in uestibus albis. Et de diabolo dicit saluator Mathe. xiii. Inimicus homo super seminauit zizania proiectus fuit lucifer in terram. i. in hunc aerem caliginosum qui superbiendo ascendere uolebat supra astra celi. i. super alios angelos & sedere in monte testamenti. i. in celo empireo uel super ecclesiã que dicitur mons in lateribus aquilonis. i. in cordibus frigidis. De ipo insup Augu. xi. super Gene. ad litterã inqt Factus cõtinuo se a luce ueritatis auertit suphia timidus & ꝓprie potestatis delectatiõe corruptus dicit tamen Bon. in. ii. dis. v. Quod peccatũ luciferi inchoatum est in ꝑsũptione. Statim eni ut suam pulcritudinẽ uidit presũpsit Consumatum est in ambitione quia presumẽs de se appetiit quod animo supra se fuit & ad quod peruenire nõ potuit. Tertio cõsumatum fuit in inuidie & odii auersiõe qa ex quo obtinere non potuit quod appetiit deo inuidere cepit & effectũ odii cõtrahere Et quoniam dicitur in auctoritate preallegata Isaie ꝙ appetiit esse deo similis distinguit Bon. duplicem similitudinẽ. Prima dicitẽ equalitatis. Secunda imitationis Similitudo imitationis põt appeti ordinate & inordinate. Ordinate ut appetatur similitudo in his que nostre sunt aptitudinis & nostri dei acceptationis. cuius modi sunt perfectiones & decores uirtutũ. Inordinate uero ut homo appetat id quod non decet uel deo nostro non placet ut si appetat hominibus ꝑesse uel se de aduersariis uĩdicare Similitudo equalitatis nullo mõ põt appeti ordinate Sed inordinate aliquo

modo eſt appetibiliſ aliquo modo non. Non omnimoda ſimilitudo non eſt appetibiliſ quia nō poteſt cadere in cognitionē ſiue in intellectū & ideo nec in appetitū Et ſi aliqſ fingat nō appetit equalitatē ſed ſuam fictionē. Alio modo eſt ſimilitudo eq̄litatiſ in aliqua conditione ut in diuina preſidētia ſcientia. Et ſic credo ꝙ pōt appeti. Notandū ergo ꝙ diaboluſ quodā modo appetiit ſimilitudinē imitationiſ quodam mō equalitatiſ. Et hoc apparet ſi attendatur appetible & moduſ appetendi Diaboluſ enī appetiit aliiſ preeſſe ſua tamen auctoritate quod appetiit preeſſe hoc fuit imitationiſ Et hoc quidē aliquando obtinuiſſet ſi ſtetiſſet. Vnde Anſel. in li. de caſu diaboli ait. Nihil appetiit ad quod nō peruenisſet. Quod autem appetiit ſic preeſſe propria auctoritate ſine meritiſ & ſine datore & ita ꝙ nulli ſubeſſet hoc ē ſoliuſ dei & hoc eſt eqparātie. Dicit ergo Gregoriuſ Quod appetiit eſſe ſui iuriſ ita ꝙ nulli ſubeſſet. Et Ber. dicit. Quod appetiit eq̄litatē potētie Et Anſel. Quod appetiit preeē ſine meritiſ qui in ſūīa idem dicūt ſ. ꝙ uoluit omnibuſ preeſſe propria auctoritate. Angeli etiam minoreſ peccauerūt peccato ſuperbie adherēteſ lucifero querēteſ eſſe beati ſine meritiſ propterea dicit Vgo de ſancto uictore. Omneſ in eandē malitiā cōſenſerūt & unū ordinē peruerſe ſocietatiſ fecerūt. Tunc ut ait Io. Apoc. xii. Factū eſt preliū magnū in celo. Michael & angeli eiuſ preliabant cum dracone & draco pugnabat & angeli eiuſ & nō preualuerūt neq̄ locuſ inuētuſ eſt eorū ampliuſ in celo. Et proiectuſ eſt draco ille magnuſ ſerpenſ antiquuſ qui uocatur diaboluſ & ſathanaſ qui ſeducit uniuerſum orbem & proiectuſ eſt in terram & angeli eiuſ cum eo miſſi ſunt. Prelium autē illud geſtū fuit iuxta tria que in ſpirituali natura reperiūtur. Que ſunt. Rō Facultaſ Volūtaſ. Per rationē nēpe electi & reprobi angeli contraria ſentiebant. Per uolūtatem ad contraria afficiebantur. Per facultatē uero ad cōtraria nitebantē Nam electi angeli ſublimiter ſentiebant de deo & gratia eiuſ & ad gratiam & gloriam afficiebantur & pro facultate ſibi data pro illiſ nitebantur angeli uero ſuperbienteſ cōtemnenteſ gratiam & gloriā dei ſublimiter ſentiebāt de bonitate nature ſue & propter hoc ad propriā gloriam afficiebantur & toto iuſſu in contrariū electioniſ ſpiritibuſ ferebantur O ſeuiſſima dei iuſticia. O rectiſſimū eiuſ iudicium. O ſapiētiſſima diſpoſicio. Tam exoſa fuit maieſtati eiuſ malorū angelorū ſuperbia ut a celo empireo ſemel

depulsos nūq̄ amplius ibidem sinat eos redire. Quimo ue diximus in sermone de iusticia dei dānauit eos eternaliter per sententiam diffinitiuā. Vnde Vgo in li. de anima. Superbia in celo nata ē sed uelut īmemor qua uia inde cecidit illuc postea redire non potuit. Secundo colligitur odiū dei ad superbiam ex scripturarum testificatione Scribitur nāq; Amos. vi. Dicit dominus exercituū detestor ego superbiam. Et prouer. viii. c. Arrogantiā & supbiā & uiā prauā & os bilingue ego detestor. Et ecclesiastici. x. Odibilis est corā deo & hominibus superbia. Et Iac. iii. c. Deus supbis resistit humilibus autē dat gratiā suam Tertio colligitur odium dei ad superbiā ex multiplici cōminatione Fiūt namq; in scriptura cōminationes plurime contra superbos. Vnde Isa. ii. Oculi sublimis hominis humiliati sunt & incuruabitur altitudo uirorum. Exaltabit autem dn̄s solus in die illa quia dies domini exercituū super omnē superbum & excelsum & super omnē arrogantem & humiliabit. Et. xiii. c. Requiescere faciā superbiā infidelium & arrogātiam fortiū humiliabo. Et idem. xxiii. c. Dominus exercituum cogitauit hoc ut detraheret superbiam omnis glorie & ad ignominiā deduceret & uniuersos inclitos terre. Et idem. xxviii. c. Vhe corone superbie. Et ibidem. Pedibus cōculcabitur corona superbie. Et psal. xvii. Oculos superborū humiliabis. Et sapiēs ecclesiastici. iii. Synagoge supborū nō erit sanitas. Et Malachi. iiii. Erunt superbi & omnes facientes iniquitatē stipula. Et Osee vii. humiliabitur superbia israhe. Et Ezechielis. vii. Quiescere faciam superbiā potētum. Et Hiere. v. c. Ecce ego ad te supbe dicit dominus deus exercituū quia uenit dies tuus tēpus uisitatiōis tue & cadet supbus & corruet & nō ē qui suscitet eum. Et Abdie i. Superbia cordis tui extulit te habitantē in scissuris petrarum exaltantē solium tuū qui dicis in corde tuo. Si exaltatus fueris. ut aquila & si inter sidera posueris nidum tuū īde detrabā te dicit dominus. O superbi & inflati corde qui cōfidētes in diuitiis in delitiis & in robore uestro ceterisq; tēporalibus bonis dicere cōsueuistis. Ecquis nocebit nobis Audite scripturaꝝ uoces respondētes deus inuicibilis deus insupabilis deus supboꝝ inimicus de quo dicit in psal. xxx. Retribuet habundanter faciētibus superbiā. ipse ē etiā qui p Isa. xxxxvii. c. superbā ciuitatem alloquitur. d. Audi hec delicata & habitans confidenter que dicis in corde tuo. Ego sum & non est preter me amplius Non sedebo uidua & ignorabo

sterilitatem. Venient tibi hec duo subito in die una sterilitas & uiduitas. Vniuersa uenerũt sup te ꝑpter multitudinẽ maleficioꝝ tuorũ. Quarto colligitur odiũ dei ad superbiã ex superborum hominũ humiliatiõe de quibus dixit uirgo gloriosissima in cãtico suo Luc. ii. Deposuit potẽtes de sede & exaltauit humiles. Et hoc confirmat sapiẽs ecclesiastici. x. Iniciũ superbe homĩs apostatare a deo quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius quoniã iniciũ omnis peccati superbia est Qui tenuerit illam adimplebitur male/dictis & subuertet eum in finem. propterea exhõerauit dominus conuentum malorũ & destruxit eos usq; in finem. Sedes ducum supborũ destruxit deus & sedere fecit mites pro eis radices gẽtium superbarum arefecit deus & plantauit humiles ex ipsis gentibus Patet hoc in primis parẽtibus superbis qui de paradiso fuerunt electi propter superbiam ut dicitur Gen. iii. c. In gygantibus qui perierũt in diluuio propter superbiã Gen. vii. In filiis filiorum noe uolentibus edificare turrim que pertingeret usq; ad celũ qui confusi sunt ut nõ intelligeret unus alterũ & dispersũ est atq; cõ/fusũ labiũ eorum gen. xi. c. In pharaone qui superbe detinebat populũ dei & indurauit cor eius & submersus ẽ ĩ mari rubro exo. xiiii. In Senacherib qui deũ blasphemabat postq̃ ab angelo oĩs eius exercitus fuit interẽptus centum. lxxxv. milia bellatorũ & ipse a filiis suis iudicio dei percussus est gladio & interfectus. iiii. Reg. xix. In Nabuchodonosor qui elatus in superbiã cum deã/bularet in aulã. d. Nonne est hec babilon magna quã ego edifi/caui in domũ regni in robore fortitudĩs mee & in gloria decoris mei Qui electus a regno septem annis discurrendo per nemora & prata fenũ quasi bos cõmedebat mutatus quasi in bestiã Dani. iiii. c. Quid dicam de Anthioco? quid de Herode agrippa? Quid de herode ascolonita? quid de omĩbus qui superbe regnauerunt aut in regno asyriorũ siue babiloniorũ aut in regno persarũ & medorum aut in regno grecorum aut in regno egipciorũ aut in regno sicionorũ aũt in regno atheniẽsiũ aut in regno iudeorũ uel similium? Nonne diuina uirtus debellauit eos & redegit ad nihilũ Periit inquit psal. memoria eorũ cum sonitu & dominus ĩ eternũ permanet. An omittendi sunt Romani de quibus dicit Augus. li. i. de ci. dei. c. i. hoc uero quod dei est superbe quoq; anime spũs inflatus affectat amatq; sibi in laudibus dici. Parcere subiectis & debellare superbos. Vbi nunc latum totius orbis dominiũ? Vbi

legiones & exercitus uictoriosissimi? Vbi legati & nuntii pacem petentes uenientes a finibus terre Vbi oratores solemnes auri & argenti tam multa pondera pro tributo ferẽtes? Vbi senatores & patres cõscripti? Vbi ciues honesti? Vbi triumphales arcus & iocundi ludi? Vbi alta palacia & hedificia miranda? Vbi deorũ templa tam miro artificio & sapienti dispositiõe cõstructa? Tritũ usitatũq; est prouerbium. Roma quanta fuit ipsa ruina docet. O humana infirmitas. O conditio fragilis hominũ. non est iustũ nõ equũ superbire contra deum quoniã non est qui possit eius ptãti resistere. Ipse Romanos domuit qui totum orbem ui & armis ac terrore subegerant. Fugienda est ergo superbia quam deus tam fortiter execratur. De qua Cassiodorus super psal. xviii. ait. Superbia de angelo diabolũ fecit & homini mortẽ intulit & cõcessa beatudĩe uacuauit omniũ malo℞ mater scelerũ fons uena neqcie

Quod supbia diuiditur in quatuor species. s. enim quis credit bonũ quod habet habere a se uel a deo propriis meritis uel habere quod nõ habet uel propter bonũ quod habet ceteros spernit. Capit. ii.

Ecundum mysterium declarandum de superbia dicitur specificatio in quo notande sunt superbie species. has autem Gregorius in mor. iiii. esse dicit. Prima cum quis existimat bonũ quod habet a seipso habere. Secunda cum quis bonũ quod habet a deo asscribit meritis propriis. Tertia cum quis iactat se habere bonũ quod nõ habet. Quarta cum quis ceteris despectis singulariter uult uideri. Prima species supbie est cum quis ex iordiato appetitu propre excellẽtie bonũ habitũ ut ingeniũ intellectum memoriam fortitudinem corporis pulcritudinẽ uel bonum tpale ut diuitias gloriã honorẽ potentiã uel bonum spirituale ut grãm scientiam sapiẽtiam predicationẽ prophetiã & huiusmodi sibi attribuit uel a se habere non aũt a deo Notandum tamẽ secundum Tho. ii. ii. q. clxii. Quod extĩatio rationis existimat uniuersale bonũ qđ habet nõ habere a deo sed a seipso Et hoc pertĩet ad infidelitatem cum recta fides habeat quod deus est auctor omnium bonorum. Secundo corrũpitur extimatio rationis in particulari propter aliquã passionẽ. sicut uerbi gratia Si aliquis sentiret in uniuersali fornicationẽ nõ esse peccatũ esset infidelis. Non autẽ infidelis censetur fornicator qui fornicationẽ eligit tamẽ bonum propter concupiscẽtie passionem, ita a simili. Si quis existimaret

uniuersaliter & absolute deũ nõ esse omniũ creatorẽ esset heresis uel infidelitatis peccatũ. Sed quod aliquis propter inordinatum amorem proprie excellentie ita de bonis suis glorietur ac si ea a seipso haberet pertinet ad superbiam nõ ad infidelitatẽ Cõtra tales sic superbiẽtes dicit apos. i. cor. quarto. c. Quid habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti quid gloriaris quasi non accepis Et Iac. i. Omne datum optimũ & omne donũ perfectum desursũ est. Et. ii. pal. Tua sunt omnia & que de manu tua accepimus dedimus tibi. Secunda species superbie est cum quis bonum quod habet asscribit sibi & propriis meritis credendo aliquã excellentiã esse in natura uel grã uel fortuna idest temporalibus suis meritis & uirtute pro quibus uidetur superbo ꝙ deus sibi sit obligatus Contra quos est dictũ apostoli. ii. ad titum. iii. c. Non ex opibus iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertia species suphie est cũ quis iactat se habere bonũ quod nõ habet ut aptũ ingenium capacẽ memoriam industriam in agendis prudẽtiam in regimĩe pulcritudinẽ in persona sciẽtiã in mente uel perfectionẽ in uita & similia de quibus qs gloriatur cum tamen illa non habeat uel non tantum sicut existimat se ha- bere. Et hec existimatio satis periculosa est in his qui se sanctos reputant propter bonorum operum experiẽtiam & in sua scitate cõfundũt eo ꝙ de facili ruunt sicut patet in petro qui dicebat in seipso confidens. Luc. xxii. Et si oportuerit me mori tecum nõ te negabo. Super quo uerbo Ambrosius ait Si Petrus lapsus est qui dixerat. Et si omnes scandalizati fuerint in te. sed non ego. quis alius de se iure presumat Deniq; & Dauid qui dixit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in eternũ eam sibi iactã- tiam obfuisse cõfitetur. d. Auertisti faciẽ tuã a me & factus sum conturbatus. que uerba notantur. vi. q. i. c. Imitare Ad hanc speciẽ superbie pertinet excusare suos defectus & alleuiare illos Quarta species superbie est cum quis ceteris despectis singulariter uult uideri In hãc ruit phariseus qui seipsũ iustificabat & dãna- bat publicanũ & ceteros peccatores Luc. xviii. c. Dicebat enim deus gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri homines adulteri raptores iniusti uelut etiam hic publicanus Ieiuno bis in sabbato decimas do omnium que possideo. hac superbia periclitantur q̃si temporibus istis omnes qui se credunt bene uiuere quorũ officiũ ẽ cõplacere mũdo iudicare ꝓxios detrahere ceteris magnificare

ſeipſoſ mēdacia loqui odia retinere & iactāter ſe nomiare bonoſ reliquoſ appellare maloſ de quibuſ expreſſiuſ dicetur in ſequenti tercio myſterio.

De ſuperbia prelatorum clericorum religioſorum & laicorum qualiter unuſquiſq in ſuo gradu ſupbuſ exiſtit. Capit. iii.

Tertium myſteriū contēplandū de ſupbia dicitur diſtīctio.
Poſſumuſ enim ſecundū uarioſ hominū graduſ diſtinguere quadruplicem ſuperbiam. Prima eſt prelatorum. Secūda religioſorum Tercia clericorū. Quarta laicorū. Prima eſt ſuperbia prelatorum qui in quatuor ſuperbiūt. Primo in hoc ꝙ extimātes meritis ſuis dignitatem prelationis fuiſſe adeptos ſubditis ſuis melioreſ ſe eſſe arbitrātur. Vnde Grego. xxxiiii. mor. ait prelato in cogitationibus ſupbia ſe īgerit quia ſolo uite merito ſuper ceteroſ excreuit Sed quantūcunq quiſ. ſit certuſ ꝙ de uolūtate dei ſit prepoſituſ aliis & uideatur bene adminiſtrare nūꝙ tamen pōt eſſe ſecuruſ ſi debitum ſuum faciat nec aliis debet ſe preferre. Cottidie nāq cōtingit multos ſubditos melioreſ eſſe ꝑlatis ſīpliciter. Nec ſāctiorē dicimus Sixtum Laurētio quia Sixtus papa Laurentius ſubditus eius aut perfectiorē Valeriū epm Vincētio eius diacono Et ꝗuis apoſ. dicat. Ro. xiii. Non eſt poteſtas niſi a deo. ſ. operante quo ad bonos tamen poteſt eſſe a deo ſinente & permittēte quo ad malos. Vnde. viii. q. i. c. Audacter Hiero. ait Audacter dicimus ſed tamen quod ſcriptum eſt dicimus non ſemper princeps populi & iudex eccleſie per dei arbitriū datur ſed pro ut merita noſtra depoſcunt. Secundo ſuperbiunt prelati ꝙ tamꝗ eſſent dii uolūt in omnibus etiam indebitis reuerētiā & obediētiam ſibi exhiberi magiſq dolent de inobediētia & irreuerētia ſibi facta ꝗ de trāſgreſſione preceptorū dei Tales multa ſeueritate utūtur ergo ſubditos illos pro leuibus cauſis excommunicando & aliis cēſuris eccleſiaſticis cōpeſcēdo pro quibus dicitur. xxxxv. diſ. i. c. Vera iuſtitia cōpaſſionē habet falſa uero dedignationē Idō hi q de falſa iuſticia ſuperbire ſolent ceteroſ quoſq deſpiciūt nulla īfirmātibus miſericordia condeſcēdūt. Tertio ſuperbiūt prelati quia ſunt ſui capitis & dedignātur audire ab aliis que ipſi neſciūt uel ſeq cōſilia aliorum ne minus eis ſapere uideantur Contra quos eſt illud quod ſcribitur. xxii. diſ. c. de Conſtantinopolitana. Stultus eſt enim q adeo ſe primum exiſtimat ut bona que uiderit diſcere contemnat Et. xxxviii. di. c. Nullus epus dicitur. Nullus epſ propter

opprobriū senectutis uel nobilitatē generis a paruulis uel minus
eruditis si quid forte est utilitatis aut salutis inquirere negligat.
Quarto superbiūt prelati in eo quod non patiūtur reprehendi
ab aliis in his que minus bene faciūt. Non sic egit Petrus prīceps
apostolorum qui reprehēsus a paulo de nimia condescēciōe erga
iudeos in obseruatiōe legaliū eum audiuit ut dicitur ad gal.ii.c.
Secūda est superbia religiosorū qui quadrupliciter peccāt. Prio
quia despiciūt seculares & peccatores credētes se inquinari ex eorū
consortio similes iudeis de quibus dicitur Ioh.xviii. Quod nolebāt
introire in pretorium ut non cōtaminarētur timentes coinquinari
cohabitatione infidelium nec sibi conscientiā facientes de morte
xpi procurata. Contra quos dicit deus deutro.xxiii. Non abho/
minaberis egyptiū qa & ipse aduena fuisti in terra eius. Egyptius
interpretatur tenebre & significat seculares. Ad quod etiam
facit illud Hiero.xxxxv.dis.in.c. Recedite Recedite.s.inquit
qui presumūt de sua bonitate ad peccatores pollutos Recedite a
nobis nolite nos tangere nolite nobis cōmunicare. hec locutio nō
illuminat cecum non sanat egrotum nō curat infirmū sed magis
occidit & in desperationē inducit Debēt quoq; religiosi cōsiderare
q aliquando in seculo sunt aliqui deo magis grati q̄ aliqui in re/
ligione Ex hoc legitur in uitis patrum de beato Pannutio qui cū
oraret sibi reuelari cui assimularetur in merito audiuit a domino
Quod similis erat cuidam symphoniaco qui querebat sibi uictum
ex arte cantandi. Quem cum quesiuisset Pannutius & inuenisset
interrogauit quid boni egisset in mundo iste. Respondit Quod
semel cum esset latro & quedam mulier fuisset rapta quam socii
eius uolebāt opprimere ipse defendit eam & liberauit de manibus
eorum. Et alia uice cū iuenisset quandam mulierem per heremū
discurrentem & lamentantem eo q maritus eius & filii ex debito
tenerentur captiui ipse errantem reduxit & redemptionē dedit &
pecunias tribuit quibus maritum & filios redimeret. Cum autem
Pānutius hortaretur illum ut desereret mundū acquieuit & fac/
tus religiosus in sancta uita pseuerauit. Iterū post hec rogauit
Pannutius cui similis esset Et dictum fuit sibi q similis erat pmario
cuiusdam uici q erat in proximo Et cum uenisset Pānutius ad eū
& diligenter inquisiuisset de uita eius dixit se esse cōiugatū & ux/
orem non cognoscere nisi causa prolis non raptorem nō ledentem
alios sedantem lites & hospitalitatē seruātem. Qui demum uxore

mortua hortatu Pannutii intrauit heremũ & sancte uitã finiuit Item tertio rogauit Pannutius cui assimularetur. Et responsum fuit sibi q̄ cuidã mercatori qui iuste lucrans subueniebat pauperibus. Que omnia sibi reuelata fuere ne eleuaretur in superbiam Quãuis autem religiosus non debeat despicere secularẽ uitam uel abhorrere consortium cum expedit non tamen debet extra necessitatẽ secularibus nimis familiaris existere uel plus debito cõuersari cum eis. Secundo superbiũt religiosi ex sua religione de pluribus se iactantes pferentes statum suum omnibus alius qnimo & alios despiciẽtes & multa mendacia fingentes ad se exaltandum & alios deprimendum. Monachi quidem gloriantur se patrem habere Benedictum patrem omnium religiosorum in occidente & Basilium in oriẽte multosq̄ sanctos ac summos pontifices ex monachis exiuisse ut Gregorium Nazãzenum Eugeniũ Vrbanũ Petrum Celestinum & alios multos optimãq̄ partem elegisse .s. uitam cõtemplatiuam. Predicatores & minores multa dicũt suos ordines extollendo. Augustinum sime uenerantur heremitani ut gẽmam doctorũ induentes eum habitu suo & canonici regulares habitu suo. Seruite uirginis se precipuos seruitores appellant. Carmelite a monte carmello sub helia propheta initium habuisse suspicantur partem regule Basilii suscipientes. Et ita unusquisq̄ superbe & passionate suum ordinẽ alijs preferre conatur. Sed aduertant omnes illud quod dixit Petrus Actuũ.x.c. In ueritate comperi q̄ non est acceptor personarum deus. sed in omni gente qui timet deum acceptus est illi. Notent insuper illud. Hiero.xl. dis.c. Non est.non sunt filii sanctorũ qui tenent loca sanctorum sed qui exercent opera eorum. Et illud Grego.eadem dis.c. Nõ loca. Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciũt sed nos ei aut merita bona coniungũt aut mala disiũgũt. Tertio superbiunt religiosi in eo q̄ se sapientes existimãtes sequi uolunt in penitentiis sensum proprium & propriã uoluntatẽ. Quarto superbiũt religiosi qui gloriãtur de diuitiis quas habuerũt in seculo uel de nobilitate generis & huiusmõi. Tertia est superbia clericorum qui quadrupliciter superbiendo peccant. Primo in superfluo ornatu uestiũ qui audire debẽt illud quod scribitur. xxxxi. di.c. Clericus. Clericus professionem suam habitu & incessu probet.adeo nec uestibus nec calciamentis decorem querat. Quod confirmatur. xxi. q.iiii.c. Omnis iactãtia.c. Nullus eorũ.c. Epĩ Et.c. pcipimus.

Et xp̄us dixit. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Secundo peccant clerici superbiēdo in amplitudine ecclesiarum suarum in picturis sculpturis marmoribus ornamenteis calicibus uasis aureis & argenteis que licet ad dei bonorem fiant & diuino cultui applicentur tamen quo ad superfluitates que ibi sunt & ad pauperū necessitates reprehensibilia sunt Pro quibus. xii. q. ii. c. Aurum Ambro. ait. Aurum habet ecclesia non ut seruet sed ut eroget & subueniat ī necessitatibus Quid est opus custodire qd̄ nihil adiuuat etc ibi. Ad quod facit ibidem. c. Gloria &. c. Multi edificant. Tertio peccant superbiendo clerici de audiētia cōfessionum cum habent magnum concursum existimantes se meliores & sanctiores q̄ sint. Quarto superbiūt clerici cū uidēt aut in missis aut in predicationibus ecclesias suas impleri. Et multis aliis modis inflātur uento superbi quos obmittimus pro honestate. Quarta est superbia laicorum qui quadrupliciter superbiunt Primo de diuitiis. io. i. thi. v. apostulus dixit. Precipe diuitibus huius seculi non superbe sapere. Et Augus. Vermis diuitiarum superbia est Sed aduertant illud diuites omnes q̄ dicitur in psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarū in manibus suis. Secundo su͞pbiūt laici de nobilitate generis. Vnde Salustius Commune malum nobilitatis est superbia Sed tales considerare debent quia mors septra ligonibus equat & moritur doctus piter & indoctus. Tertio superbiūt laici de operibus ex genere bonis de elemosinis de ieiuniis & similibus cum quibus cōmiscent multa peccata mortalia & propter illa bona opera reputāt se iustos nō considerantes illud ecclesiastici. ix. Qui in uno peccauerit multa bona perdet. Quarto superbiunt laici erubescendo cessare a quibusdam peccatis eis consuetis. Contra quos diximus in sermone de dilatione penitētie. Sunt & alia multa in quibus omnes predicti per superbiam offendūt deum. Nos autem hec pauca diximus q̄a alimenta que minus sufficiunt audius sumuntur ut Grego. dicit. Ergo patet ex dictis q̄ qui se exaltat per superbiam humiliabit a deo & qui se humiliat exaltabitur hic per gratiam & ī futuro per gloriam. Amen.

Feria quarta secunde ebdomade de periculoso uitio ambitionis de quo xp̄us in euangelio discipulos suos redarguit

Sermo. xxxiiii.

I qſ uoluerit maior fieri īter uoſ ſit ueſter miniſter Mat.xx .c.& ī euāgelio hodierno Rephēſibile ualde ē atqꝫ fugiēdū ābitiōiſ uitiū ꝙ xpuſ redēptor noſter ī lectiōe euāgelica terribi/liter & ſapientiſſime confutauit Querebant namqꝫ Iaco. & Ioh. filii Zebedei matre mediante & intercedente habere primatum ſuper ceteroſ in regno xpi ut unuſ ſederet ad dexteram aliuſ ad ſiniſtram Sapiebant adhuc aliquid terrenum atqꝫ carnale. cre/debantqꝫ poſt reſurrectionem xp̄m temporaliter regnaturum. Alii etiam diſcipuli xpi adhuc debileſ & nondū in ſpiritu ſolidati talia dici audienteſ indignabātur propterea ipſe dn̄ſ humilitatiſ magiſter & illiſ duobuſ quia qd peterēt neſcirēt reſpōdit & alioſ ut ābitionē euitarēt admonuit Quoniam autē propter illam pe/riclitantur multi in hoc ſermone aliq̄ ad ambitioniſ deteſtationē explicabimuſ de qua tria myſteria erūt declaranda. Primū dicit̄ offenſio. Secundum diſtinctio. Tertium abbomiatio.

Quod ambitio eſt peccatū tum quia procedit a ſuperbia tū quia contrariatur caritati tū quia opponit̄ magnanimitati & quot modiſ honor appetitur Capit.1.

ad rem pertinet qualis tibi q̃ qualis aliis uidearis. Et idem ibidem. Malum ubi se bonum simulat tunc ẽ pessimum. Et iterũ ad eũdẽ Illud te admoneo ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt. Facias aliqua que i habitu tuo aut genere uite nobilia sint. Et Tullius in li. de officiis. Totius iustitie nulla capitalior est quam eorum qui cum maxime fallunt id agunt ut uiri boni esse uideãtur. Et iterum in eodem li. Ficta omnia celeriter tanq̃ flosculi decidunt nec simulatum quicq̃ potest esse diuturnum. Et Oratius. Nũquam te fallant animi sub uulpe latẽtes. Impia sub dulci melle uenena latent. Secundo reprobatur & impugnatur hypocrisis a doctoribus & sanctis. Vnde sapiens Eccle.i. ait. Ne fueris hipocrita in conspectu hoim Et Iob. viii. Spes hipocrite peribit. Et. xx. Gaudium hipocrite instar puncti. Et Isaie. ix. Omnis hipocrita est nequam. Et Aug. super psal. lxiii. Simulata equitas non est equitas sed duplex iniquitas quia & iniquitas & simulatio. Et Crysostomus super Mattheum. Nulla res sic exter/minat bonum sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatũ dum non cognoscitur non cauetur. Et Petrus rauẽ. in quodam sermone. Hypocrisis subtile malum secretum uirus uenenũ latẽs tinea sanctitatis. Tertio re ꝓbat᷑ hypocrisis a domino Iesu xp̃o quem sepe inuenimus contra hypocrisĩ reclamasse. Vnde Mathe. v. dixit. Cũ facis elẽosinã noli tuba canere añ te sicut hypocrite faciũt. Et Mathei. vi. c. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et Mathei. xxiii. Ve uobis scribe & pharisei hipocrite q claiditis regnum celorum ante homines. Vos enim non introitis nec introeuntes sinitis intrare. Quod dictum est eo ꝙ scribe erant doctores legis & pharisei erãt religiosi apparẽtes boni existẽtes mali quibus similes sũt hodie multi. Et pro his dicit Aug. lxxxiii. di. iii. c. Nemo. Nemo nocet in ecclesia amplius q̃ qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Et iteꝝ Mathei. xxiii. xp̃s ait. Ve uobis scribe & phrisei hypocrite qui comeditis domus uiduarum orationes longas orantes. Istis similes sunt hodie qui promittunt dicere missas & psal. & plures orationes ut accipiant bona aliorũ. Et iterũ subdit xp̃s. Ve uobis scribe & pharisei hypocrite qui circuitis mare & aridam ut faciatis unum proselitum & cum factus fuerit faciatis eum filium gehẽne duplo q̃ uos. proselitus dicebat᷑ q ex gentilitate cõuertebat᷑ ad iudaismũ ad quod multum pharisei laborabant propter inanem gloriam

ſicut hodie faciunt multi religioſi & predicatoreſ qui paſſim & i/
diſtincte induunt habitum religionis uel tercii ordinis quoſcunq;
uiroſ uel mulieres & multiplicāt gentē ſed non magnificāt leticiā
Et itrum xp̄ſ ibi dicit. Ve uobis ſcribe & phariſei hypocrite qui
decimatis mētam & anetum & ciminum & reliquiſtiſ que grauiora
ſunt legis iuditium & miſericordiam & fidem. Similes ſunt hodie
illi qui curant de q̄buſdam leuibus utputa fratreſ minoreſ magnū
peccatum reputātes ſi quiſ pro neceſſitate portaret duaſ tunicaſ
aut ferret calciamenta & ſimilia. Et tn̄ de odio p̄ximi de iudiciis
falſis de detractionibus uenenoſis de liuore iuidie de faſtu arogā/
tie de ſpiritu preſumptionis de ābitione honoris & huiuſmodi aut
nihil aut parū curant. Seq̄tur ibi xp̄ſ. Ve uobis ſcribe & phari/
ſei hypocrite qui mundatis quod de foris ē calicis & parapſidis ītus
eſtis pleni immundicia & dolo. Et iterum ibi. Ve uobis ſcribe &
phariſei hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis que foris
parent hominibus ſpecioſa intus uero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ
& ōni ſpurcitia. Et iterū. Ve uobis ſcribe & phariſei q̄ edificatis
monumenta p̄phetarū patres aūt ueſtri occiderūt illos. Ex q̄bus
ōnibus habetꝰ q̄ acriter q̄ue duriter propter hypocriſi īcrepabat
phariſeos xp̄ſ. Modernis autem tēporibus o quanta diceret ſi nūc
ſicut tunc conuerſaretꝰ in terra. Et quis explicet q̄ntus ſit hodie
hypocritarum numerus q̄nta uitia peccata & ſcandala ſub ſpecie
ſanctitatis & bonitatis fiunt? O deus meus tu uides omnia. Facile
eſt decipere indoctas plebes que exteriora tantū conſiderant. Sed
tu intueris & penitras etiam intima cordis. Audeo dicere q̄ in die
iuditii multi qui nūc credūtꝰ boni iuſti ſobrii continētes amatores
paupertatis puri recti & ſimplices uidebuntꝰ in ſocietate dānatoꝝ
propter malitiam incontinnētiā laſciuiam caſtimargiam cupidiatē
& alia peccata que nūc hōīnibus abſcondita ſunt tūc uero oībus
fient nota. O hypocrite ātixp̄i diſcipuli qui ideo ad perpetrāda
multa faciora eſtis p̄mpti atq; ſecuri eo q̄ populus illa nō uidet
imo ſāctos eſſe uos arbitratꝰ. Ecce in celo teſtis omnium noſtrum
deus noſter cui nihil eſt abſconditum. Hinc Seneca ad Lucillū
dicit. Quid prodeſt aliquid ab homine eſſe ſecretum. Nihil deo
clauſum eſt. Idcirco omnis hypocriſis eſt reiicienda uiuendumq;
recte atq; hūiliter q̄m deus humilibus hic dat gratiam & in futuro
ſempiternam gloriam. In qua uiuit & regnat per eterna ſecula
Amen.

Feria sexta scde ebdomade in q̃dragesima. De inobediētia propter quā deus merito indignat̄ contra ipsos inobediētes & suorum preceptorum transgressores. Sermo. xxxvi.

Vferetur a uobis regnū dei & dabit̄ genti faciēti fructus eius. Verba sūt saluatoris nostri originaliter Math. xxi. c. & in euāgelio hodierno. Irascitur ualde omīpotens deus cōtra elatos superbos & inobedientes homines. Et cum eos absq̃ fructu humilitatis & bonoꝝ operū inuenit merito suis beneficiis ꝓuatos in eternū suppliciū condemnat. Hoc mystice innuit̄ in lectiōe sancti euangelii in qua Xpūs sapientissimus Phariseos induxit ut sententiam ferrent contra malos agricolas qui patrifamilias non dederunt fructum uinee in tempore suo. Dixerunt autem q̃ malos male perdet. At & ipse Iesus supaddidit. q̃ regnum dei esset auferendū ab illis qui supbissimi erant & inflati uane glorie uento ob quam sine fructu uere obedientie legis dei uiuebant. Quoniam autem hec pestis uirulenta inobedientie iam inuasit multos cū ipsa sit unū ex peccatis descendentibus a uana gloria & ꝓpter ipsam deus aufert ab hominibus regnū gratie & glorie sue. Idcirco in hoc sermone de ea erimus tractaturi. Distingue/mus autem triplicem inobediētiam. Prima dicitur ꝓtoplaustoꝝ. Secunda religiosorum. Tertia excommunicatorum.

De inobedientia primoꝝ parentum propter quam abstulit eis deus plurima beneficia que contulerat & acriter puniuit pena multiplici. Capitulum Primum.

Rima est inobedientia protoplaustorum siue primorum parentū pro qua deus abstulit eis regnum suum id ē gratiā suam & beneficia illa quibus eos priuauit quando illos eiecit post peccatum de terrestri paradyso. Ad qđ plenius intelligendū cōsideremus de illa inobedientia tria. Primo ueritatem. Secundo grauitatem. Tertio penalitatem. Primo consideremus ueritatē. pro qua disputandum est. Vtrum primorum parētum peccatū fuit inobedientia. Et q̃ sic patet per autores scripture. Vnde Apostolus Ro. v. ait. Per unius hominis inobedientiam pecca/tores cōstituti sunt multi & ꝑ unius obedientiā iusti cōstituent̄ multi. Et Augustinus in libro de uera religione. Adam propter transgressionem obediētie de paradiso deiectus est. Et idē supra Geñ ad litteram. Non potuit melius & diligentius commendari quantum malum sit sola inobedientia cum ideo reus iniquitatis

factus est homo quia eam rem tetigit contra prohibitionẽ quã si non phibitus tetigisset non utiq peccasset. Et idem libro. xiii. de ci. dei. c. xii. Non debet existimare quisq̃ leue ac paruũ illud fuisse commissum quia in esca factum est non quidem mala nec noxia nisi qa prohibita. Neq enim quicq̃ mali deus in illa tãte felicitatis paradyso crearet atq plantaret. Sed obedientia com/mendata est in pcepto. que uirtus in creatura rationabili mater est quodammodo omnium custosq uirtutum. Hoc itaq de uno cibi genere nõ edendo ubi aliorum tanta copia subiacebat tam leue preceptũ ad obseruandũ tam breue ad memoriã retinendũ presertim cum nõ dum uoluntati cupiditas resistebat. qd de pena transgressiõis postea subsecutũ ẽ tanto maiore iniusticia uidatũ est quãto faciliore posset obseruantia custodiri. Confirmari etiã potest qd dictum est quia primi parentes propter inobedientiã originali iusticia sunt puati. Inde Gen. iii. dixit deus Ade. quis indicauit tibi q nudus esses nisi quia de ligno de quo preceperã tibi ne comederes comedisti? sed cõtra potest qs arguere. Primo q peccatum illud fuit superbia. Nam Eccle. xvi. dicitẽ. Initiũ omnis peccati supbia est. Et eiusdem. xxv. c. A muliere sumpsit initiũ omnis perditio. Et Aug. in libro de uirginitate. Diabolus in celo uoluit esse sicut deus cadens autem persuasit homini simi/litudinem uoluntatis sue. secũdo arguitur q peccatum illud fuit auaricia largo modo sumpta. scdm enim Greg. super Ezechielẽ Auaricia non tãtum pecunie est sed etiam scientie & altitudinis. sed mulier appetiit scientiam quãdo diabolus dixit ei. Eritis sicut dii scientes bonũ & malũ. ergo peccatum id fuit auaricia. Tertio arguitur q peccatum illud fuit gula quia comederunt pomum ligni uetiti. Et Ambrosius dicit. xxxv. di. c. sexto die. Gula regnantem a paradiso expulit. Et Hierony. cõtra Iouinianum Sollicite prouidendum est ut quos saturitas a paradiso expulit esuries reducat. Respõdet Bon. di. xxii. scdi li. Quod pncipale peccatum hominis per quod lapsus est fuit inobedientia. Et ad hanc diabolus conatus est illũ adducere. sed quoniã nemo opaẽ aliquod malum aspiciens nec appetit malum nisi sub specie boni. Ideo clare depbendens diabolus q non posset mulierẽ pcipitare nisi proponeret aliquod appetibile illa temptando proposuit ad que omnis homo naturaliter inclinatur. Naturaliter autẽ omis homo appetit beatitudinem que est bonum gloriosum copiosum

& delitiosum. Vnde omnis homo naturaliter appetit excellẽtiã sufficiẽtiã & letitiã. Et ĩ ordinato appetitu taliũ cõsistit iustitia in immoderato uero culpa. Gula enim ẽ inordinatus appetitus cibi suauiter reficiẽtis. Auaritia ẽ inordiãtus appetitus sufficiẽtie. Supbia ẽ ĩmoderatus appetitus excellẽtie. Diabolus ergo pmo pmisit mulieri dignitatis excellẽtiã cũ dixit. Eritis sicut dii. Scđo subiũxit cognitionis abundantiã cũ dixit. Sciẽtes bonũ & malũ. Postremo subiunxit suauitatis expientiam cum ostendit lignum pulchꝝ uisu & ad uescendum suaue. Quia ergo mulier diabolice sugestioni consensit in appetendo pmo eẽ sicut deus: fuit supba. Deinde appetẽdo scire bonũ & malum: fuit auara. Postremo in experiendo suauitatem ligni uetiti: fuit gulosa. Et in hoc fuit transgressionis rea & inobedientie culpa inuoluta. Nec ẽ inconueniens plura genera peccatoꝝ scđm pgressũ cõcurrere ad unũ flagitiũ ppetrandũ. hec Boni. Ex cuius uerbis accipimus ꝙ pmi parentes per inobedientiã deliquerũt. Secundo cõsideremus de inobediẽtia primoꝝ parentũ grauitatẽ. Vtrũ. s. fuerit peccatũ eorũ grauissimũ omniũ peccatorũ. Ad quod respõdet dñs Bon. di. xxi. secundi libri. & . xxxiii. in declaratione littere. d. ꝙ unũ peccatũ potest dici grauius altero duodecĩ modis. Primo modo causalitate. Et sic peccatũ diaboli dicitur esse maximũ aliorum cuius inuidia mors intrauit in orbem terraꝝ. Scđo modo enormitate. Et sic peccatum Iude dicitur esse maximũ eo ꝙ uendidit xpm̃. Tertio modo ingratitudine. Et sic peccatũ illius dicitur esse maius q plura pcepit dona & bñficia. Quarto modo piculositate. Et sic peccatũ ignorantie dicit̃ esse maximũ qa piculosũ. Quĩto modo insepabilitate. Et sic peccatũ cupiditatis dicit̃ esse maximũ qa cũ cetera uitia senescente hoĩe senescãt sola auaricia iuuenescit. Sexto ĩportunitate. Et sic supbia dicit̃ esse maximũ qa etiã ex ipsis bonis opibus cõsurgit. Septimo modo pronitate. Et sic luxuria dicit̃ esse maximũ ad quã hoĩes magis sũt proni. Octauo modo maioris gratie impugnatione. Et sic peccatũ in spm̃ sanctũ dicit̃ esse maximũ. Nono modo rõe maioris offẽse. Et sic peccatũ idolatrie dicit̃ esse maximũ. Decimo mõ ratiõe maioris impbitatis atq libidinis. Et sic cuiuscũq generis pctm̃ põt fieri maius altero. Vndecimo mõ generalitate. Et sic pctm̃ primi parentis dicitur fuisse maius qa in totũ genus humanũ se diffudit. Duodecimo mõ rõne facilitatis resistendi. Et sic dicit̃

Magister sen. in textu ꝙ peccatum Ade fuit grauissimū. Vnde Augus. li. xiiii. de ci. dei ait. Magna fuit in peccando iniquitas ubi tanta fuit in non peccando facilitas. Sed adhuc dubiū ē qs eorū grauius peccauit uir aut mulier. Ad quod dicit Bon. ꝙ si loquamur de maiori grauitate quātū ad ingratitudinē grauius peccauit uir ꝙ̄ mulier ꝑ eo ꝙ abundātiora dona susceperat. Et ideo cū beneficiorū oblitus bn̄factore suū cōtempsit & offendit magis ingratus fuit et in sui ĩgratitudine maiori culpabilior ex/titit. Si autem loquamur de maioritate quantū ad libidinem sic amplius peccauit mulier ꝙ̄ uir ꝑ eo ꝙ magis improba uolūtate peccauit dū cōcupiuit deo assimulari. Et ardentius appetiuit dū credidit hoc se obtīere posse quod diabolus ei suggessit. Et ideo ꝑpter uolūtatem magis improbam mulier peccauit ex maiore libidine & quātū ad hoc culpabilior uiro fuit. Si autē loq̄mur de maioritate culpe quātū ad corruptionē cōsequentē distiguē/dū qa aliquid pōt dici corrūpere dupliciter. Aut ꝑ modum cause aut ꝑ modū occasionis. Si ꝑ modū cause sic qa peccatū uiri fuit causa transfusionis peccati in posteros & ita corrupit se & alios maior cōsecuta ē ex peccato uiri corruptio. Et quātum adhoc culpa uiri dicitur fuisse grauior. Si uero per modum occasionis sic qa peccatū mulieris fuit occasio peccati uiri & ita ꝑ cōsequēs omniū aliorum hoc modo mulier pōt dici corrupisse ceteros nō solū posteris sed etiā uirū suū. Vnde non solū peccauit in se sed etiā in ꝓximū. Et quantū ad hoc dici potest ꝙ̄ muliere grauius fuisse peccatū. Tertio cōsideremus circa peccatū primoꝝ pntū inobedientie penalitatem. Puniuit nāq; deus inobedientiā illam triplici pena. Prima fuit tpalis. Scd̄a corpalis. Tertia spūalis. Prima fuit pena tpalis quādo eiecit eos de terrestri padiso in quo habitabant in quiete et deliciis ac iocūditate ꝓ auitq; illos habitatione tā grata ut dicit Gen. iii. Scd̄a pena fuit corpalis. Nam per illam inobedietiā introducte fuere omnes penalitates oēs labores omnes angustie omnes egritudines omnia denīq; genera mortis quibus affligitur humanū genus. Vt enī docent doctores in. ii. di. xxx. Nisi fuisset culpa nō essēt hec mala sub/secuta. Quia ut dicit Anselmus ii. Cur deus homo. c. x. Ei qui factus ē iustus ad beatitutinē non debet infligi pena sine culpa. Propterea dixit deus mulieri. Multiplicabo erūnas tuas et con/ceptus tuos. In dolore paries filios. Ade uero dixit. Maledicta

terra in ope tuo in doloribus comedes eā cunctis diebus uite tue. Spinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbas terre. In sudore uultus tui uesceris pane tuo donec reuertaris i terram de qua sūptus es qa puluis es et in puluerē reuerteris. Tertia pena fuit spūalis. qa ppter illā inobedientiā puatus fuit hō originali iustitia et factus indignus beata uisione dei. O quale fuit illud malum ppter quod indignatus deus p tot annorum milia in ira continuit misericordias suas. O grandis culpa que non nisi xpi sanguie unquā potuit deleri. O dānosa transgressio diui pcepti que clausit omnibus celū p tot ānoꝝ milia. Patet ergo q ablatū sit dei regnum idest concessa beneficia ab homine instituto pp/ter inobedientiam.

De inobediētia religiosorum que aliquādo potest excusari aliqn interptari aliqn uero repbendi & repbari & de septē gradibus uere obedientie. Capit. secundum.

Ecunda inobedientia ē religiosorum in quibus possumus inuenire precipue triplicē inobedientiam. Prima dicitur excusata. Secunda interptata. Tertia repbata. Prima inobīa est excusata qn aliquis non obediret prelato. Aut quia pciperet aliquid cōtra caritatem dei. Aut cōtra caritatem proximi. Aut mandaret qđ uel nullo mō cum magna difficultate fieri posset xi. q. iii. c. Non semper malū ē non obedire precepto. Cum enim dñs iubet que deo cōtraria sunt uel aduersa sāctis scripturis tūc ei obediendum non est. Vide alia. Scđa inobīa est interpretata quādo aliquis licet obediat interptatiue tamē inobediēs dici pōt quia desunt ei ueri obediētis conditiōes. Scđm. n. Bern. septē sūt obīe gradus. Quoꝝ pma est obedire libenter. quē gradum ut ipe ait non potest ascendere q uolūtatem pcipiētis non fecerit Hoc dicitur ppter multos subditos qui prelatos stimulant aut uexant in multis quibus tunc obediūt cū plati ea que uolūt ipi subditi mandāt. Et si qnq i aliis obediāt id facere uidentr coacti Secūdus gradus obīe ē obtpare simpliciter. Multos enī uidemus post precipientis imperium multas facere questiones dicendo. Quare? Vnde? Quis pōt hoc facere? Inde sequit murmuratio excusatio simulatio & aduocatio amicorum. Tertius gradus est obedire ilariter. Ilarem enī datorem diligit deus. ii. Cor. ix. c. Quartus gradus ē obedire uelociter In cuius figuram xps dixit zacheo Luce. xix. Festinās descēde. Quītus gradus ē obedire

uiriliter. Inquit enī sapiēs in psona obediētis anime. Manū suā misit ad fortia. Sextus gradus ē obedire hūiliter iuxta regulā Xpi. d. Luce. xviii. Cū oīa feceritis que pcepta sūt uobis dicite Serui inutiles sumus. Septimus gradus ē obedire indesinenter. Quia ut dicit Bern. Quid cū regula pdest & ante cursus metam deficere. Notādū tamē secundum Bon. in. ii. di. xliiii. φ de obīa exhibenda prelato a subito religioso possumus loqui dupliciter. Aut secūdum pfectionem. Aut secundum obligationē. Si pmo mō sic dicit Bern. φ perfecta obedientia finem nescit. Et pfectus obediens nō solū in his que mandat sed etiā supra ea que platus mandat pmptū habet officiū. Si autem loquamur de obediētia scd̄m obligationē sic habet terminū & mensurā iuxta magnitu/dinē uoti emissi. Non enī amplius tenētur subditi obedire suis platis nisi in his que promiserunt domino obseruare et non sūt contraria anime & regule sue. Vnde si platus aliquid precipiat quod sit supra uotum subditus non tenetur ad illud implendum. Tertia ē iobediētia reprobata eoꝝ. s. qui de facto suoꝝ platoꝝ preceptis que iusta que bona que discreta sūt presumūt repug/nare. Et qn̄q; totaliter sine ulla causa sine alicuius superioris licētia totaliter a religiōe discedere & apostatare a qbus auferē dei gratia & datur faciētibus fructus obedientie.

De inobedientia excōmunicatoꝝ & quare potest quis ex/cōmunicari & quō iniusta excōmunicatio est timēda & de septem penalibus separationibus quas excōmunicatio facit. Capitulum. iii.

Ertia iobediētia ē excoīcatoꝝ eoꝝ q pp̄ter inobediētias & transgressiones suas merito ab ecclesia excoīcantur. Pro quibus de ipa excōmunicatione cōsideremus tria. Primo cām. Scd̄o iniustitiā. Tertio penam. Primo consideremus causam. Vtꝝ. s. solū peccatum mortale sit causa ut aliquis excōmunicetē Et uidetur φ non qa qn̄q; excōmunicatur innocens cū pbatur crimen contumatie contra eum in foro iudicii nec tamē iudex hoc faciens repħenditur quamuis in sua conscientia sciat illum innocētem. ergo aliquādo debet homo excōmunicari nō pro mortali. Sed cōtra. extra de uerboꝝ signi. c. Ex parte. in glo. dicit. Nemo excōmunicatē nisi pro mortali. Et quia. aliter non potest corrigi. Et. xi. q. iii. c. Nemo. dicit. Anathema non nisi pro mortali debet imponi crimine & illis qui aliter non possunt

corrigi. Rñdet Ric. in. iiii. di. xviii. q excõmunicatio maior ẽ grauissima pena quam ecclesia possit inferre. Vnde dicitur in preallegato. c. Nemo. q anathema est eterne mortis damnatio. Et. xxiiii. q. iii. c. Corripiantur. dicit. q excõmunicatione nulla maior pena ẽ in ecclesia. Et ideo sicut dicit glo. ibidem non est infligenda pro leuibus criminibus. Vnde dicẽdũ q iudex nullum debet excõmunicare nisi p mortali peccato nec p quocũq mortali sed p peccato cõtumatie uel cui cõtumatia ẽ ãnexa. xi. q. iii. c. Ablit. &. c. Epĩ. Quadrupliciter autẽ homo peccatũ cõtũatie incurrit. s. Aut qñ sufficienter uocatus non uenit ad iudiciũ nec remanendi habet legitimam causam. xxiiii. q. iii. c. De illicita. Aut ueniẽs respondere cõtemnit & rationẽ reddere q̃re rñdere non debet. Aut antequã debeat discedit. xi. q. iii. c. Certum est. Aut sententie non obedit. ut. ii. q. vi. c. Quisquis pbatus. Ille autem qui impedit aut fraudulenter pcurat ne ad ipm citatio perueniat pro citato debet haberi. Ille etiam qui ueniens se non representat iudici sed se occultat reputandus est quasi nõ uenisset. Ad argumẽtum ĩ oppositũ dicendum. q etsi ille q excoĩcatur in pdicto casu non sit in peccato mortali tñ iudex fert sñiam sicut pro mortali quia iudex in foro contentioso non debet iudicare secundũ sẽtentiam conscientie pprie sed secundũ allegata. Ideo iuxta leges & iura pnuntiat. Secũdo de ipsa excõmunicatione consideremus iniusticiã. Et querimus. Vtrum excõmunicatus iniuste debeat excõmunicatus reputari. Et uidetur q nõ quia xxiiii. q. iii. c. Certum. &. §. sequẽti dicit. Illicita excõmũicatio non ledit eũ qui notat sed illũ a quo notatur. Et. xi. q. iii. c. Si cui est illata. dicitur. Si iniusta ẽ tãto curare eã non debet q̃nto apud deum & eius ecclesiã neminẽ põt grauare iniqua sẽtẽtia. Contra ẽ qd dicit. xi. q. iii. c. Sentẽtia. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timenda ẽ. Rñdet Ric. ubi supra. q ut dicit. xi. q. iii. c. Epĩs. §. Si ergo. q sẽtentia aliqñ ẽ iniusta ex animo proferentis iusta uero ex ordine & causa. Aliqñ est iusta ex animo & ordine sed non ex causa. Cũ autem ex causa fuerit iniusta qñ nullũ delictũ om̃ino est in eo ĩ quẽ fertur excoĩcatio quod sit excõmunicatione dignũ. Ex animo iniusta est sẽtẽtia qñ non fertur amore iustitie sed liuore odii uel pretio aut fauore aduersariorum. Ex ordine iniusta ẽ qñ fertur iudiciali ordine nõ seruato ut dicit. xi. q. iii. c. Seruetur. §. Lec sententia. In oĩbus

bis casibus sententia excōmunicationis iniusta timēda ē quousq; per eum qui tulit eam uel per alium supiorē fuerit reuocata exceptis aliquibus casibus in quibus non est timenda qui ponunē in glo. in pfato .c. Sentēcia. Vnus est qñ excōmunicans nō habet potestatē excōmunicandi. Alius est qñ fertur excōmnnicatiōis sentencia post appellationem legitimam & cōtinet intolerabilem errorem. ut patet extra de appellatiōibus. c. Ad nostram pñtiā. & de sentēcia excō. c. Per tuas. Tertius casus cum pro indebitis exactionibus aliquis excōmunicaē. extra de excessibus platoꝝ c. Cum ad quorūdam. Ad auctoritates autem primo allegatas dicendū q intelliguntur de lesione quo ad deū & de illo qui excōmunicationē non contemnit & qñ excōmunicatio est iniusta ex causa. Tertio consideremus de excōmunicatione penā. Nā excōmunicatio maior dicitur anathema qd interpretaē separatio eo q sic excōmunicatus in penā contumatie & inobedientie separatur a septē magnis bonis. Primo separatur a celo qa nūquā intrabit in illud nisi absoluatur ab ea. Vnde xps dixit Mathei xvi. Quodcūq; ligaueris sup terrā erit ligatū & i celo. ppterea Crisos. xi. q. iii. c. Nemo. ait. Nemo contemnat uincula ecclesiastica. Non ē homo qui ligat sed xps qui hanc ptātem dedit & dominos fecit homines tāti honoris. Scdo separatur excoīcatus ab omni sacramēto ecclesie ut patet. iii. q. iiii. c. Engelteudam & ideo nullius sacramenti talis est capax qa sacramēta cōferunē existētibus in ecclesia. Vnde talis nec absolui potest a peccatis in confessione quātūcūq; esset contritus & dispositus ad faciēdū omnia nisi prius absoluatur a uinculo excōmunicationis secūdū Tho. in. iiii. & si absolueretur nō ualeret sed oporteret eū postea absolui iterum. Nec talis potest contrahere matrimoniū. Si tamen contraheret teneret quidem matrimonium: sed peccaret mortaliter contrahēdo. Vel si recepit ordines sacros uel exeqēs eoꝝ actus uel celebrādo uel cantando euāgelium & huiusmodi efficitur irregularis indigens dispensatione papę. Tertio sepaē excōmunicatus ab ecclesie suffragio. Dicit enī Apost. Ro. xii. Omnes sumus unū corpus in xpo. s. misticū & spūale. Clarū est enī q mēbrū sepatū a corpore non recipit partem nutrimenti quod p cibū assumitur. Cibus hic corporis sūt orationes & alia bona que fiunt in ecclesia. Sed excōmunicatus est membrum sepatū ab ecclesia. Dicit enim August. xi. q. iii. c. Oīs xpianus.

Dilectissimi q a sacerdotibus excõmunicatur sathene traditur quia .s. extra ecclesiam eiicitur. Et de hac etiã loquitur .xxiiii. q .iii. c. Apostolice .c. Tã sacerdos .c. Secande. Et .c. Corripiãt Ex quo excõicatus non habet ptẽ bonoꝝ que fiũt a fidelibus Vnde diabolus habet maiorẽ potestatẽ seuiendi in eũ. Quarto sepatur a diuino officio Vnde Isidorus .xi. q. iii. c. Cũ excõi/cato. dicit. ꝙ. non licet cum illo orare. ꝓpter qđ dicit. Ray. in sũma & alii doctores. ꝙ si excõmunicatus ẽ in ecclesia qñ dicitur diuinũ officiũ debet admoneri ut exeat. Et si exire nolit uiolẽ/ter debet emitti. Et si fieri non potest dimitti debet officiũ quo/usqꝫ exeat etiã missa si nõdũ incepit canonẽ. Secus si incepisset quia tũc debet ꝓsequi usqꝫ ad cõionẽ sumptam & postea residuũ exeundo in sacristiam dicere. hoc uero intelligẽdum ẽ quando excõmunicatio esset notoria. Nã si occulta est nõ ẽ euitandus excõmunicatus in publico ne ꝓdatur crimen. Hodie tamen per decretũ Constantieñ. ꝓhibita ẽ huiusmodi ꝑticipatio in diuinis quo ad excõmunicatos denunciatos in ecclesia & notatum. Ipse tñ excõmunicatus scienter ꝑticipãs in diuis nõ euadit mortale peccatũ. Quinto separatᷓ a fidelium consortio quia non potest ꝑticipare cũ aliis fidelibus nec ipsi cũ eo in comedẽdo uel bibendo uel salutãdo uel loquẽdo exceptis casibus qui ponũtᷓ .xi. q .iii. c. quoniam. in textu & in glo. de quibus suo loco plenius dicemus Sexto sepatᷓ excõmunicatus a quolibet actu legitimo. Vnde nec testificari potest nec excusare: nec aduocare: nec iudicare. Et iudicata p eũ cũ notorium esset non tenerẽt nec absoluere nec ligare nec eligi potest ad ꝑlaturã seu dignitatẽ nec eligere. Solũ ad ꝑdicationẽ admitti potest sicut & infidelis ut cõuertatᷓ ex doctrina ad uerã penitẽtiam & obedientiã de conse. di .i. c. Epus. Septimo sepatᷓ post mortẽ ab ecclesiastica sepultura quia non põt sepeliri in ecclesia uel in cimiterio sed extra sicut ãĩalia bruta. Nec debet deferri cũ modo cõsueto fideliũ ad ecclesiam nec possunt ꝓ eo fieri orationes sollemnes seu offitiũ nisi prius absolueretur post mortem a sñctẽtia. Quod fieri potest quando apparerẽt signa cõtritiois ante mortẽ & ꝙ quesiuit absolutionẽ Exemplũ est de illis sanctimonialibus quas beatus Benedictus excõmunicauit ꝓpter loquacitatẽ suã que post mortem earum sũt uise exire de sepulchris & de ecclesia quando celebrabatur & dicebatᷓ officiũ quas cum beatus Benedictus reconciliasset non

sunt amplius uise exire sicut refert Grego. ii. dial. li. Non sinc igitur xpiani obstinati ad obediendum spernentes ecclesiasticas censuras & cōmunicationes paruipēdentes quia ut dicitur xi. c. Nihil. xi. q. iii. Nihil sic debet formidare xpianus sicut separari a corpore xpi. A cōtumacibus itaq; & inobedientibus & excō/municatis aufert deus gratiā suā. Quam nobis et obedientibus largiat in hac uita deinde perducens ad etherea regna Qui sic benedictus in eternū & in secula seculo4. Amen.

Sabbato secunde ebdomade in quadragesima. De peccato contentionis quod ut plurimū ex uana gloria oriri solet.

Sermo. xxxvii.

Ixit patri suo. Ecce tot ānis seruiui tibi et nunq̄ mandatū tuū p̄terii. Luce. xv. c. & in euāgelio hodierno. Propriū est eo4 qui inanis glorie uento impelluntur libenter contendere Quod uiciū rep̄hēsibile inuentum ē in filio seniore de quo euā/geliū meminit. Nolebat enī introire domū sed cōtendebat non solum cū seruis sed etiam cū genitore suo. Et qm̄ ad penitentie integritatem requiritur ut omnia uitia deponātur. Cum uero cōtētio que ex uana gloria nascit̄ piculosa possit eē atq; dāna/bilis. Idcirco de ipsa i hoc sermone dicemus de qua tria mysteria erunt declaranda. Primū dicitur diffinitionis. Scd̄m abbom/nationis Tertiū determinationis.

Quid sit cōtētio & quomō pōt fieri uel p̄pter emulationē uel p̄pter disputationē uel p̄pter litigationē. Ca. i.

Rimū mysteriū declarandum dicitur diffinitionis. In quo quid sit contentio uideamus. Et nō loquimur de cōtētione que est oratio ad cōfutandum uel confirmandū accōmodata q color ē rethoricus ut dicit Tullius in rethorica. Sed loquimur de contentione put ē uitiū. Et sic diffinitur secūdum Alex. in. ii. sūme hoc modo. Cōtentio est impugnatio ueritatis cū cōfidētia clamoris. Est ergo cōtendere uerbis cōtra aliquē tendere. Hoc autem fieri pōt tripliciter. Primo ratione emulationis. Scd̄o ratione disputationis. Tertio ratione litigationis. Primo potest aliquis contendere cū alio ratione emulationis & inuidie. Nā aliqui sūt qui ita diligūt suos & gloriam eo4 ut non possit sine displicētia famā & uirtutes alio4 audire & dicētibus atq; narrā/tibus obstant et contradicunt. Talis fuit contentio que fuit in Corinthiis conuersis ad fidē quos Paulus reprehendit. Cor. i. d.

Obsecro uos fratres per nomē dñi nostri Iesu Xp̄i ut id ipsum dicatis omnes & non sint in uobis scismata. Sitis autē pfecti in eodem sensu & in eadem sciētia. Significatū ē enī mihi de uobis fratres mei ab his q̄ sunt Cloes quia contentiones sunt inter uos: Hoc autem dico q̄d unusq̄sq; uestrū dicit. Ego quidē sū Pauli ego autem Apollo ego uero Cephe ego autem xp̄i. diuisus est xp̄s? Et. iii. c, Cū sit inter uos zelus & contentio nōne carnales estis & secundum hoīem ābulatis? Cū enī quis dicit Ego sū Pauli alius autem ego Apollo. nōne hoīes estis? Quid ergo est Apollo? Quid aūt Paulus? ministri eius cui credidistis. Et unicuiq; sicut domīus dedit. Ego plātaui Apollo rigauit sed deus īcrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Existimabant nāq; illi Corinthii q̄ qui a meliore & maiore esset baptizatus ille maiorem gratiam asse/queret̄ quasi homines darent gratiā. Similiter etiā contēdebāt romani et iudei cōuersi ad fidē. Dicit enī Hieronymus ī plogo in epistolā ad ro. Romani qui ex iudeis & gentibus crediderūt hi supba cōtentione uolebāt se alterutꝝ exaltare. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dñi quos ab ītio fouit & dilexit. Nos circūcisi ex genere Abraham & stirpe sācta descendimus. Nos de egipto sigīs & uirtutibus liberati mare sicco ptrāsiuimus pede. Nos p. xl. annos expti sumus mirabilia magna dei. Nos soli digni fuimus accipe legē & uocē dei loquētis audire. Nobis pmissus est xp̄s ad quos ip̄e uenisse testatur. Dicit enim non sum missus nisi ad oues que pierūt domus israhel cū uos canes potius q̄ homines appellauerit. Non ē ergo equum ut uos hodie idola deserētes cōparem in nobis. Ecōtra gentiles dicebant. Quanto maiora circa uos dei bñficia narraueritis tanto maioris criminis reos uos esse monstrabitis. Semp enī his omnibus ingrati fuistis Nam ipsis pedibus quibus pertransistis mare postea ante idola ludebatis. Manna uobis fastidiū fuit & semp in deserto contra deum murmurastis. Sepe deū ad irā puocastis & ad ultimum xp̄m in lege & prophetis promissum occidistis. Nos itaq; uobis digniores sumus qui ut de xp̄o audiuimus mox in eū credidimus Ideo p prophetā de nobis dñs ait. populus quem non cognoui seruiuit mihi. Vnde constat nos non ex industria sed ex igno/rātia deliquisse His ergo altercātibus apostolus medius inter eos omnes eoꝝ contentiones dirimens ad unā cōcordiā eos adduxit

ostendens nullũ eorũ meritis suis esse saluatos quia omnes iudei & omnes gẽtiles sub peccato tenebãt sed p dei gratiã liberati sũt. Ideo dicit Ro.ii. Non est eñi psonaꝝ acceptio apud deum. Et iii.c. Non est distinctio omnes eñi peccauerunt & egent gratia dei Et.xviii.c. Omnis q credit in illum non cõfundet. Non eñi est distinctio iudei & greci. Nã idẽ dominus omniũ diues ĩ omes qui inuocãt illũ. Sic & discipuli Iohãnis baptiste forte cõtẽdebant de Iohanne baptista & de xp̃o. Sic & quottidie contẽdũt aliqui de p̃dicatoribus de doctoribus de fũdatoribus religionũ & de sanctis. Pro quibus facit exemplũ illud qđ ponit ĩ legẽda Iohãnis baptiste. ꝙ duo doctores erant famosissimi quoꝝ unus in magna deuotione habebat Iohannem baptistam alius uero Iohãnem euangelistam. Cũ quilibet satis sãctũ suũ cõmẽdaret & alterum alteri preferret tandem conduxerunt se uelle facere publicã disputationẽ ad ꝓbandum quis maior esset. Sed nocte p̃cedenti disputationem Iohãnes baptista apparuit suo deuoto & Iohannes euangelista suo reuelantes ꝙ disputationem talem dimitterent quia ipi bene cõcordabant in celis ita & ipsi deberẽt concordari in terris & demũ in supnis uiderent hanc ueritatem. Scđo potest quis contendere contra aliũ ratione disputationis. Que secundũ Alex. si fieret ꝓ declaratione mentis & seruato mõ debito nullum esset peccatũ. Sed si fieret ex quadam titilatione honoris & glorie ueniale peccatũ esset sicut fuit in apostolis de quibus dicit Luce.xxii. facta ẽ cõtentio inter eos quis eorum uideret esse maior. Ipi eñi tũc ut dicit Tho.ii.ii.q.xxxviii. Non contendebãt cum intentione impugnandi ueritatem quia quilibet defendebat qđ sibi ueꝝ uidebat. Erat tamen in eorum contentione deordinatio quia contendebant de quo nõ erat cõtendẽdum .s. de primatu honoris. Nondũ eñi erant spũales sicut dicit ibi glo. Ideo dñs conpescuit eos. Sed nunquid licitum est disputare cũ hereticis. Ad hoc rñdet Alex.iii.ii.ꝙ hereticus aut est ab ecclesia p̃cisus ꝓpter ptinacẽ sententiã aut non. Si p̃mo mõ tunc non est cũ eo habẽdum cõsilium iuxta illud psal. Non sedi cũ cõsilio uanitatis. Et de hoc apostolus ad Titum iii.c. ait. Hereticũ hominẽ post primã & secundam correctionem deuita. Vnde heretici post dãnationem non uocantur ad cõsilium sicut patet.xxiiii.q.i.c. Maiores. Si uero heretici adhuc sũt corrigibiles licitũ ẽ cõtendere & disputare cum eis ut ad fidẽ reuocẽt

uel ut falsitas eorū alijs manifestetur. Hoc autē intelligendum est de pbatis in doctrina quia piculosum esset simplicibus cum hereticis disputare. Tertio potest quis contendere contra alium ratione litigationis sicut faciūt multi qui omnē sētentiā pximi querūt īfringere & clamorosis uocibus multiplicatiōeq uerborq uolunt uincere. Et secūdum Tho. ii. ii. ubi supra. Si contentio fiat pter notabilem impugnationē ueritatis aut iniuriam uel damnum proximi sicut facere solent procuratores & aduocati peccatum est mortale.

Quod abhominandū est uitiū cōtentionis tum q̄a reddit hominē exosum tum pter honorē tum etiam propter scādala que inde sequuntur. Capit. ii.

Secūdum mysterium declarandum de contentione dicitur abhōinationis. Est enī abhōinabile pter tria hoc uitiū. Primo pter confusionē. Scđo propter honorationē. Tertio pter deriuationē. Primo pter confusionem. Contentio nāq facit ipsos contenciosos abhōinabiles & exosos hominibus similes canibus quantum ad actum & demonibus quātum ad maliciam Quisnam non uitupabit hominē semp clamātem contendentem paratum ad omnia contradicere sententiā suam uerā uel falsam supbe & ptinaciter defendentē? Ideo Augustinus ait. Nihil est ita simile actibus demonū sicut litigare. Et puerbi. xvi. Homo peruersus suscitat lites. Et. xviii. Labia stulti miscent se rixis & os eius iurgia prouocat. Et itez. xvi. Vir impius fodit malum & in labijs eius ignis ardescit. Et. xvii c. Semper iurgia querit malus angelus autem crudelis mittet cōtra eū. Scđo abhōianda est contentio propter honorationē. Est quidē homo qui con/ tentiones fugit dignus honore. Vnde prouer. xx. Honor est homini qui sepat se a contentionibus. Omnes autē stulti miscēt se contumelijs. Et Paulus. ii. Thi. ii. Stultas autem & sine dis/ ciplina questiones deuita sciens q̄ generant lites. Seruum autē domini non oportet litigare sed māsuetū esse ad oēs docibilem patiētem cum modestia corripientem eos qui resistūt ueritati. Quāti autē meriti sit apud deum non cōtēdere claꝝ esse potest p illud quod legitē in uitis patrum. q̄ orante sancto Macbario uox insonuit ad eū. d. Nondum ad mēsurā duarū mulierum uenisti que habitāt i pxima ciuitate. Cūq̄ quesiuisset. Mach/ arius & inuenisset eas cōuersatione eaꝝ interrogauit. Ipse uero

dixerūt. q erant mulieres duorū fratrū & p quinq annos simul fuerant nec uerbum cōtentiosū fecerāt. Nec unq aliqua earum dicto uel facto aliā contristauerat. Quod audiens Macharius bene edificatus recessit. Tertio ē abbominanda cōtentio ppter deriuationē. Ab illa siquidē sepe deriuantē plurima scādala odia dissensiōes rixe & qnq post uerba uenitē ad uerbera. Propterea dicitur Eccle. xi. Ab una scintilla augetē ignis & a doloso augetē sanguis. Et. xxviii. Lis festinans effundit saguinem.

Quod non est contendendum cum potētioribus se nec cū diuitibus nec cū loquacibus & linguosis Capit. iii.

Ertium mysterium contemplādum de contentione dicitur determinatio. Nā licet non sit cum aliquo contendēdum uerūtamen sapiēs enumerat tria hominum genera. Primi sunt potētes. Scdi locupletes. Tertii linguati. Primi cum quibus nō est litigādum neq contendendū sūt potentes. Vnde ecclesiastici viii. Non litiges cū homine potēte ne forte incidas in manus illius. Potentes autē dicūtur omnes supbi uel superiores domini plati & parentes cum quibus non est cōtendendū. Secundi sunt locupletes & diuites. Vnde ecclesiastici ubi supra dicitur. Non cōtendas cū uiro locuplete ne forte econtra cōstituat tibi litē. Multos pdidit aurū & argētum & usq ad cor regū se extendit & conuertit. Et licet piculosū sit cum talibus contendere uerbis. tn piculosius est litigare factis. O quot pauperes uoluerūt cū diuitibus i iudicio cōtendere siue p possessiōibus ab eis occupatis siue p pecuniis & aliis rebus usurpatis & tandē diuites pualuerūt Vt enī dicit sapiēs puer. Diuitie addūt amicos plurimos a paupere aūt & hi quos habuerit sepantur. Et Isido. xi. q. iii. c. Pauper ait. Paup dum nō habet quid offerat non solū audiri contemnitē sed etiā contra ueritatem opprimitur cito uiolatur auro iustitia nullamq reus ptimescit culpam quam redimere nummis estimat. Nec tantum paupibus uerum etiā & diuitibus huiusmodi litigia sunt damnosissima. qm ut ait Crisos. li. iii. Epistolarū. Longa questio litigantium non tā auget patrimonia q euertit. Tertii cū quibus non est contendendum sunt homines linguati & sine ratione loquentes. Vnde ecclesiastici. viii. c. Non litiges cum homine linguato & nō struas ignē i ligua illius. Sunt de huius/modi genere mulieres garule loqces & litigiose. Vix una domus repitē in qua nō sit huiusmodi pestis macula. Contendit mulier

nūc cū uno nūc cū alio. Nunc cum uiro nūc cū socru nūc cum nuru nunc cum uicina. Estq̧ contentio illi uelut cibus. De hac sapiens prouer. xix. dicit. Tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. Quasi dicat ꝙ qui habitat in domo perstillante quando uult declinare stillicidium in uno loco inuenit in alio ita ꝙ non inuenit requiem. Sic & ille qui mulierē habet litigiosā in domo Ipa ecquidē est uenenū amarissimū turbās omnia bona. Quia ut scribit ꝓuer. xvii. Melior ē bucella sicca cū gaudio ꝙ̄ dōus plena cū iurgiis. Quisnā ualet exꝓmere quot odia aut scandala exorta & in dies oriri uident inter patrē & filiū inter fratrem & fratrē inter uicinū & uicinū ꝓpter contentiones mulieꝝ? Sed audiāt uiri qui sensu & ratione mulieres supare debent salubre. consilium quod illis damus. Si in domo sunt duo germani simul cohabitantes & inuenirent litigantes uxores caueant ne & ipsi. litigent. sed potius unusquisq̧ aduocet suam & uerbis uel factis corrigat illam ꝓut necessitatibus uiderit expedire. Sic faciant uiri uxoribus sic & paterfamilias subditis suis Iustum namq̧ est inuicē supportare & non omni uerbo cōtrariū referre sermonē. Ideo apostolus Eph. iiii. dixit. Obsecro uos ego uinctus in dño ut digne ābuletis uocatione qua uocati estis cū omni humilitate & mansuetudine cum paciētia supportantes inuicem in caritate solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quam nobis largiat deus cōcedēs hic gratiam & in futuro gloriā. Amen.

Dominica tertia in quadragesima in mane de ira dei que efficax remedium esse potest ad inducendum homines ad penitentiam. Sermo. xxxviii.

Erit ira dei in filios diffidētie. Doctoris gētiū uerba sunt ista originaliter ad Eph. v. c. & i epistola ꝓsentis dominice Efficacissimū remediū arbitratus sū peccatoribus ut ad pēitētiā redeant ante illoꝝ faciem ꝓponere terribilitatem & horrorem iracundie dei. Nam ut August. ait. iiii. li. de doctrina xpiana. plerosq̧ incredulos misericors dei patientia longa peccare facit intrepidos quia deū nō arbitrant peccatoꝝ suorū ultorē. Nos igit̄ huic piculo ꝓuidere uolentes in presenti sermone de ira dei erimus uerba facturi. Et licet multis infectū gustū habētibus grauia sit huiuscemodi uerba tamē humilibus & deuotis uidebūt animaꝝ languētium medicina. Inquit enī August. xxiii. q. iiii. c. Ipa pietas. Modestus est medicus furenti frenetico & pater in

disciplinato filio. Tamē nō ppterea negāda ē īfirmo medicina neq; a filio disciplina est auferenda. Ad hoc uocati sumus ut clamemus & arguamus & detestemur delicta annunciemusq; tremenda iudicia dei. Per Isa. enim lviii. c. Dñs ait. Clama ne cesses quasi tuba exalta uocē tuā & ānūcia populo meo scelera eorū. Propterea utar uerbis Hiero. ad palmachiū & Occeanū dicentis. Adulari non possum ne & fratrem meū decipiam & me sermo peutiat. Salomonis qui ait uerba adulatorū mollia sunt & hic fuerunt interiora uentris. Pro salute itaq; & correctione peccatoꝝ de ira dei secure loquimur de qua tria mysteria pricipalia erūt cōtemplāda. Primū dicit contemptibilitas. Secūdum terribilitas. Tertiū ppinquitas.

Quod pleriq; contēnunt iram dei uel quia cogitant deum non esse uel quia credunt ipsum non irasci uel quia diu expectauit illos deus. Capitulum. i.

Rimū mysteriū cōtēplādū de ira dei dicit cōtēptibilitas ī quo uidere libet q̄re ē q̄ multi audiētes loqui de tremēda ira dei illam non timent sed potius ut experientia docet ridendo cōtēnunt. Et colligi possūt huius erroris tres pricipales ratiōes Prima dicit stulte cogitationis. Scd'a false oppinionis. Tertia diuturne expectationis. Prima ratio quare a multis non timet ira dei dicitur stulte cogitationis quoniā stulte cogitant deum nō esse. Pro quibus querimus. Utꝝ possit aliquis cogitare non esse deum. Et uidetur q̄ non. q̄a ut ait Ansel. Deus scd'm animi cōceptionē ē quo nihil melius nihilq; maius excogitari potest Sed maius ē qd' nō potest cogitari non esse q̄ qd' potest. Ergo cū deo nihil maius possit cogitari deū esse ita est qd' nullo modo potest cogitari nō esse. Sed contra arguit̄ p textū Iohā. dama. Dicit enī sic. In tantum preualuit pniciosa malicia hominum ut dicāt nō esse deū. Et Tullius li. i. de natura deoꝝ ait. Quidā dixerunt totam de diis īmortalibus opinionem factam esse ab hominibus sapiētibus reipublice causa ut quos ratio non posset eos ad officium regium ducerent. Rñdet. d. Boñ. di. viii. i. li. q̄ cogitare cū assēsu aliquid nō esse pōt puenire dupliciter. Aut ex defectu ītelligētis. Aut ex defectu intelligibilis. Defectus ītelligētis ē cecitas uel ignorātia ob quā quia ignorat rē cogitat ipsam nō esse. Cōtingit aūt dupliciter esse cognitionē de aliquo ente. s. si est. Et qd ē. Intellectus aūt noster deficit ī cognitione

diuine ueritatis quantum ad cognitionem quid est non autem quantũ ad cognitionẽ si ẽ ex hoc ait. Dama. Cognitio existendi deũ nobis naturaliter est inserta. Et August. de fide ad Petrũ. Nihil tantum nouit mens quantum deum esse & se. Et Vgo de sancto uicto. Sic deus ab initio cognitionem suam in homine tẽparauit ut sicut nũq̃ qd eẽt possit cõphendi ita nunq̃ qa eẽt possit ignorari. Quia ergo intellectus noster nunquam deficit ĩ cognitione dei si ẽ ideo nec potest ignorare ipsũ eẽ simpliciter. Quia uero deficit in cognitione qd est ideo frequenter cogitat deum esse quod non ẽ. sicut idolũ uel creaturã uel nõ esse quod ẽ sicut deum iustum. Scd'o potest cogitari aliquid non esse per defectum a pte intelligibilis & huiusmodi defectus potest esse duplex. Aut defectus pñtie. Aut defectus euidentie. Defectus pñtie utpote quia nõ sẽp nõ ubiq; non ubiq; totaliter quod non semp ẽ sed aliquãdo ẽ aliquãdo non aliquãdo uero põt cogitari nõ esse. Similiter de eo quod nõ est ubiq; qa eadẽ ratione qua põt cogitari non esse hic. põt cogitari non esse alibi. Similiter etiã de eo qđ scđm ptẽ adest scđm ptẽ abest. Deus aũt ẽ totus & ubiq; & semp ideo nõ potest cogitari non esse. hanc rationem assignat Ansel. i. li. Cõtra insipiẽtem. Nõ solũ ppter defectum pñtie põt aliquid cogitari non esse sed & ppter defectũ euidẽtie quia nõ est euidens in se & in pbando Sed deum esse est ueritas euidẽs in se & in probando in se qa ẽ quo nihil maius excogitari potest. In probando uero quia & ductu rationis hoc pbarunt philosophi ergo nõ põt cogitari nisi insipienter & stulte q non sit deus. Vnde Dauid in psal. ait. Dixit insipiens in corde suo nõ ẽ deus. Stultus ergo ẽ qui cogitat uel dicit nõ ẽ deus quem cõfiteẽ intellectus rationis naturale lumen. Vnde Berñ. in li. de diligẽdo deũ. Inexcusabilis ẽ omnino infidelis si nõ diligit deum toto corde. Clamat nẽpe intus eius ĩnata iusticia quia se ex toto illũ diligere debet cui se totũ debere non ignorat. hec ille. Clamat deũ esse omnis creata natura angeli homines celũ & terra & omnia que in eis sũt. Vnde August. in li. De utilitate credẽdi ait. Non enim frustra intueri oportet & inaniter ordinem celi pulchritudinẽ syderũ uicissitudies tẽpoꝝ in quoꝝ cõsideratiõe nõ curiositas ẽ exercẽda sed gradus ad eterna faciendus. Et Iob xii. Interroga iumẽta & docebũt te & uolatilia celi & indicabũt tibi Loquere terre & respondebit tibi & narrabunt pisces maris

Quis ignorat q̄ oĩa hec manus domini fecerit? Mirabilis certe in tãta rerũ varietate ordo reperitur. Est quidem ordo situalis siue localis q̄a quelibet creatura tenet suũ locũ scđm suã dignitatẽ. Nam terra & terrena sicut uiliora in imis locata sunt. Aqua ut dignior ei pẽminet. Aer ut perfectior superior est & ignis ita actiuus & callidus a nobis elongatꝰ super alia elementa situatus. Celi incorruptibiles. Sol & luna & stelle lucentes in suis speris altissime collocate sunt. Et celum empireum nobilissimum ubi gaudent sãcti cũ xp̄o sup̄mũ omniũ ẽ. Subsequitꝰ & aliꝰ ordo qui tẽpus pôt dici Ordinatissime enĩ sol facit cursũ suum p signa zodiaci infra ãnum integrũ. Et sic transeũt tẽpora uer estatis autũni hyemis cum effectibus suis. Transeunt & dies naturales eadẽ tẽporis mensura ad motum primi mobilis cõpletũ & ea que in hyeme mortua uidebantur in uere reuiuiscunt & in estate fructificãt. Predicat insup deũ esse sacra scriptura tam ueteris q̄ noui testamenti & omnis scriptura & philosophoꝶ & poetaꝶ omniumq̄ gentilium. O qualis dementia illoꝶ ergo qui tante ueritati acquiescere nolũt. Tales utiq̄ sunt qui dei iracũdiã nõ formidant. Scđa ratio quare a multis non timetur ira dei dicitꝰ falsa opinionis Nã cũ multi negare nõ possĩt esse deũ opinãtꝰ tñ false q̄ i illo ira cadere nõ pôt. Dicunt nãq̄ deũ esse clemen/tissimũ iram uero clementie fore cõtrariã ideo nec in deo cadere posse. Pro quibus dicit lact. in principio li. de ira dei. Aaduerti sepe Donate plurimos id existimare q̄ nonnulli philosophorũ putauerunt non irasci deũ quoniã beneficia sit tãtũmodo nat ira diuina nec cuiq̄ nocere p̄stantissime atq̄ optime cõgruat prãti. Arguunt & scđo mõ tales q̄a nulla passio cadit in deo se ira est passio quedã. ergo non cadit in deo. Tertio cõfirmãt errorem suũ quia omne peccatũ a deo est remouendũ. sed ira est unũ ex septẽ uitiis capitalibus ergo est a deo remouẽda. Verũtñ cõtra sic tenẽtes sũt auctoritates & dicta siue scripture sacre siue gẽti/liũ & moralis philosophoꝶ. Vnde Exodi. xv. In multitudine glorie tue deposuisti omnes aduersarios nostros. Misisti irã tuã que deuorauit eos. Et. xxxii. e. Moyses ad deum orans ait. Qui/escat ira tua & esto placabilis super malitia populi tui. Et. iiii. Regum. xxii. Magna ira dei succẽsa ẽ cõtra nos. Et Deutero. xi. e Iratus dominus clausit celũ & pluuie nõ descendunt. Et. ii. paralip. xii. dicitur de filiis Israhel. Quia humiliati sunt auersa

est ab eis ira domini. Ec. xxiiii. c. Facta est ira dei cõtra Iudã & Hierusalem. Et Iob. ix. c Deus cuius ire resistere nemo põt. Et Dauid in psal. ii. Apprehẽdite disciplinã ne quãdo irascatur dñs. Et psal. vi. Dñe ne ĩ furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Et psal. xvii. Fũdamẽta mõtium cõturbata sunt & cõmota sunt qm̃ iratus ẽ eis. Et psal. lxxvii. Ira dei ascendit in Israhel. Et psal. lxxviii. Effũde irã tuã in gẽtes que te non nouerũt. Et psal. lxxxix. Quis nouit ptãtẽ ire tue & p̃ timore tuo iram tuam dinumerare. Et Ecclesiastici. v. Ne dicas corã angelo nõ est prudẽtia ne forte iratus dñs dissipet cuncta opa tua. Et Isa. v. Iratus est furor domini in populo suo. Et Isa. iiii. Plangite & ululate qa nõ est auersa ira furoris dñi a nobis. Et Treñ. iiii. Cõpleuit dominus furorẽ suũ & effudit irã idignatiõis sue. Et Osee. v. Effundam quasi aquã irã meam. Et Nauũ. i. Vlciscens dominus in hostes suos & irascens inimicis suis. Et. Ro. i. Reuelat̃ ira dei de celo. Et Ro. iii. Nunqd iniquus est deus qui infert iram. Et. i. Thesa. ii. Peruenit ira dei super illos usq; in finẽ. Et Apoc. xv. Cõsumata est ira dei. Et. xvi. c. Audiui uocẽ magnã de celo dicentẽ septẽ angelis Ite & effundite septem phyalas ire dei in terrã. Et Valerius Maximus li. i. Lento. n. gradu ad uindictã sui diuina procedit ira tarditatẽq; supplici grauitate cõpensat Et Ouidius de arte amãdi. Flectitur iratus uoce rogante deus. Et August. xviii. de ci. dei. c. xii. Apollini delphico instituti sunt ludi musici ut placaret̃ ira eius qua puta/bant afflictas esse sterilitate grecie regiones quia nõ defẽderũt tẽplum eius qd̃ rex Danaus cum easdem terras inuasisset bello incendit. Et. i. li. ubi supra c. ii. dicit de Iunone que apud gẽ/tiles colebat̃ p dea. Apud Virgiliũ nẽpe Iuno inducitur infesta Troyanis Eolo uentoꝝ regi aduersus eos irritãdo dicere. Gẽs inimica mihi tyrrenum nauigat equor Illium in italia portans uictosq; penates hec ille. Et Idẽ Virgilius cõmẽorat ĩ pricipio i. li. Eneidos ob irã Iunonis Eneã pfugum fuisse cum reliquis Troyanis. d. Arma uiruq; cano troye q primus ab oris Italiam fato pfugus lauinaq; uenit Littora. multũ ille & terris iactatus & alto Vi supeꝝ. scene memorem Iunonis ob irã. Ac Valerius maximus li. i. Rubrica de neglecta religione multa narrat de iratis dijs. Nos uero talia exẽpla nõ inducimus ut errores gẽtiliũ cõ pbemus sed tãtũ ut ostendamus q' etiã scd̃m illos ira ponenda

sit in deo. Pro solutione itaq obiectorum tria sūt notāda. Primū scđm Bon. i. iii. sen. di. xxxii. & Ric. in. iii. di. xxvi. & Tho. i. pte di. xxii. q quādocūq dicitur aliquid de deo quod in nobis denotat passionē de deo dicitur scđm effectum & non secundum passionis defectū. Odium ergo amor ira & similia que in nobis sūt passiones in deo dicūt scđm effectū quo ad nos ut tūc dicat odire cum effectum odii nobis exhibet. tunc irasci cū effectū ire nobis ostendit. Ipse aūt deus stabilis manens sine passione aliqua dat cūcta moueri. Scđm notandū q non oīa que scđm nomē sonāt uirtutē dicunt uirtutē in re nec omnia que secūdū nomen sonāt uitiū dicunt illud in re. Propterea inquit Iuuenalis. Fallit enī uitiū specie uirtutis & umbra. Et Seneca ad Lucillū. Vitia in nobis sub uirtutū nomine repūt. Et Gregori. xxxxi. di. c. Sepe uitia ait. Sepe uitia se ingerūt & uirtutes esse mentiūtur ut tenacitas parsimonia effusio largitas crudelitas zelus iustitie remissio pietas uelit uideri. Ideo non omne qđ dicit ira uitiū ē aut peccatū. Tertiū notandum secundum Bon. in. iii. di. xv. q triplex ē ira. Quedam ē pter rationis imperiū primus. s. iracūdie motus. Scđa ira est cōtra rationis imperiū qñ quis cōcitatus in iram passioni rationem subicit sequitq inordinate impetum ire. Tertia ē ira que ē scđm rationis imperiū qñ quis irascit secundū quod merito irasci debet. Sic merito irascuntur patres filiis spus & p ut exigit illorum malitia iordinate corrigunt eos. sic irascunt plati & dñi quilibet subditis inobediētibus Sic iratus fuit xps qñ eiecit omnes uendētes & ementes de tēplo. Dicimus ergo q deus qui ē clemētissimus sine sui mutatione sine passione sine peccato sua exigente iustitia irascitur sepe peccatores obstinatos in ira cōculcās qñ eis effectus ire demōstrat. hi sunt guerre pestilentie tempestates grādines sterilitates terre fames terremotus terrores de celo & signa magna. O psūptuosi peccatores audiuistis iam q falsa ē opinio uestra. Dicebatis enī q nō irascit deus. Et ecce tot pconia scripturarum clamāt irā dei ab oībus esse timendam. Tertia ratio quare a multis nō timetur ira dei dicitur diuturne expectationis. Cōsueuit equidē deus ppter lōganimitatē suam sufferre peccatores iniquos p tēpora longa ut sic per dulcedinē eius attrahātur ad penitētiam. Sed inde multi sumunt audaciam & deteriores facti iram dei nō existimāt Verūtñ ut ait Hiero. in expositione Hiere. Quāto maior est numerus temporum qbus

obliuiscimur deũ. tãto maior ẽ pena peccati q̃ nec lõgitudine tempoꝝ potuerit edomari.

Quod terribilis est ira dei eo ꝙ seuit in puulos & in iustos atq̃ orationes suplicãtiũ spernit & abhoiabit. Capit. ii.

Secũdũ mysteriũ cõtẽplandũ de ira dei dicit̃ terribilitas.

Cõsiderãdũ nãq̃ est. ꝙ cũ irascit̃ deus & ꝓuocatur etiã ad tempaliter flagellãdum hoies sibi rebelles seuerus est & terribilis ualde maxie ꝓpter tria. Prio ꝓpter puuloꝝ punitionẽ. Scḋo ꝓpter iustoꝝ afflictionẽ. Tertio ꝓpter orationũ detestationẽ. Primo deus iratus est terribilis ꝓpter puulorũ punitionẽ. Punit nãq̃ puulos pueros & innocentes ꝓpter peccata pntũ. Perierũt nempe & suffocati sũt ĩ diluuio omnes infãtes & puuli quotquot repiebãtur in mũdo. Adusti sũt in sodomis & ĩcendio concremati omnes qui erãt in uteris matrũ & qui sugebant ubera. Et tamẽ sepius uexatur mundus aut fame aut pestilẽtia aut qualibet alia aduersitate que non nisi ꝓpter peccata ueniunt puuli q̃ ea non cõmiserũt puniũt ꝓ illis. O formidabilis dei iustitia. O tremẽda dei iracũdia cur eos qui te nõ leserũt exterminas? puulos cur tã acriter punis? Et respondebit tibi ꝓtinus ꝙ ꝓpter peccata pntũ. Sed hic orit̃ dubium. Vtrũ filii ꝓpter peccata parentũ puniri possint. Et uidetur ꝙ nõ Nã p Ezechielẽ. xviii. c. Deus dixit filius nõ portabit iniquitatẽ patris & pater non portabit ĩiqtatẽ filii iustitia iusti sup eũ erit & impietas impii erit super eum. Et extra de his que fiunt a maiore pte capituli. c. Quesiuit in glo. dicitur. Peccata suos debent tenere auctores. Et idẽ. C. de penis l. sancimus. Et. C. Ne uxor ꝓ marito. l. Ob maritoꝝ. Et xi. q. iii. c. Illud. Et de sen. exco. c. A romana. §. Vltro. Et. lvi. di. c. Satis. Et Augustinus ait. i. q. iiii. c. Nullius. Nullius crimen maculat nesciẽtem. Ad hoc facit ibidẽ. c. Placuit &. c. Iudei. Sed cõtra arguit̃ quia exodi. xx. Deus dixit. Ego sum dñs deus tuus fortis zelotes uisitãs iniquitatẽ patrũ in filiis in tertiã & quartã generationẽ eoꝝ qui oderũt me. Ad idẽ facit. c. Vergẽtis. Extra de hereticis. Et idẽ habet̃ extra de filiis ꝑsbiteroꝝ nõ ordinãdis c. i. c. Ad presentiam. c. Presentiũ. c. Cõquerẽte. Et. c. Quoniã Et. i. q. iiii. §. Item dicitur Chã peccãte Chanaã filius eius maledicitur. Rñdet dñs Boñ. di. xxxiii. ii. li. ꝙ duplex ẽ punitio. Vna eterna alia tẽpalis. Filii nõ puniũtur ꝓ peccato pentum pena eterna. Vnde Ansel. de conceptu uirginali dicit. ꝙ puuli

nó damnantur p culpa Ade tñ sed p culpa ppria quam habēt licet non habeāt eam agendo sed contrahendo. Puniunē tamen filii p peccato pentū pena tēporali eo q filii sunt aliquid patris Et hoc patet p sacrā scripturam in pluribus exemplis. Ideo dicit Gregor. i. q. iiii. c. Paruulos. Paruulos sodomitarū nó excusauit ignorantia quin p paterno scelere clesti igne consumerentur. Sed hoc igne pena illis diminuta ē quibus successio paterni scele/ leris ē adēpta Pariter etiā demóstratū ē peccatis pentū puulos aliquando corporaliter flagellari. Scdo deus iratus est terribilis pp̄ter iustorū afflictionē. Affligit etiā & sepe bonos cum malis. Sed dubitatur hic. Verum possit esse in aliquo pena sine culpa. Et uidetur q nó qa Hieronius ait. Quicquid patimur peccata nostra meruerūt. Et Grego. dicit in collecta. Nulla eis nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Sed contra est illud Iob xvii. Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus. Et Iohā. ix. Quis peccauit, hic aut pentes eius ut cecus nasceretē? Et rñdit xp̄s. Neq hic peccauit neq parētes eius. Et exponit August. q hoc non dicitur quia nó peccauerit sed quia cecitas non erat pena peccati. Preterea p peccato originali non meretē quis nisi semel mori. Sed Lazarus nó tantū fuit mortuus semel sed bis ergo uidetur q aut mors prima aut scd̄a fuerit ei absq merito peccati inflicta. Itē xp̄s nullū habuit peccatū & tamen in eo fuit pena. Rñdet Boñ. di. xxxvi. ii. li. q malū pene dupli/ citer potest ordinari. Vno mó ad malum culpe quod puniendo ordinat. Alio mó i cóparatione ad bonū quod deus elicit ex illa pena. Si ergo aliqua pena infligatē cuius ordinatio pricipaliter cósistat in comparatione ad malum culpe puniendum necesse est aliquā culpam p̄cessisse. nec tātum p̄cessisse sed etiam aliquo mó cómunicari inseparabiliter. Pena enī aut ē directe ordinata ad puniendum aut est ordinata principaliter ad malū excludendū. Primo mó ē pena infernalis. Scd̄o mó ē pena purgatoria. Prio mó requirit pena presentiam culpe scd̄m deformitatē & maculā Scd̄o mó requirit culpe p̄sentiā scd̄m reatū & sequelā. Si autē pena infligatur pricipaliter pp̄ter ordinē quem habet ad bonū qd̄ inde elicitur. Aut ergo pp̄ter bonū propriū. Aut propter alienū m Si pp̄ter bonum propriū sic requirit q in subiecto illo aliqñ fuerit culpa & q possit esse de futuro. Si autē pp̄ter bonū alienū sic sufficit pene ut fuerit culpa in alio q̄ in eo q punitur

in eo Videlicet ꝑ quo pena illa sustinetur per quē modū fuit in xp̄o cuius mors & passio ordinata erat ad redimēdum genus humanū & liberandū & repandum a lapsu in quem ceciderat ex peccato primi parētis & sic patet ꝙ oīs pena aliquo mō respicit culpā. Sed quedā ut p̄ntem in se utpote pena infernalis. Quedā ut preteritam in se sed presentem in reatu & sequela sicut pena purgatoria. Quedā uero solum ut p̄teritā & hoc in eo qui p̄nīt Et sic ē omnis pena iustoꝝ excepto xp̄o. Quedā uero respicit culpam nō in se sed in alio sicut in xp̄o. Pōt etiā pena ordinari ad bonū quod inde elicitur. Et sic pōt esse in aliquo sine culpa talis pene meritoria quia illud malum pene recōpensat̄ p maius bonū quod inde elicit̄ sicut patet in ceco nato ī Iob in Lazaro in Thobia & in quolibet uiro iusto. hec Boñ. Alex. autē in. iii. sume allegando Iohā. Dama. dicit Concedit deus iustū incidere in calamitates ꝑpter multas causas. Prima est ut eā que in ipso latet uirtutē aliis manifestā faciat ut Iob. i. Scd̄a ē ut non ex recta cōsciētia cadat p superbiā ut in Paulo. ii. cor. xii. Tertia ut alii erudiāt̄ ut in Lazaro & diuite Luc. xvi. Quarta ꝑpter gloriam dei ue in ceco nato. Iohan. ix. Quinta propter zelum alterius siue imitationē ut gloria eius qui passus est magnificata ī pugna aliis passio fiat spes future uite ue ī martiribus ad heb. xi. c. Propterea dicit August. li. i. de ci. dei. c. viii. hec cū ita sint boni & mali p̄iter afflicti sunt non tamē ideo distincti sunt quia distīctū nō ē qd̄ utriq ꝑpessi sūt. Manet enī dissimilitudo passoꝝ in similitudine passionū. Et sub eodem tormēto nō ē idē uirtus & uitiū. Nā sicut sub uno igne aurū rutilat palea fumat & sub eadem tritura stipule cōminuūtur frumēta purgātur ita una eadēq; uis irruēs bonos ꝓbat purificat eliquat malos dānat uastat & extermīat. Vnde ī eadē afflictione mali deū detestāt̄ atq; blasphemāt boni autē p̄cātur & laudāt. Tertio deus iratus est terribilis eo ꝙ qn̄ post diuturnā expectationem ꝓuocatur ad iracundiam non exaudit obstinatorū uoces peccatoꝝ prout plene diximus in sermone de impedimentis orationis.

Quod cognoscitur ira dei ꝓpinqua tū cū peccata sūt cōsu/mata tū cum peccatores sunt obstinati tū cū illam ꝓphete & amici dei ꝓnuntiant & cōminantur. Capit. iii.

Ertium mysteriū cōtemplandū de ira dei dicitur ꝓpiqtas quāuis enī nesciamus certitudinaliter qn̄ propinqua sit ira

dei ad flagellandum peccatores possumus tamen id cognoscere ex coniectura signorum. Sunt aūt de hoc tria principalia signa. Primū peccatorum cōsumatio. Scd̄m populorum obstinatio. Tertiū pphetarum anunciatio. Primū signū ad cognoscendū seu timedū ne ppinqua sit ira dei ē peccatorum cōsumatio. Quādo cōsumata sunt peccata & impleta ē mensura. Possūt aūt notari septē signa cōsumationis peccatorum quibus signis adimpletis nihil aliud nobis expectādū & timēdum est q̄ ira uindicta flagellū & ultio diuina. Primū est horribilitas peccatorum multorum. Secundum multitudo peccantiū. Tertiū impunitas manifestorum scelerum. Quartū aīaduersio in peccatis. Quintū affectio ad scelera. Sextū studiū peccādi. Septimū lōga pseuerātia in peccatis. He conditiones explicātur geñ. vi. c. Prima conditio seu primū signum quia in mūdo tempore diluuii erant magna peccata & horrenda nimis ppterea dicit. Videns autē deus q multa malitia Quod uerbū manifeste ostēdit horribilitatē & turpitudinē multorū peccatorum. Scd̄o cōmuniter homines talia perpetrabant ppterea subditur hominū. Tertio ī super peccata illa inuerecūde & īpune fiebāt. ideo subiunctū ē. Esset ī terra idest manifesta erant & īpunita. Quarto fiebant peccata tota mentis aīaduersione. ideo additur Et cuncta cogitatio. s. nō ptim non diuisim sed in malis integra & cōiūcta. Quinto fiebāt tota cordis affectione. ideo subditur. cordis. Sexto ppetrabāt toto studio. iō subdit Intenta esset ad malū. Septīo fiebāt pseuerāter ppterea addit. Omni tēpore. Timeo satis ne hec signa uerificent in nobis. Tēpore namq isto nefandissima scelera cōmitti solent nec a paucis sed a multis neq puniuntur aut corrigunt. qm̄ illi ad quos spectat corrigere uel punire deteriores sunt aliis. Et non est ueritas nō iustitia neq rectitudo ī filiis hominū fiūt pecata cū omni aduersione mētis cū omni affectione studio ac pseuerantia. O fatui populi. Cur non timetis? Cur non expauescitis? Cur ad penitentiam redire negligitis? Audite psal. dicentē. Nisi conuersi fueritis gladiū suū uibrabit arcū suū tetēdit & parauit illum. Scd̄m signū ppiquitatis ire dei dicit populorū obstinatio. Quādocūq populi peccatores obstinātur & obdurantur in corde non moti beneficiis dei non cōminationibus nō pdicationibus non signis non deniq ullo alio mō signū forte ē q ppe ē eis flagellum dei. Est de hoc exēplū obstiatissimi populi iudeorum quē deus deleuit ppter obstiationē

suã. Nã post multa mala a iudeis ꝑpetrata xp̃s uiuens in carne in medio ipoꝝ uocauit eos ad penitẽtiã uita miraculis & doctrĩa Ipsi uero noluerũt audire ipm. In dominica autem oliuarũ cum introysset Hierusolimã ut dicitur Luc. xix. c. Videns ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs. O ciuitas ampla. O ciuitas regia. O ciuitas digna plena populo afluẽs diuitiis & abũdans peccatis. Veniẽt dies in te & circũdabunt te inimici tui uallo & circumdabunt te & coangustabũt te undiq; & in terrã ꝓsternent te & filios tuos q̃ i te sũt & nõ relinquẽt i te lapidẽ sup lapidẽ eo ꝙ nõ cognoue/ris tẽpus uisitationis tue. Propterea dicit Hiero. in questionibus ad Helbidiã. In tantum aũt Herusalẽ amauit dominus ut fleret eã & plãgeret & pendens in cruce loqueretur Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciũt. Itaq; ĩpetrauit quod petierat & datũ est eis tempus penitẽtie usq; ad. xlii. ãnũ. Post q̃d ꝑseuerãtibus in blasphemia egressi sunt duo ursi de siluis romanorũ. Vespe/sianus & Titus & eos interfecerunt atq; lacerauerunt. hec ille. Die aũt qua crucifixus ẽ Iesus dei filius conuersus ad mulieres que plãgebant & lamẽtabant eũ dixit. Filie hierusalem nolite flere super me sed super uosipsas flete & super filios uestros quia uenient dies in quibus dicetis. Beate steriles que non genuerunt & ubera que nõ lactauerũt. O saxea. O lapidea. O adamãtia iudeorum corda. Nec uerbis xp̃i crediderunt nec susceperunt testimoniũ apostolorũ q̃ magna uirtute ꝑdicabant resurrecti/onẽ magistri sui sed in dies crudeliores facti ꝑsequebant ecclesiã lapidauerũt Stephanũ interfecerũt Iacobum iustum & Paulo cõuerso miraculose ac ceteris ꝑdicãtibus xp̃m ipsissime restiterũt Voluit tamen deus anteq̃ iram suã inferret in eos terroribus & signis celi illos ad penitentiã uocare. Et ut meminit Iosephus in libris de bello iudaico & Eusebius in historia ecclesiastica & Po/licratus in libro de nugis curialiũ. Stella quedã sub forma gladii stare uisa est quasi iminens desuper ciuitati Cometes exicialibus flãmis ꝑ totũ ãnũ uisus ẽ ardere Luna Eclipsim per xii. noctes passa ẽ cõtinuas. Cum die festi plurimi. conuenissent octaua die mensis aprilis noctis tempe hora nona tãtus fulgor luminis arã tẽpluq; circũdedit ut dies clarissimus uideret mãsitq; spatio hore dimidie. hoc q̃dẽ ignaris ꝓsperũ uisũ ẽ sed ꝑ hos ꝑitosq; doctores portentum exiciale nõ latuit. Ianua tẽpli que erat ad orientẽ cũ esset ere sollido induta tãti põderis ꝙ uix a. xx. uiris summo

conatu ĩpellẽtibus clauderet repẽte hora noctis sexta p seipam
apta ẽ quã q̃ ferreis uectibus teneret. Die. xxi. mai ꝑpe occasũ
solis uisi sunt currus & quadrige in omnem regionẽ p aerẽ ferre
& armatoꝝ cohortes nubibus commisceri. In nocte pent. sacer/
dotes ingressi tẽplũ ad diuina officia celebrãda primo senserunt
quosdã strepitus & paulopost audierũt uoces clamantes. Disce/
damus ab his sedibus. añ q̃rtũ ãnũ belli ĩ die festi tabernaculoꝝ
quidam rusticus & plebeus Iesus nomine filius Ananie repente
clamare cepit. Vox ab oriẽte. Vox ab occidẽte. Vox a q̃tuor
uentis. Vox super ierosolimã & templum. Vox super sponsos
& sponsas. Vox super uniuersum populum. Sicq; indesinenter
die ac nocte clamabat p uicos & plateas discurrẽdo. Et flagella/
tus ac ꝑcussus etiam ante iudicem flagris usq; ad ossa laceratus ut
taceret ipse quolibet die cũ eiulatu semp illud replicabat addens
Vhe hierosolimis. Vhe masculis & femellis. Nec unquã in tot
ꝓdigiis atq; signis ille dure ceruicis populus errores suos corrigere
uoluit. Ob quã obstiationẽ altissimus deus ĩ illos suã irã effudit.
O quis explicet sine singultibus? Quis audiat sine lacrimis? Quis
cõsideret sine timore ciuitatis Hierosolimitane excidiũ & deso/
lationem? Refert nãq; Iosephus in. vi. li. de bello iudaico. ꝙ
Titus & uespesianus cũ exercitu ualidissimo a romanis missi in
die sollẽni pasce quãdo etiã ex circũiacẽtibus locis ĩnumerabilis
populus ierat hierosolimã ciuitatẽ obsiderũt fecerũtq; ĩ circuitu
uallum munitissimũ ita ut nullus ciuitatem exiens illud ptrãsire
posset. Ob quã causam in breui ciuitas fame cepit urgeri tãtũq;
inualuit penuria rerũ ꝙ ꝓpter famẽ hec que referam dicit Iose/
phus fuisse mala secuta. Primo ꝙ ꝓdones p ciuitatem discurrẽtes
ut intrabant domos & rapiebãt si quid ibi inuenissent comestibile
Scdo ꝙ filii ex ore parentũ & ecõuerso uiolenter stricto guttere
masticatũ cibũ extrahebãt & uelut rabidi comẽdebant. Tertio
ꝙ etiam fimũ boũ aliaq; uilissima sumpserunt in cibũ. Quarto ꝙ
multi cõtendebant exire ut herbas colligerent & capiebantur a
romanis & tantus numerus fuit captiuoꝝ ut tute custodiri non
possẽt. Quapꝑpter statutũ fuit ut euulsis eoꝝ oculis aut ãputatis
illoꝝ manibus cõpellerẽt sic ad ciuitatẽ redire. Quĩto ꝙ q̃plures
diuites ne iocalia sua puenirent ad manus romanoꝝ quos uerisi/
militer credebant ciuitatẽ debellaturos illa deglutauerũt. Cuius
rei fama cũ deuenisset ad aures romanoꝝ cõmouit eos ut existi/

marēt captiuos iudeos quos tenebāt gēmas ī uētre adhuc retīere Quare una nocte duoꝝ miliū patefacta sunt uiscera. Sexto ꝙ multi formosi iuuenes in uia in plateis publicis in ꝓpriis domibus fame afflicti improuisa morte cadebant. Septimo ꝙ inuente sunt mulieres que filios ꝓprios comederūt. Vnde refert Iosephus de quadā. ꝙ cū nō haberet ad comedendū lactentē filiū ī manibus tenēs dixit. Infelicis matris infelicior fili bello ī fame & direptiōe cui te reseruabo? Veni ergo nūc. o mi nate esto cibus matri pre/donibus furor seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit & coxit & dimidiū comedens partem alterā occultauit. Et ecce cōfestim ꝑdones odorē carnis cocte sentiētes in domū irruūt & nisi carnē ꝓdat mortē minantur. Tunc illa detegens infantis mēbra. Ecce inquit uobis ꝑtem optimā reseruaui At illos tantus horror inuasit ꝙ nec loqui potuerunt. Et illa meus est inquit hic filius meum ē peccatū securi edite quia prior ego comedi quem genui. Illi uero tremētes & territi discesserūt. O quot erāt in ciuitate illa amara spectacula ubi uidebant quottidie tot morientes. O quot infātes & pueri extendentes manū ad ubera matrū & panē petentes ad pedes illaꝝ mortui deficiebāt. O quot erāt ibi flebiles uoces. quot lamenta. quot singultus. quot gemitus & suspiria. Clauserat eis deus & strīxerat uenā misericordie sue. Tādē post bienniū capta fuit ciuitas & in predā data & muri & edificia quelibet solo eq̄ta Et ut Iosephus refert. decies cētena milia iudeoꝝ fame & gladio perierūt & .ix. milia uēdita fuerūt. O si possem in talē ascēdere speculā de qua omnē Italiā cernerem omnesq̄ meā uocē possent audire profecto clamarem. O Italia plange. O Italia time. O Italia caue ne ꝓpter obstinationem tuam in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse te multis annis dotauit amplis beneficiis. Misit ad te ꝑdicatores suos. Terruit te signis & ꝓdigiis. Sēsisti terremotus pestilentias & tēpoꝝ sterilē cōditionē? Comminatus ē tibi deus? Sic. Certe hoc fecit ut te induceret ad penitentiā. Et tu in dies durior efficeris in peccatis & malitia pseuerando. Fiūt iam ubiq̄ usure publice. Oīa fedata sūt spurcissimis uitiis carnis & ignomi/niose sodomie. Supbia pōparū iam occupauit omnes ciuitates & terras. Blasphemie dei piuria mēdatia iniustitie uiolētie oppssiōes paupeꝝ & similia supabundāt. O Italia decora. O regio diuitiis plena. Noli cōtemnere deū. Noli exacerbare maiestatem eius. Tertium signū ꝓpinquitatis ire dei dicit ꝓphetaꝝ anunciatio.

Cognoſcimuſ ꝓpinquã dei irã quãdo p ꝓphetaſ ſuoſ deuſ illam pronunciat. Diebuſ autem iſtiſ multa dicuntur pronũciata per ſanctam Brigidam que ſpiritu claruit prophetico per ſanctum Methodium & per nõnulloſ alioſ Ego autem qui dicta ipſorũ etiam originaliter legi cum illa clare non intelligam non audeo quicquã temere diffinire. Hortor tamẽ omneſ populoſ ut ceſſẽt a uia ſua mala ne forte ſi in illa pſeuerauerint repente ſupueniat ira & indignatio dei a qua ipſe noſ liberet qui eſt benedictuſ & laudabiliſ per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Dominica tertia ĩ quadragesima ĩſra diẽ de uitio & peccato diſcordie qđ nullo pacto ſtare põt cũ ueritate pẽitẽtie ob qđ pẽitẽteſ ab illo ſibi max ſe cauere debẽt. Sermo xxxix.

Mne regnum in ſeipſũ diuiſum deſolabitur & domuſ ſupra domum cadet. Verba ſunt redemptoriſ noſtri originaliter Luc.xi.c.& ĩ euãgelio preſentiſ dominice. Nõ potuit efficaciuſ aut clariuſ explicari q̃ pernitioſum ſit malũ aut graue diſcordia dãnata q̃ ĩ uerbiſ domini noſtri Ieſu xp̃i q dixit cõtra phariſeoſ Et licet ſua fuiſſet intentio oſtendere demoneſ concordeſ eſſe ad omnẽ maliciam hominumq; perditionẽ uerũtñ noſ intelligimuſ diſſenſiõeſ quelibet regna ualidiſſime exterminare. Ad hoc aũt aſtutuſ diaboluſ innititur ut caritate abiecta cum diſcordiiſ odiiſ & diſſenſionibuſ deum omnipotentem offendamuſ. Eapropter pro utilitate penitẽtium in preſenti ſermõe cõtra diſcordie uitiũ ſtilum noſtrum exacuemuſ. quoniam redemptor noſter amarũ illiuſ effectum qui ẽ regnorum deſolatio aparuit in uerbiſ allegatiſ ĩ themate ĩ qbuſ de diſcordia tria myſteria erũt declarãda uidelicet. Primum dicitur originatio. Scd̃m diſtinctio. Tertiũ offenſio.

Quod treſ poſſũt eſſe radiceſ uel originaleſ cauſe dãnabiliſ diſcordie uana gloria. Videlicet auaritia uel ſtulticia ſiue leuitaſ. Capitulum.i.

Rimum myſteriũ declarandũ de diſcordia dicitẽ originatio in quo uidendũ eſt que ſunt diſcordie originaleſ cauſe. Et aſſignari poſſunt treſ cauſe. Prima dicitur uana gloria. Secũda dicitur auaritia. Tertia dicitur ſtulticia. Prima cauſa diſcordie dicitur uana gloria. Scd̃m enĩ Gregor.xxxii.mor. Diſcordia ẽ uane glorie filia. Nã ut dicit Tho.ii.ii.q.xxxvii. Diſcordia importat quandã diſgregationẽ uoluntatũ inquantũ.ſ.uolũtaſ

unius stat in uno & uoluntas alterius stat in altero. ꝙ autem uoluntas alicuius in proprio sistat prouenit ex hoc ꝙ aliquis ea que sunt sua prefert his que sunt aliorum. Quod cum īordinate fit pertinet ad inanem gloriam & ad superbiam. Et secundum circūstantias potest esse peccatū mortale aut ueniale. Sed aliqͣs posset arguere ꝙ discordia non est peccatum. Nam act. xxiii. Paulus posuit discordiā inter phariseos & saduceos qđ nō fecisset si fuisset peccatū. Item dicit act. xv. Facta est dissensio inter Paulum & Barnabam. Sed Tho. Rn̄dit ad primum. ꝙ causare discordiam per quā tollitur mala concordia est laudabile. Et hoc modo fecit Paulus. Christus etiā de seipso dic. Math. x. c. Non ueni pacē mittere sed gladium. Ad scđm dicit Tho. ꝙ discordia que fuit inter Paulum & Barnabā fuit per accidens & non ꝑ se. Vterq enī intēdebat bonum. Sed uni uidebatur hoc esse bonū alii aliud qđ ad humanū defectū pertiebat nec erat talis cōtro/uersia in his que sunt de necessitate salutis. Sed hic oritur unum dubiū. Verū auditores diuersorū magistrorū tenentiū diuersas opiniones excusentur a peccato si opiniones suoꝝ magistrorum tenent quando non sunt bone. Et rn̄det Tho in quolibetis. ꝙ si diuerse opiniones doctorū sacre scripture nō sunt cōtra fidē uel bonos mores absq periculo auditores utrāq opinionē sequi pn̄t. sicut uaria fuit opinio inter August. & Hiero. de obseruatione legalium ante diuulgationem euangelii. In illis uero que ptinēt ad fidem uel bonos mores nullus excusatur si sequat erroneam opinionem alicuius magistri. In talibus enī ignorātia nō excusat Alioquin īmunes a peccato fuissēt qui secuti sūt opinionē Arrii Hestorii & alioꝝ heresiarchaꝝ. Nec possūt excusationē habere propter simplicitatem si ī talibus opinionē erroneam sequantur. In talibus nāq dubiis nō est de facili prestādus assēsus sed potius ut dicit August. in iii. de doctrina xp̄ana. Consulere quis debet regulam fidei quam de scripturarum planioribus locis & ecclesie auctoritate pceperit. Qui ergo assentit opiniōi alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium siue contra illud quod publice tenet scđm ecclesie auctoritatē nō potest a uitio erroris excusari. Concordat Monaldus & Hosti. Aliqua tamē sūt que aliquādo fuerunt in uaria opinione doctoꝝ antequā ꝑ ecclesiā fieret determinatio. Et pro illo tempore potuerunt excusari q̄ unam uel contrariam tenebant. Sed postq̄ determinatum ē per

ecclesiam & firmata altera earũ hereticũ esset contrariũ sentire. Sicut ẽ exemplum de paupertate xp̃i de qua ante Iohã. xxii. Erant uarie & cõtrarie opiniones. Verũ xp̃s cũ apostolis habuit aliquid in cõmuni. Sed determinatum fuit per ipsũ Iohã. xxii. imo per ecclesiã ꝙ habuit ex eo ꝙ Iohã. iiii. dicit̃. Discipuli eius abierunt in ciuitatẽ ut cibos emerẽt. Et Iohã xii. de Iuda dicit̃ Fur erat & loculos habens ea que mittebãtur portabat. Et hoc ipsum dicitur. xii. q. ii. c. Habebat. Qui ergo contrariũ assereret pertinaciter hereticus haberetur. Addit Host. ꝙ quãdo sũt diuersa iura & opiniões. s. nec cõtra deũ nec bonos mores hũanior sententia est preferenda ceteris paribus. extra de transac. c. Si aliás. Standum est ei que meliori innititur rationi di. xx. §. i. Et extra de ferii s. c. Capellanus. Adde etiã ꝙ ĩ his que cõcernũt forũ. conscientie ĩ dubiis tutior uia ẽ eligẽda. extra de spõ. c. Iuuenis. Nec tamen defacili contraria opinio est reprobanda Scd'a causa discordie dicit̃ auaritia. Inquit Seneca in li. de. iiii. uirtutibus. Qui etissime uiuerent homines super terrã si hec duo ꝑnoĩa tollerentur. meũ & tuum Et Plato ĩ phedrone. Propter peccuniarum possessionem uniuersa bella nobis fiũt. Et Salust. in Catilinario. Imperii & diuitiarum causa bella atq; certamina omnia inter mortales sunt. Et lucanus li. iii. Certamen mouistis opes. Videmus hoc per experientiam omni die quando propter auaritiã filius discordat a patre frater a fratre & ãicus ab ãico. Tertia causa discordie dicitur stultitia. Sunt namq; multi stulti & leues qui omnia credunt que a susurronibus eis dicuntur. Susurratio siquidem aptissimum ĩstrumentũ ad discordias sẽinãdas ꝓpterea dixit sapiẽs puer xxvi. Cũ defecerit lingua extinguet̃ ignis & susurrone subtracto iurgia cõquiescunt. Et ecclesiastici xxviii c. Susurro & biliguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos cõmouit & dispersit illos de gente ĩ gentẽ. Ciuitates muratas diuitum destruxit & domos magnatoꝝ effodit uirtutes populorum concidit & gentes fortes dissoluit mulieres priuatas eiecit & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illã nõ habebit requiẽ nec amicum in quo regescat Flagelli plaga liuorem facit. Plaga autẽ lingue cõminuet ossa hec ibi. Quisnã sufficeret enumerare discordias que ex orte sunt inter ciues inter uicinos ĩter dominos inter populos inter uxorẽ & uirum inter fratrem & fratrẽ propter susurrantes? O lingua

ignita. O lingua uenenata O lingua immanior & crudelior oī fera peſtifera. Tu lingua ſuſurronum inſtrumentum eſ diaboli Tu illiuſ ſagitta uulneranſ. Tu eiuſ acutiſſimuſ enſiſ Propterea ſuſurratio ponitur īter grauia peccata que execrat̄ deuſ de qbuſ ſapienſ dicit puer. vi. c. Sex ſunt que odit dominuſ & ſeptimū deteſtatur anima eiuſ. Oculoſ ſublimeſ. Linguā mendacē. Ma/ nuſ effundenteſ innoxiū ſanguinem. Cor machināſ cogitatiōeſ peſſimaſ. Pedeſ ueloceſ ad currendum in malum. Proferentem mendacia. Teſtem fallacem. Et eum qui ſeminat inter fratreſ diſcordiam. Sed culpabileſ adhuc ſūt illi qui a ſuſurronibuſ ſibi cauere aut neſciunt aut nolunt.

Quod triplex eſt diſcordia damnabiliſ. ſciſmatice prauitatiſ ciuiliſ partialitatiſ & importabiliſ ſocietatiſ. Capit. ii.

Ecundum myſteriū declarandū de diſcordia dicit̄ diſtictio Diſtīguitur enim triplex diſcordia damnabiliſ & piculoſa. uidelicet. Prima eſt ſciſmatice prauitatiſ. Scd'a ciuiliſ ptialitatiſ. Tertia īportabiliſ ſocietatiſ. Prima diſcordia eſt ſciſmatice pra/ uitatiſ. Eſt autem ſciſma uitium quo quiſ ſūmo pontifici ſubeſſe recuſat & mēbriſ eccleſie ſubiectiſ communicare nō uult. Sciſma ſiquidem grecum eſt nomen quod latīe ſciſſuram ſonat ut dicit̄ xxiiii. q. i. c. Sciſma. Eſt autem peccatum mortale qa cōtrariat̄ caritati eccleſiaſtice unitatiſ. Eſt autem differentia inter hereſim & ſciſma. quia hereſiſ opponitur directe & per ſe fidei ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxix. Et ſciſma per ſe opponitur eccleſiaſtica unitatiſ caritati. Vn̄ Hiero. xxiiii. q. iii. c. Inter ſciſma. Inter ſciſma & hereſim hoc arbitror intereſſe ꝙ hereſiſ ꝑuerſū dogma habet. Sciſma autē ab eccleſia ſeparat. Contra ſciſmaticoſ dicit̄ iii. c. i. de ſūma trini. & fide catholica. Vna eſt fideliū uniuer/ ſaliſ eccleſia. extra quā nulluſ omnino ſaluatur. Et. xxiiii. q. i. c. Loquitur. Cyprianuſ ait. Loquitur dominuſ ad Petrū. Ego dico tibi quia tu eſ Petruſ & ſuper hāc petrā hedificabo eccleſiā meam. Super unum hedificat eccleſiam. Et quamuiſ apoſtoliſ omnibuſ poſt reſurrectiōem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat. Sicut miſit me pater & ego mitto uoſ. Accipite ſpiritum ſanctum tamē ut unitatem manifeſtaret unitatiſ eiuſdē originē ab uno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Ad idem eſt. ca. Alienuſ. c. Omnibuſ. c. Quoniā uetuſ priuata cauſa & queſtiōe. Sed hic oritur unum dubium. Quid cum duo uel plureſ ſunt in

ecclesia gerētes se ꝑ papa & quilibet horū habet suam sequelam. Quis eorum dicetur scismaticus cum suis sequacibus. Ratio aut constat aut cōmuniter tenetur ꝙ quilibet eorū intrusus est idest non canonice electus. Aut constat unum eorū canonice & rite electum. uidelicet a duabus partibus cardinalium & sine uiolētia & postea alius superinductus aut dubitatur quis illorū sit canōice uel rite electus unus uel alter. Et in primo casu nullus eorum ē papa sed quilibet eorū scismaticus cum his qui scienter sequuntur ipsum & excōmunicati sunt ipso facto. Extra de electione. c. Licet. Et de hoc loquitur. c. Si duo. lxxix. di. Vbi dicitur. Si duo forte contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati ī sūmos pontifices nullum ex eis futurum sacerdotem idest sūmū pontificem pmittimus. Sed illū solū in sede apostolica pmāsurū censemus quē ex numero dericorū idest cardinaliū noua ordia/tione diuinum iudiciū & uniuersitatis consensus elegerint. Nec obstat ꝙ hoc statuit Honorius August. & ad imperatorem non spectat statuere aliquid de electiōibus ecclesie sicut nec de rebus aliis ecclesiastitis ut. lxxxxvi. di. c. Bene quia ut dicitur in glo. ī ꝑfato. c. Si duo. Honorius fecit illud rogatu ecclesie & ecclesia approbauit. Ideo ratione approbationis statutum illud ualet q̄si fecisset ecclesia, Quando ergo constat nullum eorum canonice electum ut quia nō a cardinalibus sed ab aliis ī quo casu loquitᷓ ca. Si quis ex episcopis. Et. ca. Si quis pecunia. lxxix. di. Vel si a cardinalibus non tamen a duabus partibus cardinalium ut in c. Licet de electione. qui tali adheret uere scismaticus est. Et ꝑ concilium prouidendum esset cum cardinales huiusmodi essent. Alias si ipsi cardinales alium eligerent ille esset uerus apostolicus. Et nota ꝙ ex hoc ꝙ electio pape symoniace facta esset a cardi/nalibus dūmodo alias rite cessare nō potest nec tolli qn sit uerus papa. Et similiter quantumcumq̄ criminosus & irregularis esset electus ut dicit glo. in. c. Si quis pecunia. In scđo casu. s. cum constat unum canonice electum & postea alius se intrudit sicut Cornelius papa q̄ Fabiano successit & post eū canōice creatū Nouatianus quidam papā se fecit ut dicitur. vii. q. i. c. Factus est. Et. c. Nouatianus. Tunc primus est uerus papa & secūdus apostaticus & scismaticus cum sequacibus eius. Sic sub Eugonio iii. factum ē scisma tēpore beati Bernar. Nā ipso Eugonio rite electo alius intrusus est. Sed meritis & labore sancti Ber. scisma

illud ablatũ fuit remanente Eugonio in apostolica sede. Deinde sub Iohã. xxii. factum est aliud scisma. Nã cum ipse declararet fore hereticos qui assererent Christum nihil habuisse in cõmuni etiam mobile. quidam Fraticelli nuncupati de opinione dixerunt ipsum papam Iohã. hereticum cum successoribus & sequacibus eius & fecerũt aliũ papã Pisis. Greci aũt circa annũ dñi nõgẽte/simũ scisma faciẽtes in heresim inciderũt de spiritu sãcto dãnatã de sũma trinitate & fide catholica. c. i. li. vi. Sed reducti fuere ad ecclesie unitatem tempore Eugenii. iiii. In tertio uero casu cũ dubium est quis horum duorum sit canonice electus puta quia electio primi dicitur facta per metum q cadit in cõstantem utrũ quãuis a duabus partibus cardinaliũ postmodũ ab eis fit electio sine uiolentia & metu quocũq; sicut accidit easus circa annos dñi M. ccc. lxxx. Nam mortuo Gregor. xi. cardinales debentes procedere ad electionem successoris ut dicitur fuerũt a romanis cõminati. ꝙ occiderentur si non eligerent Italicum aliquẽ. Ele/gerũt igit̃ archiepiscopum barensẽ q tũc erat Rome exp̃mẽtes ei ꝙ eligebant eum ad uitandũ periculum seu fingebant eligere Electo igitur illo qui Vrbanus. vi. dictus est ille ut ferẽ dixit. ꝙ si uolebant eum eligere uoluntarie eligerent quia intendebat esse papa. Publicato igitur Vrbano papa & a cardinalibus ipis adorato & consecrato de cõsensu eorũ ac principibus xp̃ianitatis ac per eos significato ꝙ canonice esset electus. Inde ad aliquot menses ipsi recesserunt ab eo Et fugiẽtes ad ciuitatem fundensẽ que est in principio regni ibi elegerunt aliũ qui dictus ẽ Clemẽs vi. qui transtulit curiam suam in Auiane. illumq; uenerata est pro papa tota francia & hyspania & cathalonia. Alteri uero. s. Vrbano adhesit Italia alamania & ungaria perseurauitq; hoc pessimum scisma ultra. xxx. annos. Cum ergo hic esset dubiũ ex ignorantia facti quia exceptis cardinalibus & paucis aliis tunc presentibus ceteri scire non poterant si talia sic processerunt uel aliter cũ diuersi diuersimode referrent & partim etiã ignorantia iuris quia dubium erat apud peritissimos utrũ fuerit talis metus qui cadere posset in constantem utrum uel nõ. uel etiã quia post electionem habuerunt tempus ad recedendum & non fecerunt. Imo per signa expressa õstenderunt uoluntarie & libere factã electionẽ. In illo ergo scismate illi ꝓprie erãt scismatici q sciẽtes factum cõtra iura uel contra conscientiam faciebãt ducti amore

uel odio uel cupiditate uel ambitione. Alii uero excusabant etiã adherendo ei qui non erat uerus papa quẽ tamen ipsi credebant uerum. Et quamuis una pars excõmunicaret alterã tamen qui simpliciter inherebant excusari uidebantur. Durante uero illo scismate post Vrbanum successit ex altera parte Bonifacius. ix. Bonifacio successit Innocẽ. vi. Innocẽ. Grego. xii. Ex alia pte Clementi successit Benedictus. xii. Sub his autem. s. Grego. xii. ex una parte & Benedicto ex altera factum ẽ aliud scisma ãno domini. M. cccc. x. Nam recedentibus cardinalibus ab utroq papa & conuenientibus pisis concilium celebrãtibus depositis illis duobus. s. Gregor. & Benedicto sub ea uidelicet ratione quia dicebantur scandalizare facto suo publico totam ecclesiam cũ nõ uellent conuenire insimul in aliquo uno loco ut promiserant & iurauerant. Demum creatus est Pisis Alex. papa qui fuit petrus de Candia ordinis minorum cui successit Iohan. xxiii. Bononie electus. Et cum pene omnes reges & principes Christianitatis dimissis Gregor. & Benedicto obedientiam dedissent Alexan. & successori suo tamen adhuc maximum dubium erat utrum causa propter quã creatus fuit Alex. uidelicet qã Greg. & Benedictus scandalizabant ecclesiam esset uera. nihilominus ex q̃cumq trium partium quicumq simpliciter credebat suum uerum papã & non alios motus conscientie dictamine paratus etiam adherere alteri si hoc sibi constaret excusatus creditur a uitio scismatis & scẽtus eius cuius signum est q̄ i q̃libet obedientia erant multi piissimi & sancti uiri. Nã sub Vrbano & Bonifatio fuit sancta Brigida & sancta Katherina de senis. Sub Clemente & benedicto ex alia pte fuit beatus Petrus de Luciburgo clarus miraculis Sub Benedicto etiam fuit sanctus Vincentius de ordine predicatorũ. Tandem cõgregato concilio constantie Gregor. prefatus spõte renunciauit per Carolum de malatestis suum i hoc procuratorẽ Iohã. xxiii. fugam arripuit sed captus per imperatorem rediit & tandẽ depositus fuit. Benedictus etiã q nec uenire nec mittere uoluit depositus fuit ubi creatus fuit dominus Oddo de columna cardinalis qui fuit Martinus papa. v. Scda est discordia ciuilis partialitatis. quãdo ciues relicto amore cõmũis boni cõuertẽtesq omnia ad proprium cõmodum discordant adinuicẽ. Nã ut i͂quit Arist. ii. Pollitice. Ciuilitas quedam cõmunicatio est. Et ibidẽ. pollitica est ordo quidam inhabitantium ciuitatẽ. Quãdo ergo

ciues non regũtur secundum ordinem nec sunt cõmunicatiui ad dissensiões ueniũt. Tales sunt hodie quasi in omnibus ciuitatibus italie tyranni quidam de quibus dici potest q̄ sapiens ait .puer. xxix. Omnes homines pestilentes dissipant ciuitatem. Et ut idẽ ait.xi.c. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas & ore impiorum subuertetur Impii equidem & partiales non reipublice sed ꝓprie utilitati semper inuigilant. Cõtra quos ait Cassiodorus li.iii. Epistolarũ. Nobilissimi ciuis ẽ patrie sue augmẽta cogitare Et Tullius in primo de officiis. Omnino qui reipublice presunt seruent duo precepta Platonis. Vnum ut utilitatem ciuium sic tueãtur ut quecũq̄ agunt ad eã referant obliti cõmodoꝝ suoꝝ Alterum ut totum corpus rei publice curent ne dum ptẽ aliquã tueãtur reliquas deserant. Vt enĩ tutela sit ꝓcuratio reipublice ad eorum utilitatem qui cõmissi sunt non ad eorũ q̄bus cõmissa est gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt ptẽ negligũt rem perniciosissimam ĩ ciuitatem inducũt seditionem atq̄ discor/diam Hinc apud athenienses magne discordie orte & in nostra re publica non solum seditiones sed etiam pestifera bella ciuilia. que grauis & fortis ciuis in republica dignus principatu fugiet atq̄ oderit tradetq̄ se totũ reipublice neq̄ opes aut potentiam con/sectabitur totamq̄ eam sic tuebitur ut omnibus consulat necnõ criminibus falsis ĩ odium aut inuidiam uocabit omnisq̄ ita iustitie honestatiq̄ adherescet ut ea conseruet quãuis grauiter offendat mortemq̄ appetat potius q̄̃ desiderat illa que dixi. Miseria oĩo est ambitio honorumq̄ contẽtio de qua preclare est apud eũdẽ Platonem. hec ille. Nã & antiqui romani etiam ꝓpter rẽpublicã domesticas iniurias dissimulabãt Vnde Valerius maximus li.iiii. rubrica de moderatione. Stagippus teciates hortantibus amicis ut grauem in administratiõe reipublice & emulũ sibi uehemẽter aduersarium sed alioquin probum & ornatum uirum qualibet ratione uel colleret uel submoueret negauit se facturũ ne quem in tutelam patrie bonus ciuis locum obtineret malus & ĩprobus occuparet seq̄ uehementi aduersario urgeri q̄̃ patriam egregio aduocato carere preoptauit. In eodẽ li. Valerius rubrica Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia aliud refert exemplum. Emilius inquit. Lepidus bis consul & pontifex maximus splẽdoreq̄ hoꝝ par uite grauitate diutinas inimicitias cum fuluio flacco eiusdem amplitudinis uiro gessit quas simul ut censores renunciati sunt in

campo deposuit existimās eos non oportere priuatis inimicitiis dissidere qui publice sūma iuncti essent potestate. O damnosum uirus in ciuibus italie a diabolo disseminatum. Iamiam ubiq; partialitates abundant propter quos omne bonum publicū penitus destructum est & euersum oisq; iustitia cōculcata est & abiecta. Tertia est discordia īportabilis societatis eoꝝ q insimul conuēiūe aut ī una domo aut ī uicinia aut in religiōe aut in aula prīcipis aut in quocumq; collegio qui discordant nec unus alium recto oculo respicere ualent eo ꝙ nesciunt seruare regulā Pauli dicētis ad Eph. iiii. Cum omni humilitate & mansuetudine cū paciētia supportantes inuicē in caritate sollicīti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. O infelix temporis huius condino in qua ad modicum tolerare sotius nescit socium. frater fratrem proximus proximum suum. Vix domus reperitur in qua nō regnet diabolus discordie. uix etiam ut sic dicam aliqua congregatio eorum qui uocantur iusti. Vbiq; secte. ubiq;. dissensiones. ubiq;. uolūtatū & animorum contrarietates. O quantos decipit ꝓsumptio ꝓpria & sui ipsius elata opinio qui dū suas discordias imo & odia ignita considerant formant sibi conscientiā dicētq; zelo & caritate odire ac discordare. Taceo quod scio quod uidi quodue quottidie de multis qui sancti reputantur expior. Vnum dico. ꝙ ubi cōcordia non est non habitat ipse Christus. Dixit enim Math. xviii. Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum. Et ecclesiastici. xxv. Sapiens notabiliter ē locutus In tribus inquit beneplacitum est spiritui meo que sunt grata coram deo & hominibus. Amor fratrum. Concordia proximorū Vir & uxor bene sibi consentientes.

Quod discordia offendit omne bonum hominis. Spirituale scilicet Corporale & Temporale. Capitulū. iii.

Ertium mysterium declarandum de discordia dicit' offēsio offendit nāq; discordia tria desiderata bona. Primum bonū spirituale. Secundum bonum corporale. Tertium bonum tpale Primum bonum qđ offendit discordia dicitur spirituale bonum .s. anime. Nam nullum est peccatum adeo graue quod non fiat discordantibus facile. Ex illa siquidem prouenerūt ire rixe odia inimicitie & lites cōtentiones mendacia piuria blasphemie homicidia obstinationes & contemptus sacramentoꝝ ecclesie. Propter illam pleriq; per ānos & ānos nec cōfiteri nec cōmunicari curāt

Propterea figurata est discordia per bestiam de qua Iohā. Apo. xiii. ait. Vidi de mari idest de amaro corde discordātiū bestiam ascendentem idest discordiam habētem capita septem. id est septē capitalia uitia & cornua decē. idest transgressionē decē pceptoꝝ. Et super cornua eius diademata decem. idest gloriam de malo. quoniam discordantes & partiales letantur in malis suis. Secundū bonum quod offendit discordia dicitur corporale. Facit nanq; discordia cor discordantium triste. Et ut dicitur puer. xvii. Animus gaudens etatem floridam facit. Spiritus tristis exiccat ossa. Et Ecclesiastici. xxix. Iocunditas cordis hec est uita hoīs & iterum ibi. Ante tempus senectam adducit cogitatus. Tertium bonum quod offendit discordia dicitur tēporale. Vt enī Salust. ait in Iugurtino Concordia parue res crescunt discordia maxīe dilabuntur. Et Tullius de amicitia. Que domus tā stabilis. que ciuitas tā firma ē que nō odiis & dissidiis funditus possit euerti? Patet hoc p expientiam in romane reipublice desolatione. Cur destructa? Cur desolata? Cur ad nihilum deducta romanorum gloria atq; potentia? Fatua certe fallaq; fuit opinio eorum qui dixerunt Romam defecisse eo ꝙ ibi acceptatus sit cultus Christi ob quod indignati ipsorum dii ciuitatem ipsam odio graui sunt persecuti. Et licet August. satis copiose cōtra sic dicentes disputet in li. de ci. dei. Tamen non desunt poete & historiographi qui dicunt romanorum regnum amplissimum fore deperditū pꝑter ciuilia bella. Propterea Lucanus in principio primi sui libri sic cātat. Bella per emathios plusq̄ ciuilia campos Iusq; datū sceleri canimus populumq; potentem In sua uictrici conuersum uiscera dextra Cognatasq; acies & rupto federe regni. Certatum totis cōcussi uiribus orbis In cō mune nefas infestis obuia signis Signa pares aquilas & pila minantia pilis. Quis furor o ciues? que tāta lumina ferri? Gentibus inuisis latium prebere cruorem? Cunq; superba foret babylon spolianda tropheis Ausoniis. unbraq; er/raret crassus ulta. Bella geri placuit nullos habitura triumphos Heu quantum terre potuit pelagiq; parari. Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextre. Vnde uenit titan & nox ubi sidera fundit. q̄q; dies medius flagrantibus estuat horis. Et qua bruma rigens & nescia uere remitti. Astringit scythicum glaciali frigore pontum Subiuga iam seres iam barbarus isset araxes. Et ī scđo li. idem ait Summū brute nefas ciuilia bella fatemur. Qui igitur

considerat romane urbis interitum. De qua dicitur. Roma q̃nta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere poterit q̃nta sit discordie uis ad nocendum ad perdẽdum ad destruendũ & ãnihilãdũ omne regnum. Sed adhuc nobis se offerunt exempla tot florẽtissimarum Ciuitatum Italie: in quibus uidentur palaciorum ruine desolationes uiarum & platearum paucitas populorum & pristine dignitatis ac felicitatis antiq; omnimoda diminutio. O Bononia studiorum mater. O Ianua regina maris. O Parma. O Esculum. O Placentia. O Assisium. O Viterbium. O alie ciuitates & terre que discordiis & partialitatibus locum dedistis. Vbi est gloria uestra. Vbi populi multitudo? Vbi ãtique diuitie? O discordia maligna. O discordia detestanda propter illã nempe ciuis insurrexit in ciuem frater in fratrẽ. amicus in amicũ & platee ciuitatũ humano sanguine sunt madefacte atq; indies ciuitatum conditiones deteriorate eo q; omne regnum ut dictũ est in principio in seipsum diuisum desolabitur. a qua desolatiõe liberet nos Christus Iesus deus dei filius qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per infinita seculorum secula. Amen.

Feria secunda tertie ebdomade in quadragesima de diuitiis a quarum cupiditate amoreq; inordinato retrahendi sunt penitentes qui cupiunt eternas & celestes diuitias possidere

Sermo. xl.

Iecerunt illum extra ciuitatem. Scribunť hec uerba originaliter Luc. iiii. c. & in euangelio hodierno. Horribile satis est audire q; nazareni eiecerunt Christum foras materialẽ ciuitatem. sed multomagis detestabile est q; Christiani ipsum de suo corde repellant Et licet multa sint uitia atq; peccata ꝑpter que Christus a multis contemnitur uerumtamen unum est satis generale auaritia. s. propter quã pauci sunt hodie qui Christũ uelint habere. Vt enim dicitur Hiero. ii. c: A maiore usq; ad minorem omnes studẽt auaritie & a propheta usq; ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolum. Est aũt auaritia ĩmoderatus amor pecũie ut dicit August. per pecuniam intelligendo quecũq; temporalia bona que possideri possunt. Nã. i. q. iii. c. Totũ diciť. Quicquid homines habent in terra omnia quorum domini sunt pecunia ẽ propterea ut homines ad uerã penitentiã per diuitiaꝝ cõtẽptũ proueniant in presenti sermõe de diuitiis erimus locuturi in quo tria mysteria erunt declaranda. Primum dicitur dãnatio. Scd̃m

conditio. Tertium malignatio.

Quod amor inordinatus diuitiarum reprehendit & dãnat uerbo & exemplo tã a sanctis q̃ a philosophis moralibus.

Capitulum primum.

Rimum mysterium declarandum de diuitiis dicitur danatio Dãmnatur siqdẽ nõ solũ a sanctis uerum etiã a gentilibus & moralibus philosophis. Et ut id clarius habeatur queritr. Vtrũ diuites diuitias habẽtes aut habere uolẽtes possint eternã salutẽ acquirere. Et q̄ nõ arguitur. Primo per testimonia scripturarũ sanctarum. Deinde per dicta & exempla philosophorum. Inqt sapiens Eccle.xi.c. Si diues fueris nõ eris ĩmunis a delicto. Et prouer.xxviii. Qui festinat ditari nõ erit innocens. Et Dauid psal.xxxiii. Diuites eguerunt & esurierunt Et.i.Thi.vi. Qui uolunt diuites fieri incidũt in temptationẽ & in laqueos diaboli & desideria multa stulta & noxia que demergũt homĩes ĩ ĩteritũ & perditionem. Et Iac.v.c. Agite nunc diuites plorate ululãtes in miseriis uestris que aduenient uobis. Diuitie uestre putrefacte sunt & uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurũ & argẽtũ uestrum eruginauit & erugo eorum ĩ testimonium uobis erit & manducabit carnes uestras sicut ignis. Et August. in .li.lxxxiii. questionũ Caritatis uenenũ est spes adipiscendorum. Et Hier. ad Eustochium diuinis euangelium uocibus intonat. Nemo põt duobus dominis seruire. Et audeat quisq̃ Christum mendacem facere deo & mamone seruiẽdo? Vociferatur ille sepe Qui uult uenire post me abneget semetipsum & collat crucẽ suã & seq̃tur me. Et ego onustus auro arbitror me Christũ sequi. Et idem ad Iulianum ait. Diuitem purpuratum gehenne suscepit flamma. Lazarus paup plenus ulceribus cuius carnes putridas lãbebant canes & uix de micis mense diuitis miseram sustinebat animam in sinu Abrahe recipitur & tanto patriarcha parente letat. Difficile imo impossibile est ut presentibus quis & futuris fruat bõis & hic uentrem & illic mentem impleat ut de diuitiis transeat ad diuitias ut ĩ utroq; seculo primus sit ut & ĩ celo & in terra appareat gloriosus. hec ille. At sanctus sanctorum Christus Luc.vi. c. ait. Vhe uobis diuitibus qui habetis consolationem uestrã. Et idem Math.v. Beati inquit pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Et Math.xvi. Facilius est camelũ ĩtrare per foramen acus q̃ diuitem intrare in regnũ celorum. Genitrix

uero eius uirgo sanctissima Luc.ii.c. Sic cecinit Esurientes i/
pleuit bonis & diuites dimisit inanes Satis etiam damnabiles fore
diuitias christus & sancti exēplo pariter & opere demonstrarūt
Pauper siqdem christus ex paupe matre natus usq; ad patibulū
crucis pauperē uitā duxit Vnde Bernhardus.in sermone quodā
ait. Omnium bonorum eterna in celis affluentia suppetebat sed
paupertas non inueniebatur in eis hāc itaq; dei filius cōcupiscēs
descendit ut eam sibi assūmeret & sua estimatione illam faceret
preciosam de paupertate aūt xpi dixi in sermone de natiuitate
Paupes adhuc ipse uoluit esse apostolos suos ꝑ quibus dicit Criso,
super Math. Si bonum esset aurum hoc utiq; dedisset apostolis
Christus qui eis ineffabilia contulit bona Nunc autem nō solū
non dedit sed etiam habere ꝓhibuit. Vnde & Petrus ī pauptate
gloriatur dicens. Aurum & argentum non est mihi. Philosophi
insuper atq; gentiles suo modo dānabiles & piculosas esse ꝓdicāt
diuitias temporales & illas fatentur noxias. Vnde Tullius ī ꝓmo
de officiis ait. Peccunie fugienda cupiditas est Hihil enim est tā
angusti animi tāq; parui q̃ amare diuitias nihil honestius mag/
nificentiusq; q̃ pecuniam contemnere. Et Seneca Ad Lucillū
Aude hospes contēnere opes & te quoq; dignū finge deo. Nemo
alius ē deo dignior q̃ q opes contēpsit. Et idem in li. de trāqlitate
animi inducit exemplū & uerba Zenonis. Zeno inquit noster
cum oīa sua audisset submersa. Iubet me dixit fortūa expedi/
tius philosophari. Et Valerius maximus de Anaxagora dicit. q
cum post longam peregrinatiōem redisset in patriam omniaq;
sua dissipata uidisset retulit. Non essem ego saluus nisi ista pīssēt
Et de Crate thebano dicit Hier. ad Paulinū & ponitur xii.q.
ii.c. Crates prope.c. Multi. Crates ille thebanus homo quondā
ditissimus cum ad philosophandum athenas pergeret magnum
auri pōdus abiecit nec putauit se posse & uirtutes simul & diui/
tias possidere. Et contra Iouinianum idem sic loquitur. Legūt
plurimi philosophorum diuitias non tantū contempsisse sed etiā
abiecisse quasi īpedimentū sapiētie & uirtutis fecit hoc Socrates
quem omnium philosophorum secte tanq̃ sapientie & uirtutis
unicum fontem uenerantur Et Lact. li.i. di. institu. ait. Nā &
abiecisse quosdam res familiares suas & renunciasse uniuersis
uoluptatibus cōstat ut solam nudamq; uirtutem nudi expeditiq;
sequerentur. Concludimus ergo per omnia dicta. q diuites cum

quibuſ uirtuteſ ſtare non poſſunt eternã ſalutem nõ habebunt Sed contra obiici poteſt. Dicitur enim prouer. xiii. Redẽptio anime uiri diuitie proprie. Et prouer. xxvii. Propter inopiam multi deliquerũt. Et Saluſtiuſ in catelinario Semper in ciuitate quibuſ opeſ nulle ſunt boniſ inuidẽt maloſ extollũt uetera odere noua exoptant odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. Et Ariſt. iiii. ethicorum. Diuitie ſunt utilium. Et. ii. rethoricorum Vnum aliquid neceſſariorum eſt ſubſtantia. Et ibidem Omniſ ĩdigentia mala eſt Et. i. pollitice. Reſ poſſeſſa organũ ẽ ad uitã Et. ii. pollitice. Confert multitudo ſubſtantie. Et in euãgelio Luc. xix. de Zacheo diuite & principe publicanorum Chriſtuſ dixit Hodie huic domui ſaluſ a deo facta eſt. Et Math. viii. c. Cẽturionem ſub ſe militeſ habentem non damnauit ſed potiuſ approbauit fidem eiuſ. d. Non inueni tantam fidem in iſrahel. Reſpondeo ad hanc queſtionem ꝙ diuitie poſſunt haberi cum peccato & abſq; peccato. Cum peccato habentur triplici ratione Prima dicitur inordinate affectioniſ. Scd'a impie iniuſtificatiõiſ. Tertia indebite diſpenſationiſ. Prima ratio quare dãnabileſ ſũt diuitie dicitur inordinate affectioniſ cum quiſ ad illaſ ĩordinate afficitur conſtituenſ in eiſ beatitudiniſ finem. Et ſic intelligunẽ omneſ auctoritateſ que uidentur cõcludere ꝙ diuiteſ ſaluari nõ poſſunt. ſ. quãdo diuitiaſ diligũt tãꝗ ſũmum bonum pꝛepẽdẽteſ deum. Vnde in pſal. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere. Et Seneca ad Lucillum. Diuitiarũ tibi poſſeſſionẽ nõ ĩterdico ſed efficere uolo ut illaſ ĩtrepide poſſideaſ. Quod uno cõſequeriſ modo ſi te etiã ſine illiſ beate uicturum pſuaſeriſ tibi. Propterea Auguſt. li. i. de ci. dei. c. x. ait. Cum apoſtoluſ dicit. Qui uolũt diuiteſ fieri incidunt in temptationẽ etc. pfecto in diuitiiſ cupiditatem reprehendit non facultatem quam precipit alibi dicenſ. Precipe diuitibuſ huiuſ mundi nõ ſuperbe ſapere neq; ſperare ĩ ĩcerto diuitiarum ſed in deo uiuo qui preſtat nobiſ oĩa abũdãter ad fruẽdum Et Hiero. ad Saluiniam de Nebridio & uiduitate Nec diuiti obſunt opeſ ſi eiſ bene utatur nec pauperem egeſtaſ cõmẽdabiliorẽ facit ſi inter ſordeſ & ĩopiam peccata non caueat Vtrũq; nobiſ teſtimõium & Abrahã patriarcha & quotidiana exempla ſuppeditant quoꝝ alter in ſũmiſ diuitiiſ amicuſ dei fuit Alii quottidie in celeribuſ deprehenſi penaſ legibuſ ſoluunt. de Abrahã ĩſuper idem ad Palmachiũ ita ſcribit. Diueſ erat Abraã

auro argento pecore possessione multāq; familiam habebat ita ut ad subitum nunciū armare posset exercitū iuuenibus electis Et quatuor reges qui fugerant in helan secutus occiderat tamē post crebrū hospitalitatis officiū dū homies non recusat suscipere meruit deum. hec ille. Dānatur ergo non diuitiarū possessio sed illarum nimius superfluusq; amor Sunt autem hec amoris uiciosi tria principalia signa Primū cum quis sine rerū indigentia plus debito in diuitiis acquirendis se occupat & affligit de quo dicitur Ecclesiastes. iiii. c. Vnus est & secundū non habet non fratrē non filium & tamen laborare non cessat nec satiantur oculi eius diuitiis nec recogitat. d. Cui laboro & fraudo animam meā bonis In quocūq; uanitas est & afflictio pessima. Scđm signum q̄ quis inordinate diligit diuitias est eum illas quibus ipse nō eget ꝓpter deū pauperibus dispēsare recusat. Et de hoc diffusius loquemur in sermone de elesima. Tertium signum est cum quis se diuitiarū seruum facit. Nam sunt nō nulli q diuitias etiam ad proprium cōmodum necessitate urgente exponere nolunt. Noui & ego Iohannē fusco uenerabilis ecclesie sācte marie maioris de urbe canonicū ditissimum q̄ plura beneficia habentē eratq; ei substācia multa abūdabat uino frumento armētis & pecuniis. Remāserāt etiam ei argentea uascula indumenta panni & libri & alia bona plurima quondam fratris eius cardinalis sancti Marci Ipse tamē miser & miserior ceteris auaritia uictus panem & aquam sepius cōmedebat. Mulam cui insedebat ne famulum precio detineret ipse solus gubernabat. Ad dormiendum sine lumine accedebat. Calciatus in cultum lectū intrabat. Dum infirmabatur uix post multos dies cum mori iam timere inciperet medicum aduocabat. Vestes ātiquas & laceratas deferebat nec caloribus aut frigore a labore poterat detineri pro uno denario pauperes suffocabat Semp discurrebat sēp circuibat anxius & sitibūdus ad thesaurisandū. Crudelis aliis crudelior sibi inimicissimus deo. O reꝓbāda conditio. O feralis natura. O denīq; reprehensibile malū amare plus diuitias q̄ deum q̄ proximum q̄ propriā animam q̄ etiam & corporalem uitam. Propterea Seneca in li. de beata uita ait. Diuitie apud sapientem uirum in seruitute sunt apud stultum in imperio Scđa ratio quare damnabiles sunt diuitie dicitur impie iniustificationis qn̄ aut iniuste acquirūt aut iniuste possidētur Tertia ratio dicitur indebite dispensationis quādo dispensantur

aut hiſ quibuſ diſpenſari non debent. Et de hoc dicemuſ i ſermõe de elemoſina aut quãdo expendunt prodigaliter in hiſ in qbuſ expendi nõ debent ut in ſupfluiſ hedificiſ cõuiuiſ & indumẽtiſ & ſimilibuſ abſq; peccato habentur diuitie cum retinentur i uſũ nec propter altaſ offenditur deuſ aut proximuſ ſed habentur aut per iuſta lucra acquiſite aut per hereditariam ſucceſſionem illiſq; homo utitur moderate non conſtituendo in eiſ finẽ ultimũ.

Quod diuitie affligunt eoſ qui illaſ imoderate amãt laborẽ timore atq; dolore quare potiuſ ſũt contẽnende q̃ diligẽde.

Capitulum .ii.

Ecũdum myſterium de diuitiſ declarandum dicit̃ cõditio. Reperiuntur ſiquidem in diuitiſ cum pluſ debito diligunt̃ treſ peſſime conditioneſ. Prima dicitur laboriſ. Secunda dicitur timoriſ. Tertia dicitur doloriſ. Prima conditio dicitur laboriſ. Affligunt enim diuitie ſe diligenteſ triplici labore. Primuſ dicit̃ mentaliſ. Scd̃ſ corporaliſ. Tertiuſ conſcientialiſ. Primuſ dicitur labor mentaliſ quia menſ eorum qui diuitiaſ amant nunq̃ poteſt eſſe quieta eo ꝙ cum in diuitiſ ſatietatem querant illam in eiſ nunquam inueniunt. Propterea dicit ſapiẽſ eccle .v. Auaruſ nõ implebit̃ pecunia. Et Hier. ad Demetriadẽ uirginẽ. Diuitiaꝝ amor iſatiabiliſ eſt Et Ambr.. xlvii. di. c. Sicut hi Nec ſatietaſ unquam nec finiſ adheret cupiditati. Et Boeciuſ in .ii. Si quãtaſ rapidiſ flatibuſ incituſ pontuſ uerſat arenaſ. Aut quot ſtelliferiſ edita noctibuſ celo ſidera fulgẽt. Tãtaſ fũdat opeſ nec retrahat manum pleno copia cornu. humanum miſeraſ haud ideo genuſ ceſſat flere querelaſ. Et Seneca ad Lucillum. Vidiſti aliquãdo canẽ miſſa a domio fruſta paniſ aut carniſ aperto ore captãtẽ? Quicquid excipit protinuſ integrum deuorat & ad ſpem uẽturi hyat. Idem euenit nobiſ quicquid expectantibuſ fortuna ꝓicit id ſine ulla uoluptate dimittimuſ ſtati ad rapinã alteriuſ attoniti & erecti. Et idem ad eundem. Congerant̃ in te quicquid multi locupleteſ poſſident & ultra priuatum pecunie modum fortuna te ꝓuehat auro tegat purpura ueſtiat. Et ad hoc moduſ diliti/ arum & opum te perducat ut terram marmoribuſ abſcondaſ nõ tm̃ trahere ſed calcare diuitiaſ liceat. Accedant ſtatue & picture & quicquid arſ ulla luxurie elaborauerit maiora cupere ab hiſ diſceſ. Naturalia enim deſideria infinita ſunt & falſa opinione naſcentia ubi deſinant non habent. Et Iuuenaliſ. Creſcit amor

nūmi quantum ipsa pecunia crescit. Quid igitur prodest ei qui multas habet diuitias si non quiescit uel cōtentatur? Inquit enim Cicero in padoxis. Contentum esse suis rebus maxime sunt certissimeq; diuitie. Propterea magis diues est qui scit contentari in paucis q̄ qui in multis semper animo angustiatur & eget. Vnde Seneca ad Lucillū Breuissima ad diuitias p contemptū diuitiaꝝ uia est. Et iterum ad eundē. Qui cum paupertate bene conuenit diues est. Et iterum ibi de contemptu pecunie. Multa dicunt & longissimis orationibus hoc percipitur ut homines in animo nō in patrimonio putēt esse diuitias eiq; locupletē esse q paupertati sue coaptatus est. Et iterum ibi. Quid miraris? Quid stupes? pompa est. Ostendunt iste res nō possidētur. Ad ueras potius te conuerte diuitias. Disce puo esse contentus & illā uocē magnus atq; animosus exclama. Habeamus aquā habeamus polentam. Secundus labor quo diuitie se diligentes affligunt est corpalis propterea ait. Oratius. Impiger extremos mercator currit ad indos Per mare pauperiem fugies per saxa per ignes. Et sapiēs Ecclesiastes. ii. capitul. Cuncti dies eius pleni sunt laboribus & erumnis. Tertius labor dicitur conscientialis. de quo August. in sermone de innocentibus. Lucrum inquit in archa damnum in conscientia. Quisnam explicet quot peccatis oneratur auarorum cōscientia misera? Ob cupiditatē nāq; fiūt rapine furta symōie uiolentie depredationes usure fraudes proditiones iniustitie & ut sic dicam oīa mala atq; facinora. Vnde Virgilius in 4. Eneidos ait. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? q̄si dicat ad omnia mala. O uoratrix animarum auaritia. O ardēs ignis cupiditatis. O pestiferū uenenū salutis. Magna siqdē incredibilisq; multitudo gentium propter auaritiam demergit ī infernū. Scd'a conditio pessima diuitiarū dicitur timoris. Cruciāt nēpe se diligentes timore continuo Nam qui nimis ad diuitias afficitē semper est pauidus. timet inimicos non minus formidat amicos non cōfidit in uxore nō in filiis nec in fortissimis seris. Abscōdit sepe aut in terram aut intra muros pre timore pecunias. Terretē ad sonitum uenti ad motum fenestre ad saltum muris suspicādo semp omnia latrones esse. In itineribus ei arborū umbre terrorē incutiunt. & ubiq; semper uiuit suspectus. Propterea exclamat Boecius in. ii. de consolatione dicens. O preclara opū mortaliū beatitudo quā cū adeptus fueris securus esse desistis. Et Iuuenalis

dicebat. Cantabit uacuus coram latrone uiator. ꝓpterea beatus Francis. paupertatem cōplexus latrones non timuit dū irruerūt in eū quando ibat in principio conuersionis sue de Assisio uersus Ei gubiū. Propterea de illo dn̄s Boni. sic dicit in responsorio, Dū seminudo corpe laudes decātat gallice zelator noue legislatoribus ī nemore respondet sic prophetice. preco sum magni regis. Audit ī niuis frigore ꝓiectus iace rustice futurus pastor gregis. Tertia conditio diuitiarum dicitur dolor. Afficiūt nēpe dolore incredibili se diligentes cum dimittunt aut relinquunt ī morte. Nam morientes nihil de illis secum ferre possunt. Vnde dauid in psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Et Iob. xxvii. c. Diues cū dormierit nihil secū affert aperiet oculos suos & nihil iueniet. Apphēdet eū quasi aqua inopia. Et ut Greg. inquit. iii. mor. Nunquam sine dolore pditur quot cū amore possidetur, propterea qui diuitias estimant sicut debent si illas aut uiuentes perdant aut morietes deserant nō contristantur. Propterea Tullius in paradoxis ait de Biante prieneo necnon illum laudo sepe sapientem qui nō sit ut opinor inter septem cuius cum patriā priennē cepisset hostis ceteriq; ita fugerent ut multa de suis rebus secum asportarent cū esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret. Ego īquit facio. Nam omnia mea mecum porto. Ille hec ludibria fortune nec sua putauit que nos etiam bona appellamus.

Quod maligni sunt diuitiarum amatores eo ꝙ subiiciunt se terre uilissime & deuiāt a regula oīs creature efficiūtq; similes idolatris. Capitulum. iii.

Ertium mysterium declarādum de diuitiis dicit malignatio.

Est quidē peccatum malignum diuitias īordinate diligere quia auaritia ab auri cupiditate nuncupatur. Grauitas aūt eius apparet ex triplici ratione. Primo ratione subiectionis. Secūdo ratione deordinatiōis. Tertio ratiōe idolatratiōis. Primo appet grauitas auaritie ratione subiectionis. Vnde enim inquit Tho. ii. ii. q. c. xviii. Omne peccatū ex hoc ipso ꝙ ē malum in aliq̄ corruptione seu priuatione alicuius boni consistit. Inquantū aūt est uoluntariū consistit in appetitu alicuius boni dupliciter ergo ordo peccatorum potest attendi. Vno modo ex pte boni quod per peccatum contemnitur uel corrumpit quod quanto maius est tanto peccatū grauius est. Et scd̄m hoc peccatum qd̄ ē cōtra

deum est grauissimum. Alio modo pōt attēdi grauitas peccatorum ex parte boni cui inordinate subditur humanus appetitus. quod quanto minus est ac uilius tanto peccatum deformius Inter oīa autem bona exteriora minimum est & infimum quod spectat ad temporales diuitias. Nam si recte consideremus quid sit argētū quid aurum quid gēme quid iocalia quelibet preciosa qd domus quid alta palatia quid famulorū turba quid greges quid armēta quid denique omnia que diuitie uocari solent profecto inueniemus non aliud esse preter terram. Tercia autem in ordine creaturarum infimum habet locū atque uilissimum eāque calcandam deus pedibus hominum dedit. Vnde Hier. ad Demetriadem uirginem ait. In actibus apostolorū quando domini nostri Iesu Christi feruebat cruor & recens erat in credētibus fides uendebāt oēs possessiōes suas & portebant precia ad pedes apostolorū ut docerēt pecunias esse calcandas propter hoc insuper Seneca ad Lucillū ait. Nihil natura quo auaritiam nostrā irritaret posuit s aperto pedibus aurum calcandum ac premendum dedit & quicquid est propter qđ calcamur ac premimur. Illa ulterius nostros erexit ad supos & quicquid magificum mirumque fecerat uideri a suspicientibus uoluit ortus occasusque & properātis mūdi uolubilē cursū tardos syderū incessus si cōpares toti citatissimos si cogites quāta spatia nūquam intermissa uelocitate circūeant. Alia deinceps digna miratu siue per ordinem subeunt siue subitis causis mota prosiliunt ut nocturni ignium tractus celi patescentes columnas ac trabes defectus solis ac lune inuicē obstantiū hec supra nos natura disposuit. Aurum quidem & argētum quasi male nobis cōmitterētur abscondit. Nos fortune mala nostra tradidimus nos in lucē per que pugnaremus extulimus nec erubescimus sūma apud nos haberi que fuerunt ima terrarū. hec ille. Scđo apparet grauitas auaritie ratione deordinationis. Deordinat siquidem auaritia homines ut peiores fiāt q̄libet alia creatura. Nam ut dicit Aug. Iudicium maximū dīne bōitatis ē q quelibet creatura cogit̄ dare seipsā. Auari uero oīa uellent apropriare sibi cōtra quorū parcitatē & crudelitatē ad proximos dicemus in sermōe de elemosina. Tertio apparet grauitas auaritie ratione idolatrationis. Vnde Paulus eph. v. dicit q auaritia est idolorum seruitus. Quod secundum Nicolaum de lira intelligendum est per quādam conformitatē qa ita se habet auarus ad nūmū sicut ad idola idolatra propterea

quia auari omnem ſpem ſuam & confidentiam ponunt in diuitiſ. hec ē itaq; illa auaritia neqſſima perditiōiſ mater pietatiſ īimica corruptrix animarum eſca diaboli & materia omniſ peccati quā qui ſequitur euiat a ſe Chriſtū qui nobiſ ſit propitiuſ ut ualeāuſ ſua gratia terrena oīa conculcare atq; ad regna ꝓperare celeſtia ubi ſanctiſ aſſociati benedicamuſ Chriſtū glorioſum & laudabilē per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Feria tertia tertie ebdomade in q̄drageſima de execrādo & periculoſiſſimo peccato ſymonie propter quod non parū damnificatur atq; cōfunditur ordo eccleſiaſtice hierarchie.

Sermo. xli.

Vecūq; ſolueritiſ ſup terrā erunt ſoluta & in celo. Verba ſunt redemptoriſ noſtri originaliter Math. xviii. c. & in euangelio hodierno. Contulit ſaluator noſter miniſtriſ eccleſie & ſacerdotibuſ ſuiſ ineſtimabilem dignitatem cū fecit eoſ ſpūaliū diſpenſatoreſ. Ideo tanto grauiuſ eſtimatur ſi quando peccant eorum delictum quanto plura donorum dei īcrementa ſū pſerūt. Maxime autem damnatur in illiſ uitiū ſymonie qđ ex auaritia procedere noſcitur. Illud ſiquidem eſt cauſa multorum malorū & confuſioniſ damnoſiſſime ī eccleſiaſtica hierarchia ob eā cauſā ī preſenti ſermone contra uitiū ſymonie nō nulla erimuſ diſſeptaturi de quo contēplabimur tria myſteria principalia. Primū dicitur diffinitio. Secundum inductio. Tertium punitio.

Quid ſit ſymonia & unde denominatur & q̄re eſt peccatum graue & quid intelligitur per ſpirituale aut ſpiritualibuſ annexum. Capitulum. i.

Rimum myſterium contemplandum de ſymonia dicitur diffinitio. Et Ric. in. iiii. di. xxv. Et Tho. ii. ii. diffiniūt illam ſic. Symonia eſt ſtudioſa uoluntaſ emēdi uel uēdendi aliq̄d ſpirituale uel ſpūali annexū. Que diffinitio cōtinetur implicite in. c. Qui ſtudēt. i. q. i. Pro clariore aūt declaratiōe notabiīuſ tria. Primo denoīationē. Scđo rationē. Tertio determīationē. Primo conſideremuſ denominationem. Nam ſymonia denoīatē a Symone de quo habetur actuū. viii. c. ꝙ cū uidiſſet quia per impoſitionem manuſ apoſtolorum daretē ſpirituſ ſanctuſ obtulit eiſ pecuniam. d. Date mihi hanc poteſtatem ut cuicūq; īpoſuero manuſ accipiat ſpiritum ſanctum. Petruſ autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum ſit in perditione etc. Sed non uidetur ꝙ ſit

conuenienſ iſta denomĩatio eo ꝙ ſymon noluit uendere ſpũalia ſed emere. Et ut habetur. iiii. Reg. v. c. Gyezi ſpũalia uẽdidit Naamã ſyro. Ergo non magiſ debet dici ſymonia ꝗ̃ Gyezia. Reſpondet Ric. ubi ſupra. ꝙ conuenientiuſ nominatur ſymonia ꝗ̃ Giezia quia uitium tam emptioniſ ꝗ̃ uenditioniſ quantum ad uoluntatem fuit in Symone mago. Ad hoc enim uoluit emere pecunia donũ ſpiritus ſãcti ut poſtea aliiſ uẽderet. Si tñ diſtĩcte loqui uolumuſ poſſumuſ uẽdenteſ ſpiritualia appellare Giezitaſ & ementeſ ſymoniacoſ. Scd̃o conſideremuſ rationẽ quare ſpiri/tualiũ emptio ſiue uẽditio ſit illicita. Prima eſt ex pꞇe uẽdentiſ. Scd̃a ex parte ementiſ. Tertia ex parte uenditioniſ. Prima rõ ex parte uendentiſ quia ille qui uendit ſpiritualia non eſt illoꝝ dominuſ ſed diſpenſator. Vnde. i. Cor. iii. c. Apoſtoluſ dixit Sic noſ exiſtimet homo ut miniſtroſ xp̃i & diſpenſatoreſ miſterioꝝ dei. Scd̃a ratio eſt ex parte ementiſ. Ille qui emit rem multo minore pretio ꝗ̃ ualeat iniuſte emit. Sed ſpiritualia ſunt tante nobilitatiſ & perfectioniſ & per conſequenſ ualoriſ ꝙ nulli ꝓtio temporalium rerum poſſent adequari. Vnde & de ſapientia que eſt reſ ſpiritualiſ dicitᷣ ſapientie. viii. Precioſior ẽ cũctiſ opibuſ & omnia que deſiderantur huic non ualent comparari. Tertia ratio eſt ex parte uenditioniſ qa qui utitur aliquo actu ad illud ſeu alio modo ꝗ̃ ordinauerit deuſ inique facit & tãto peiuſ ꝗ̃nto illud eſt in ſe digniuſ. Ordinauit autem deuſ ſpiritualia gratiſ conferri debere hominibuſ per miniſtroſ eiuſ. qd̃ xp̃ſ declarauit dicenſ Math. x. c. Gratiſ accepiſtiſ gratiſ date. ſ. ſacramenta & alia ſpiritualia. Vnde in cõcilio tolletano. i. q. i. c. Quicqd dicitᷣ. Quicquid inuiſibiliſ gratie conſolatione tribuit nũꝗ̃ queſtibuſ uel quibuſlibet premiiſ uenũdari penituſ debet dicente domino Gratiſ accepiſtiſ gratiſ date. Et ſic colligitur ꝙ ſymonia ꝓpter dicta peccatum eſt mortale. Et ſupadditur ratio ꝙ nulluſ debet excõmunicari niſi pro mortali peccato ut dictum eſt in ſermone de inobedientia. Sed ꝓ ſymonia debet quiſ excõmunicari. Vñ i. q. i. c. Qui ſacroſ dicitur. Anathema danti ideſt fiat ſecundum gloſam Anathema accipienti ſymonia. Tertio conſideremuſ de/terminationem. Quid intelligitur per ſpiritualia aut ꝓ ſpũalibuſ annexa. Et ſecũdum doctoreſ ſpiritualia dicuntur ſacramenta ſ. Baptiſmuſ. Chriſma. Euchariſtia. Ordo. Penitẽtia. Extrema unctio. Et benedictio nuptiarum pro quibuſ dare pecuniã uel

recipere ut pretiū eorum est prohibitū quia symonia. Annexa uero spiritualibus dicuntur. Dedicatio ecclesiarū. Consecratio uirginum & altarū rerum pertinentium ad cultū diuinū. Benedictio abbatum. Absolutio ab excōmunicatione uel aliis cēsuris ecclesiasticis. Electio prelatorum ecclesiasticorum. Cōfirmatio eorum. Renunciatio. Visitatio ipsorum prelatorum. Correctio crimінū uel desistere a correctiōe in iuditio ecclesie. Cura aīaꝝ. Ingressus religionis seu monasterii. Ecclesia seu beneficiū sīplex uel curatum. ꝑbenda. dignitas ecclesiastica ut Archidiaconatus Prepositura. Episcopatus & huiusmodi. Officium sepulture uel locus ecclesie consecratus ad sepulturā uel ubi iā sepultus ē aliqs. Capelle. Ius patronatus. Ius percipiēdi decimas. Officia ecclesiastica ubi est aliqd iurisdictionis spiritualis. ut Iconimus. Vicedominus & huiusmodi Ferre sententiam in iuditio ecclesiastico. ꝑmutatio dignitatis ecclesiastice uel beneficii & similia. pacisci ergo pro his symonia est. Vnde dicitur. i. q. ii. c. Quam pia. Cesset oīs pactio cesset oīs conuentio scilicet emptionis aut uenditionis. Notādū. tamen ꝙ siquis sine pactione expressa uel exactione conferat aliquid spūale spūaliter hac intentione ut propter illud recipiat temporale. puta audit confessionem uel dicit missam uel confert ordinem siue beneficium & similia principaliter qa sperat ꝓpter hoc se habiturum pecuniam uel aliud pretiū. Et similiter qui dat temporale principaliter ut recipiat spirituale. puta eucharistiam ordinem sacramentū beneficium & huiusmodi symoniam cōmittit mentalem que mortale est secundum Ric. Tho. Ray. Host. Innocentium. Sed talis symonia mentalis tollitur ꝑ penitentiā extra de symonia. c. Mandato. Vbi autem non fit pactio uel exactio uel principalis intentio ad tpalia in collatione spūaliū uel receptiōe sed gratis & elemosinaliter det aliquid & accipiat ad substentationem nature uel reuerentiam sacramentorum uel ad seruandū laudabilem consuetudinē licite & sine symonia dari & accipi potest Vnde Gregorius. i. q. ii. c. Sicut episcopum ait. Eius oblatio nullam culpe maculam ingerit que non exambitus petitione processit. Nec Symoniaci sunt tantum qui spiritualia uendunt uel emunt sed etiam illi qui in his mediatores sunt quos ecclesia grauiter punit sicut patet. i. q. ii. c. Sicut episcopum.

Quod pecunia est materia inductiua peccati symonie & quomō pecunia accipit multipliciter & multiplici munere.

Capitulum .ii.

Ecundum myſterium contemplandum de ſymonia dicitur inductio. Eſt nāq; huiuſ ſceleriſ materia īductiua pecunia ſūmendo pecuniam large ut in ſermone precedēti dictum ē pro omni eo quod poteſt temporaliter poſſideri. Poteſt etiā pecūia dici quicquid pretio temporali ſeu extimari poteſt ſeu menſurari. Non ſolum pecunia numerata in moneti auri argenti & eriſ uel ea que coiter cōſueuerunt emi uendi ut uaſa aurea uel argētea animalia agri & huiuſmodi ſed etiam preceſ ex quibuſ acquirit fauor populariſ & obſequia temporaliter preſtita. Unde dicit Gregoriuſ .i.q.i.c. Sunt nonnulli. Cum uirum iuſtum propheta deſcriberet ait. Beatuſ qui excutit manuſ ſuaſ ab omni munere Quia aliud eſt munuſ ab obſequio aliud a manu aliud a lingua. Munuſ ab obſeq̄o eſt ſeruituſ indebite impenſa. Munuſ a manu pecunia eſt. Munuſ a lingua fauor ſcilicet mundanuſ. Et per quodlibet horum munerum cum interuenit in ſpūalibuſ cōmittit ſymonia ut ibidē Gregoriuſ dicit Et ad idē .i.q .iii.c. Saluator Urbanuſ ait. Quicūq; reſ eccleſiaſticaſ ideſt ſpiritualia que dei dona ſunt non ad hoc ꝙ inſtitute ſunt ſed ad ꝓpria lucra mūere lingue uel indebiti obſequii uel pecunie largitur uel adipiſcitur ſymoniacuſ eſt. Et quantum ad munuſ a lingua. Sciendum ꝙ ſi quiſ prelatuſ confert beneficium eccleſiaſticum ſeu dignitatem eccleſiaſticam uel aliquod ſacramentum ad preceſ alicuiuſ hac intentione principali ut eiuſ precibuſ conferenti lauſ uel fama acquiratur uel ut contrarium euitet ſymoniā cōmittit. Et ſi ꝑceſ porriguntur ab alio pro indigno de beneficio curato uel ſimplici & ille qui porrigit & qui exaudit ſymoniam cōmittit ſi ad ꝑceſ factaſ principaliter mouetur. Si autem preceſ porriguntur pro digno & ad idoneitatē reſpicitur non ad preceſ principaliter nec rogānſ nec conferenſ male facit nec ſymoniam cōmittit. Si uero quiſ pro ſe preceſ porrigant de beneficio ſimplici non reputatur ſymonia ſi aliaſ eſt dignuſ. Nam ſi indignuſ ſymoniacuſ reputatur Et ſimiliter ſymonia inducunt preceſ pro ſe porrecte de bn̄ficio curato etiā ſi aliaſ ſit dignuſ q̄a ratiōe ambitioniſ & preſūptioīſ reputatur eo ipſo indignuſ ſcd̄m beatum Tho. in iiii. di. xxv. & .ii.ii. q. cēteſima. Et Ray. in ſūma ſua. Quantum ad munuſ ab obſequio reputatē ſymonia quando quiſ ſeruiret alicui plato obſeq̄o ī honeſto. Sed quo ad obſeq̄a honeſta uidelicet ordīata

ad utilitatem ecclesie uel prelati rationabilem non reputatur symonia ita tñ ꝙ nõ principaliter seruiẽs faciat ꝑ illud cõsequẽdũ Vnde Greg. ait. Ecclesiasticis utilitatibus deseruiẽtẽ ecclesiastica oportet remuneratiõe gaudere. xii. q. ii. c. Ecclasiasticis. Munus a manu est cum datur pecunia & huiusmodi. Vbi tamẽ notãdũ. ꝙ pecunia potest dari & recipi licite ꝓ spirituali & sine symõia quinque rationibus. Primo ratione permutationis. Scd̃o ratione substentationis. Tertio ratione prouocationis. Quarto ratione punitionis. Quinto ratione uitande uexationis. Primo ratione permutationis. probatur sic. Qui uult remissionem peccatorum consequi debet si potest elemosinas facere. Vnde Denielis. iiii. Peccata tua elemosinis redime. Et Ambrosius de penitentia. di. i. c. Medicina. Peccatis tuis uenun datus es. redime te pecunia tua Debet etiam quis pro adeptione eterne uite tp̃alia cuncta dare iuxta illud Math. vi. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis. Scd̃o potest dari pecunia ratione substentationis sicut sacerdos pro missa quam dicit accipit pecuniam uel prebendã nõ ꝙ illam accipiat pro consecratione eucharistie uel ꝓ oratiõibus & huiusmodi quasi pretium sed ut stipendium sue substẽtationis Vnde Augustinus. i. q. i. iii. c. Iudices. ait Accipiant necessitatis substentationem a populo mercedem ministrationis a deo sic & prophete antiqui testamenti si aliquando recipiebant aliquid in ꝓphetisando accipiebant ĩ modum elemosine ad substentationẽ nõ ad pretium ꝓphetie. Tertio potest dari pecunia & accipi rõe prouocationis Et sic dantur elemosine pauperibus ad inducendũ eos & excitandum ut orent pro benefactoribus suis nõ loco p̃tii quia oratio spiritualis est & apretiari nõ potest. Quarto ratione punitionis. Exigiẽ quandoq; ab eo qui absoluit̃ ab excõicatiõe pecunia non pro ipsa absolutione quia hoc esset symonia sed in punitione. Quinto ratione redimende uexationis. Nam anteq̃ ius acquiratur alicui in beneficio uel dignitate non licet dare ad redimendã uexationẽ suam quia esset symonia sed postq̃ fuerit adeptus & ius sibi acquisitum uexationem sibi iniuste factã sup̃ beneficio uel dignitate licet pecunia redimere sed non iustam uexationem ut si iuste accusaretur & huiusmodi.

Qualiter puniuntur symoniaci. tum per priuationẽ gratie diuine. tũ per suspensionẽ ordinis & beneficii symoniace susceptorum. tum etiã per obligationem ad restituendũ.

Capitulum .iii.

Ertiũ mysteriũ contemplandũ de symonia dicitur punitio.

Punitur etenim hoc peccatum multiplici pena· Prima dicit̃ gratie dei perditio. Secũda iusta suspensio. Tertia restitutiõis obligatio. Prima pena dicitur gratie dei perditio. Vnde. i. q. i. c. Qui studet Gregorius nazanzenus ait. Iudas omniũ redẽptorẽ uendidit mox laqueo suspensus eandem redemptionis gratiã nõ obtinuit & merito quia nemo põt retinere qđ uendidit. Symon etiã magus cũ eandẽ gratiã spũs sancti emere uellet dãnationis sue sententiam audiuit a Petro. Dicit etiam Augustinus. i. q. i. cap. Sicut. Quot ignis sacrificii qui per. lxx. annos Babylonice captiuitatis sub aqua uixerat ex tinctus est Anthioco Iasoni uendente sacerdotium qui significauit ignem idest gratiã spũs sancti non lucere in symoniacis sacramentis. Secunda pena qua puniunt̃ symoniaci ẽ iusta suspensio. Sũt enĩ notarii symoniaci suspensi ab ordinibus & beneficiis symoniace susceptis ut. i. q. i. c. Statuimus. Et. c. Quisquis. Et hanc suspensionẽ uidet̃ Ambro. uocare excõmunicationem in. c. Reperiuntur. i. q. i. secundũ glo. Et tales scilicet conferentes ordines uel beneficia & officia ecclesiastica & ista etiam recipientes per symoniam si sunt clerici debent deponi & priuari omni officio & beneficio simpliciter si conuincant̃ de hoc in iuditio ecclesie. Si sunt laici ut mediatores symonie debent excõmunicari. i. q. ii. c. Siquis. . Efficiunt̃ etiã infames & quilibet criminosus admittitur ad accusationem eorum extra de symonia. c. Tanta. Et. c. Si dominus. Tertia pena symoniacorum est restitutionis obligatio. Nam secundum Tho. Pecunia recepta per symoniam retineri non potest sed restitui debet non conferenti quia turpiter dedit sed debet pauperibus erogari uel illi ecclesie in cuius iniuriã data est applicari Et hoc in omni symonia. Et scđm Tho. & Inno. & Ray. symõiacus quo ad beneficia simplicia uel curata p symoniam recepta pdit fructus qa non potest illos recipere & receptos tenet̃ restituere deductis expensis factis in utilitatem ecclesie & gratia fructuum colligendoꝝ. Et hoc qa fur est & latro in illo iudicio. In ueteri autem testamento ut habetur. iiii. Reg. v. c. Giezi propter symoniam quam commisit accipiendo pecuniam a Naamã syro quem Helyseus propheta curauerat lepra percussus est cũ oĩbus posteris eius. Sed quid dicam? Quo me uertam? Qualiter uerba

concludam? Audiuimus ex his que dicta sunt q̄ graue sit uitium symonie. Et tamen hodie ubiq̄ regnat. ubiq̄ sua tela proicit. O ecclesia dei. O sponsa decora agni ímaculati xp̄i Iesu. Quis in te prefecit tot ignaros indoctos inabiles ad curam animarum Quis ordíes dignitates & beneficia tua tá multis ídignis tribuit? Audeo dicere q̄ pessima illa & truculenta bellua symonia mala hec omnia fecerit. Et ne descēdimus ad particularia tantú unú tenere firmiter possumus q̄ si symonia cessaret a ministris ecclesie cuncta bene optimeq̄ disponerent & aías in peccatis alligatas absoluerent ac de diaboli laqueis liberarēt se uero nó illaquearēt sed potius uelut mistri digni adipiscerētur í hoc seculo dei gratiá & in futuro sempiternam gloriá in qua Christus uiuit regnatq̄ per infinita secula Amen.

Feria quarta tertie ebdomade í q̄dragesima de cogitationibus malis & uiciosis uitandis propter quas solas & absq̄ effectu operum exteriorum posset homo damnari.

Sermo.xlii.

E corde ení exeút cogitatiōes male. Verba sút redēptoris nostri originaliter Math.xv.c.& in euágelio hodierno. Extat apud nonnullos opinio quidem satis falsa & piculosa q̄m non arbitrātur esse peccata que p̄ opera extríseca nó p̄petrāt cum tamen secundum rei ueritatem multo plura sint mala que latent in corde in die iudicii manifesta fiēda q̄ ea que núc appēt forinsecus & uidentur hoc autem euidenter satis aperuit omniú doctor Iesus xp̄us dei filius in lectione sancti euangelii. Quapropter ut qui uerá penitentiá agere uolunt totaliter múdentur & quelibet expellāt facinora in presēti sermóe de cogitatióibus differemus de q̄bus tria mysteria declarabo. Primú dicit cognitio. Secundum offensio. Tertium remediatio.

Quod cogitationes cordium certitudinaliter cognosci non possunt nec a demonibus neq̄ ab angelis beatis sed bene a solo deo quem nullum latet secretum. Capitulum.i.

Rimum mysterium declarandum de cogitationibus dicitur cognitio. In quo uidendum erit q̄liter cogitationes nostrorū cordiú cognosci pñt. Et hoc tripliciter. Primo respectu demóis. Scd̄o respectu angeli. Tertio respectu dei. Primo uidendum ē qualiter cogitationes hominum cognoscuntur respectu demóis. De quo dubium esse potest. utrum cognoscat secreta conscientie

Et uidetur ꝙ sic Primo qa officium demonum est accusare. Vñ apoc.xii. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Ergo si in iuditio argueremur de secretissimis cogitatõibus uidetur ꝙ be non lateant accusatorem nostrum. Secundo arguitur quia dicit Augus.xii.sup Gen.ad litterã Mali angeli cogitatões nouerũt quia multa predicunt que non predicerent si cogitationes non nouissent. Tertio arguitur ex dictis Aris.ii.de anima. Notior est operatio ꝗ̃ potentia & potẽtia ꝗ̃ substantia qa ꝑ cognitionẽ opationis & potentie peruenitur in cognitionem substantie Sed substantia anime nõ potest latere diabolũ. ergo nec eius opatio nec uirtus ergo si cogitatio & affectio sunt passiões anime ergo nõ possunt latere diabolũ: Sed contra arguitur ex dicto Aug. d.in li.de ecclesiasticis dogmatibus. Internas anime cogitationes diabolũ non uidere certi sumus. Respõdet Boñ. & Ric.di.viii. ii.li. ꝙ duplex ẽ cognitio. Prima certitudĩalis. Et tali cognitiõe demones non possunt conscientiarum secreta rimari. Secunda est cognitio coniecturalis que est per aliquos motus seu ꝑ aliqua signa. Et quoniam pauca sunt ita secreta quin prodeãt in opa exteriora uel appareant per signa exteriora faciei uel ꝑ signa corporis qđ diuersimode mouetᷣ secundũ diuersitatẽ affectionũ hinc est ꝙ multe cogitationes nostre deprebẽdi possũt a malignis spiritibus nisi arceantur uirtute diuina. hec autem cognitio potius est coniecture ꝗ̃ certe scientie. Ad primum argumentum dicit Boñ. ꝙ in die iuditii non solũ demon erit accusator imo etiã & cor nostrũ. Vñ de exterioribus accusabit diabolus de secretis uero conscientia propria. Ad secundum patet responsio per.di. iam factam de duplici cognitione. Ad tertium uero.s. ꝙ notior est opatio ꝗ̃ substantia dicit Boñ. ꝙ uerum est de opatione extrinseca De itrinseca aũt aĩa nõ habet semper ueritatẽ. Multe enim res sunt nobis note quarum uirtutes & opationes nos latẽt. Vel dicendum ꝙ illud habet locum in opatione naturali non in opatione uoluntaria. Operatio enim naturalis scdm ꝙ naturalis est ita se naturaliter nata est representare nec se occultare põt sicut nec substantia imo per ipsam manifestatur substantia dum plus habet de ratione actualitatis ac per hoc manifestationis & lucis. In opatione autẽ uolũtaria secus est. Nam cum substantia naturaliter se representet sicut naturaliter est & se occultare nõ possit opatio uolũtaria sicut uolũtarie exiit iesse ita & uolũtarie

manifestat & ita occultari potest imo nō manifestat nisi homo uelit. Talia autem sunt que latent in secreto nostre cōscientie. Ideo quāuis diabolus uidere possit animā propria uirtute nō tñ pōt illā cōspicere. Et sic concluditur ꝙ certitudinaliter demōes archana pectoris nostri scire non ualent. Scđo uidendum est q̄liter cogitatiōes cognoscūt respectu angeli. Et licet Hermes ī li. quē fecit de quatuor materiis & quidā alii concedāt ꝓbare non latere ipsos angelos cogitationes nostras uerumtamē in hac parte īherebo doctrine sancti Tho. Collige itaq̄ ex eius dictis in prima parte sūme. q. lvii. Et in. ii. scripto Sen. di. viii. ar. v. ea que pro solutiōe huius dubii faciūt. Dico ergo ꝙ cogitatiōes ꝑ pñt dupliciter cōsiderari. Vno mō prout sunt in sua futuritiōe Alio mō prout sunt in sua presentialitate. Primo modo. s. ꝓut cogitationes sūt future naturaliter cognosci uel uideri ab āgelo nec ab homine pñt. Cuius ratio est quia futura nō cognoscunt̄ nisi scđm ꝙ habēt esse determīatū in sua causa. Sed cogitatiōes cordis non habent determinatū esse in uoluntate quia uoluntas se habet ad utrumlibet & ideo non pñt cognosc. Secundo modo cogitationes cordis pñt considerari prout sunt in sua pñtialitate. Et hoc duobus modis. Vel prout sūt in suo principio. Vel ꝓut sunt in signo. Primo modo prout cogitationes sunt solum in suo principio. s. cogitationes in intellectu & affectiones in affectu uel uolūtate ita ꝙ ex cogitationibus nō resultat aliqđ exterius signū puta aliquis effectus uel motus in corde. Et sic solus deus cogitatiōes cognoscit. Primo ratione causalitatis. Quia ille solus cogitationes cognoscit cui soli subiacet intellectus & uoluntas creature rationalis & qui solus potest operari in eam & est eius principale obiectū & finis ultimus. Sed hoc ꝓpriū est dei. ergo nec angelo nec homini conuenit sed soli deo. Scđo hoc ꝓbatur ratiōe entitatis. Nam quanto aliquid minus habet de entitate minus habet de cognoscibilitate. Sed cogitationes minimū habēt de entitate ergo & minimū de cognoscibilitate. Additur & alia ratio. s. intimitatis. Nam quāto aliquid est magis secretum uel absconditum tanto minus cognosci pōt. Sed cogitationes cordis ipsi menti & intellectui & uolūtati sūt ualde intime eo ꝙ sunt a principio intrinseco. s. intellectu & uolūtate. Quod patet quia cogitare dicit actionem intrinsecā & ideo ille solus cogitatiōes cordis pōt cognoscere q ipsi menti potest se intimare. Talis autē

est solus deus. Scd'o cogitatiões considerari possunt prout sût in exteriori signo & sic cognosci põt & ab angelo & a demone ut dictũ est & ab ipso homine. Tertio uidendũ est & concludendũ ex premissis. ꝙ cogitationes cognoscuntur ab ipso deo. Ipi nihil est absconditũ nihil occultũ cognoscit & quicqd patet & qdquid latet. Vnde Iob. xlii. c. ait. Scio quia omnia potes & nulla te latet cogitatio. Et eccle. vii. Nõ te iustifices ante deũ quoniã agnitor cordis ipse est. Et psal. lxxxxiii. Dñs scit cogitationes hominum. Et. i. palip. penultimo. Omnia corda scrutatur dñs & uniuersas mentiũ cogitationes intelligit. Et heb. iiii. Omnia nuda & aperta sût oculis dei. Et Io. i. canonice. c. iii. Maior ẽ deus corde nostro & nouit omnia. Et. xxxii. di. c. Erubescant Secretorum cogitator & iudex deus est. Et seneca ad Lucillũ Quid prodest aliquid ab homine esse secretum nihil deo clausum est Ipse cogitationibus nostris interuenit. Sic interuenit dico ut nũq̃ aliquando inde discedat. Ex quibus deprehendimus quãta sit illoꝶ fatuitas qui gaudẽt delinquẽtes ab hoĩbus non uideri nec cogitãt deũ omniũ secretorũ omniũq; cordium esse inspectorem Vnde & poeta Ouidius li. xiii. methamorphoseos ait. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Qualiter ĩ cogitatiõe põt esse peccatũ & ꝙ alia est cogitatio nature alia gratie & alia culpe. Capitulum. ii.

Ecundũ mysterium declarãdum de cogitationibus dicitur offensio in quo disputandũ uenit. Verũ ĩ cogitatiõe possit hõ peccare & offendere deũ. Et arguitur ꝑ una parte ꝙ non. Nã omne peccatum aut est in uoluntate aut in actu uolũtatis Sed cogitatio est actus interius. ergo in cogitatione non potest esse peccatũ. Sed in contrariũ ẽ auctoritas Iesu xpi ĩ euãgelio presenti & iterũ in scripturis sepius confirmatur. Vnde Eccle. xv. Abhominatio dñi cogitationes male. Et sapientie. i. ꝑuerse cogitatiões sepant a deo. Et ꝓuer. vi. Deus odit cor machinãs cogitationes pessĩas. Et Isa. i. Auferte malũ cogitationũ uestrarum ab oculis meis & lv. c. Derelinquat impius uias suas & uir iniquus cogitationes suas. Et Hier. iiii. c. Vsq; quo morabunẽ ĩ te cogitatiões noxie? Et Zacha. i. Cõuertimini de uiis uestris malis & cogitationibus uestris pessimis. Et Math. ix. Cũ quidam de scribis dicerent intra se de xp̃o. hic blasphemat cum uidisset Iesus cogitationes eorũ dixit. Quid cogitatis mala in cordibus

uestris. Respondeo itaq; ad hãc questionem Ex dictis Alex. in ii. sũme & sancti Tho. di. xxxix. ii. li. ar. ii. distiguẽdo triplicẽ cogitationem. Prima est nature. Secunda gratie. Tertia culpe. Prima est cogitatio nature qñ qs cogitat ea ad que naturaliter inclinatur ut siquis sitiens cogitat de potu. siquis grauatus somno cogitat de dormitione & huiusmodi. Et in talibus cogitatiõibus non est peccatũ quia ex his que insunt a natura nec laudamur nec uituperamur ut dicit. ii. ethicorum. Secunda cogitatio dicitur gratie. cum quis cogitat bene facere. Nam ut diximus in primo huius operis sermone Non potest quis a seipso cogitare bonum Quia ut inquit Augustinus in li. de predestinatione sanctorum prius est cogitare bonũ q̃ credere & ipsũ cogitare bonũ ex deo est. Notandũ tamẽ q̄ nõ oĩs cogitatio boni a gratia est ĩspirãte. Nã cũ duplex sit bonũ. s. quoddã de necessitate precepti q̃ddã de superogatiõe pfectionis licet primũ bonum semper sit homini inspiratũ a deo non tamẽ semp secundũ. Quinimo posset & q̃nq; diabolus permittẽte deo talia bona suggerere ut sub illorũ specie ĩduceret ad grauiora mala. puta posset tẽptare aliquẽ ut pñiam faceret quã fecit beatus Frã. ut sub illa specie aut faceret illum de se multũ presũmere aut ad fatuitatẽ puenire. ppterea laudo ut cũ similes cogitationes ascendũt in corde uelit hõ recurrere ad diuinũ consiliũ pariter & auxiliũ & petere bonorũ & sãctorum uirorũ iuditiũ. Tertia est cogitatio culpe quãdo quis cogitat de peccato aliquo. Et hec cogitatio potest esse. aliquãdo meritoria aliquando uenialis. aliquando mortalis. Potest esse cogitatio de peccatis meritoria cum quis cogitat uel ut doleat uel cõteratur. Sicut dicebat Ezechias Isa. xxxviii. c. Recogitabo tibi o. a. m. in. a. a. mee. Vel cogitat quis peccata ut illa cognoscat sicut qui habet confessiones audire uaria peccata recogitat qualiter illa possit detestari siue punire. Quandoq; cogitatio de peccatis potest esse uenialis. s. cũ quis illa cogitat cũ aliquali delectatiõe non tamẽ ex proposito nec ex deliberatione sed potius ex q̃dã subreptione. Quãdoq; insuper cogitatio de peccatis ẽ peccatum mortale quãdo uidilicet quis cogitat illa cum sensu deliberato ex delectatiõe & cõplacẽtia peccati mortalis. Et quãuis nõ seq̃tur actus exterior tamẽ uolũtas deprauatur & maculatur interius propterea graue piculũ ĩminet his qui nullã sibi cõsciẽtiã faciũt de cogitationibus turpibus & ĩmundis. Idcirco seruãda est Hier.

regula ad Demedriadē uirginē.d. Omniū operū & cogitationū tuarū speculatorē tuū deū crede. Ideo caue ne quid loquaris aut cogites quod oculos diuine maiestatis offēdat. hec ille.

Quod uitari possunt peccata cogitationum per exercitium orationis lectionis operationis & p euitationem locutiōis & auditionis ociosorū uerborꝝ & nutritiōis ipsaꝝ cogitationū & per amaritudinem. Capitulum. iii.

Ertium mysterium declarandum de cogitationibus dicitur remediatia. In quo notabimus tria pricipalia remedia qbus cogitationū peccata declīare possīe. Primū ē exercitatio. Scdm euitatio. Tertiū amaricatio. Primum remedium est exercitatio: Aut in lectione. Aut in oratione. Aut ī corporali occupatione Et de hoc ita dicit Hier. ad Saluiniam de nebridio & uiduitate Semper in manibus tuis diuina sit lectio & tam crebre orationes ut omniū cogitationū sagitte quibus adolescentia percuti solet huiuscemodi clipeo repellantur. Et idē ad Rusticum monachū & de consecra. di. v. c. Nūq̄ Facito aliquid operis ut diabolus te semper ueniat occupatū. Et idē ad Demedriadē uirginē. Nec ideo tibi ab ope cessandū est quia deo propitio nulla re indiges. sed ideo cū omnibus laborādum ut per occasionē operis nil aliud cogites nisi qđ ad domini ptinet seruitutē. ꝑpterea eccle. xxxiii. dicitur. Multā malitiam docuit ociositas. Secundum remedium dicit̄ euitatio. Qui uult cogitatiōes malas aut fugere aut uicere euitet tria. Primo malā locutionē. s. ociosorum uerborū. Quia ut inquit apostolus. i. Cor. xv. Corrūpunt bonos mores colloqa mala. Et Aristo. vii. politicorum. Ex dicere defacili quodcūq̄ turpium fit et ipsū facere. Et Hiero. in epitaphio sancte Paule Immunditia & turpe uerbū atq; lasciuū nūq̄ est de ore uirgineo proferendū quibus signis libidinosus animus ostenditur. Secundo euitet auditionē ut non solū non loquatur uerū etiā non audiat que sordida sunt & uana. Et cū uiderit quosq; de similibus collo/quētes uelut de serpētibus discedat ab eis. Tertio euitet nutritionē ut si cogitationes irruant non nutriat illas non retineat non in delectationē illorum consentiat sed conet̄ eis repugnare ipasq; a se repellere quantū potest. Vnde Hiero. ad Eustochiū inquit Nolo sinas cogitationes crescere nihil in te babylonicū uel cō/fusionis adolescat. dū paruus est hostis interfice. nequitia elidat̄ in semine. Quia eni impossibile est in sensu hominis non irruere

motũ medularum calore ille laudatur ille predicatur beatus qui statim ut ceperit cogitatus interficit & allidit eos ad petrã petra autẽ erat Christus. Tertiũ remediũ dicitur amaricationis. Sicut matres cum a dulcedine lactis filios paruulos uolentes retrahere super mamillas amara quedã apponere solent ut illorum gustu cesset ubera sugere Sic amaritudo mentis cogitationibus ĩmũdis admixta eas amaras & insipidas reddit Est autẽ triplex amara memoria. Prima mortis de qua sapiẽs eccle. xli. O mors q̃ amara est memoria tua. Secunda amara memoria est ultimi iuditii de quo ecclesia cãtat ꝓphencũ illud. Dies illa dies ire dies calãitatis & miserie dies magna & amara ualde. Tertia memoria ẽ amara domini nostri Iesu xp̃i passio. Cum ergo quis stimulat aculeis cogitationum malarũ si diligenter recogitat se moriturũ aut in dei iuditio rationẽ se redditurũ aut uideat Christũ pro se ĩ cruce pacientẽ facile uictor euadet. Ergo retineamus corda nostra ne impleantur malitia malarũ cogitationũ ut sic ualeamus adipisci in hoc seculo dei gratiã & in futuro gloriam. Amen.

Feria quinta tertie ebdomade in q̃dragesima de religiosa uotorũ emissiõe illorũq; obseruantia a qua multi deficiũt quia post impetratas gratias uota promissa non soluũt.

Sermo. xliii.

Mpauit febri & dimisit illã. Scribũt hec uerba origĩaliter Luc. iiii. c. & in euangelio hodierno Subuenit deus uirtute sua infinita necessitatibus hominũ si tamen ipsi religiosa pietate ad eius auxilium confluant sicut patet in lectione euangelica in qua narratur benigna condescensio Christi ad sanandũ socrum Symonis a magnis febribus fecit tamen illud rogatus a suis. Sic & quottidie curãtur infirmi a uariis lãguoribus quibus humanũ presidium succurrere minime ualet. dei tamẽ adiutorio salutem recipiunt. Id autem ut plurimum impetratur non solũ p deuotas orationes sed etiã p fideliũ uotorum emissionẽ Facto nãq; uoto deo & sanctis eius q̃plurimi incolumitatis beneficium sunt adepti Quia uero magna ẽ ĩgratitudo ẽittere uota & illa nõ exoluere propterea in hoc sermone de uoto aliqua necessaria pentẽtibus percurramus. Nam deutro. xxiii. dicitur. Cum uotum uoueris domino deo tuo non tardabis reddere q̃a requiret illud dominus deus tuus. Et in psal. xlix. Redde altissimo uota tua. Et. lxxv. Vouete & reddite dño deo uestro. De uoto itaq; tria mysteria

principalia erunt declaranda. Primum dicitur diffinitio. Scd'm probibitio. Tertium dispensatio.

Quid sit uotum & de septem conditionibus que requirunt ad boc ut habeat rationem uirtutis. Capit. i.

Rimum mysteriú declarandú de uoto dicitur diffinitio. In quo quid sit uotum uideamus. Et ex dictis sancti Tbo. ii. ii. q. lxxxviii. Et Ric. di. xxxviii. q̄rti sumo bāc diffinitionē Votum est conceptio melioris propositi aī deliberatione firmata Ex qua diffinitione colligútur septem conditiones que reqrūē in uoto ut debite fiat uidelicet. Prima dicitur deliberatio. Scd'a pmissio. Tertia suprogatio. Quarta ordīatio. Quīta fornicatio Sexta bonestatio. Septīa distīctio. Prima códitio que reqriē in uoto dicitur deliberatio ut. s. fiat ex uolútate deliberata. Ná ut dicit Ric. ubi supra. Votum dicitur a uolendo. Vnde sicut in nobis est duplex uelle. s. plenum quod est uelle deliberatiuum & semiplenum quod est uelle ex subreptione sic dico ꝙ ē duplex uotum. s. uotum quod babet plenam rationē uoti. Et de ratióe talis uoti est ꝙ sit factum ex deliberatione quia ut dicitur. xx. q. iii. c. Pñs clericus. Nullum bonum nisi uoluntarium. Et. xv. q. i. c. Non est. Voluntarium sibi militem elegit Christus. Et est aliud uotum quod non babet plenā rationem uoti eo ꝙ non fit cum deliberatione sed ex quadā subreptione & ideo nó obligat' Sed in boc oritur dubium. An teneant uota que fiūt ī angustiis ut puta a mulieribus tempore partus & a nauigantibus tempore tempestatis ab infirmis tempore infirmitatis & similia. Et quidā absolute & male respondent ꝙ nó contra quos dicit. VV. ꝙ est distiguendú qa aut uota predicta fiunt ex intentione deliberata & sic tenent & obligant ut patet in . c. Sunt qui opes. xv. q. iii. Si uero fiant ex subreptione non tenent in angustiis tamen magis subripitur mens q̄ in pace & quiete eo ꝙ scd'm Augustinū in li. lxxxiii. q. passiones tristabiles plus babent alterare usum rationis q̄ passiones delectabiles. Secunda conditio que requiriē in uoto dicitur promissio. Secúdum enī Ric. & Tho. ubi supra Propositum solú ad faciendú aliquod bonum nó facit uotum sed propositú firmatum promissione. Et si fiat corde etiam sine oris expressione adbuc tenet & ligat in foro conscientie. Expressio enim uoti per uocem refertur ad interiorem deliberationem. Sed bic occurrit unum dubium disputandum. Vtrum omne publicū

per expressionem uocis factum coram aliis sit uotum solemne.
Et Respondet R.ic. ꝙ differentia est inter uotum publicum &
sollemne quia quodlibet uotum coram multis & in publico factū
publicum dici potest. Sed non quodlibet tale potest dici solemne
Non enim dicitur uotum solemne nisi quod in se habet aliquid
annexum ut in publicū debeat uenire & per quod uouens pōtē
sub alterius hominis potestate. Et tale est uotum in susceptione
sacri ordinis per quem suscipiens constituitur minister ecclesie
a deo publice seruiendum & ponitur sub episcopi potestate. Vñ
tale uotum est sollemne etiam si predictum ordinem ab episcopo
reciperet in secreto. Professio etiam in religione facta in manu
eius qui eam potest recipere habet in se aliquid annexum quo
debeat in publicum uenire. Vnde talis professio solēnizat uotū
etiam si fiat in occulto. Sollemnizatur ergo uotū per ꝓfessionē
in religione & per sacri ordinis susceptionem ut patet extra qui
clerici uel uouentes.c. Rursus in glo.&.c. ꝙ uotum. Notandū
tñ ut dicitur in glo.xxvii.q.i.c.Mulieres & extra de cōuersa.
coniugatorū.c. Ex parte. ꝙ in propria domo uti uestibus mo/
nachalibus & uotum facere nō sollēnizat uotū. Tertia cōditio
que requiritur ī uoto dicitur supererogatio. Debet fieri uotum
de bono supererogationis & non de bono necessario quia ad bonū
necessarium homo tenetur etiam sine uoto. Sed magister Sen.
di.xxxviii.quarti dicit. ꝙ uotorum aliud est commune aliud
singulare. Commune est quod omnes in baptismo faciunt cum
spondēt renunciare diabolo ut habetur de conse.di.iiii.c. Prima
igitur &.c. Primum interrogetur. Et tale uotum fit de his que
sunt necessaria ad salutem. Ibi tamen diminute inuenitur ratio
uoti. Singulare uotū est cū aliquis sponte promittit se seruaturū
aliquod bonum ad quod non tenetur quāuis teneatur post uotū
Hinc dicitur.xvii.q.i.c. Sunt quedam. Sunt quedam que etiā
non uouētes debemus. quedā etiā que nisi uouerius nō debemus
Sed postq̄ ea deo promittimus necessario reddere constringimur
Sed hic emergit unum dubium. Verum uota que fiūt sub aliqua
conditione conditione illa cessante sint obligatoria. Et respōdet
Ray.in sūma. ꝙ duplex est cōditio. Vna generalis ut si uixero
si potero si deus uoluerit que semper intelliguntur etiam si non
apponant ut patet xxvii.q.ii.c.Beata Maria. Alia est cōditio
spetialis puta cum quis uouendo dicit promitto facere tale bonū

si impetrauero sanitatem. si conditio deficiat uotum nõ obligat. Facit ad hoc qđ scribitur .xxxii.q.viii.c. Non solú. Et extra de conditione apposita in dispensatione.c. Verum. Et de resti. spolia.c. Olim. Quarta conditio que requiritur in uoto dicitur ordinatio. Debet uotum fieri ipsi deo quia cum uouere sit actus latrie soli deo debetur. Sed dubitatur circa hoc quia uota fieri solent etiam sanctis. Sed dicit Ric. ꝙ uota que fiunt sanctis nõ plene habent rationem uoti per comparationem ad sanctos sed ad deum. Qui enĩ uouet sãcto Ia. eius ecclesiã uisitare. Locutio siue mentalis siue uocalis qua dicit se uisitaturum sanctũ Iacobũ fit sãcto Iacobo. Sed obligatio ad implendum illud quod dicit proprie & simpliciter loquendo non fit nisi deo. Vnde quod est materiale in illo uoto fit sãcto & qđ est formale fit deo. Quita conditio que requiritur in uoto dicitur formatio. Hec nãq; est forma uoti ut fiat deo de re bona ad bonũ finẽ propterea dicit Ric. ꝙ uotum factum propter malum finem non tenet. Nam magis dependet uotum a suo fine q̃ a sua materia quia secũdum philosophũ .ii. meta. Finis est causa causarũ. Sed uotũ factum de materia mala propter finem bonum nõ tenet. Idcirco uouẽs se facturum aliquid quod est absolute bonum non tamen ꝓpter hoc intendens nisi finem malũ grauiter peccat & non tenet uotũ quia talis aut intendit per illud uotum se posse consequi finẽ illũ aut non. Si non iam nõ obligat se propter finem illũ quia sicut dicit philosophus .iii. ethico. Electio non est impossibilium ergo a simili non est alicuius impossibilis ad cõsequendum. Si sic errat quia secundũ August. in li. lxxxiii. q. Deo uolente & auctore non fit homo deterior. Deterior autẽ fit homo p consecutionẽ finis mali. Sexta conditio que requiritur in uoto dicit honestatio. Debet uotum fieri de re honesta & materia bona propterea dicitur .xxii.q.t. In malis. In malis promissis rescinde fidem in turpi uoto muta decretum quod incaute uouisti ne facias. Sed dubitatur hic de Lepthe de quo habetur Iudic. xi. ꝙ interfecit filiam suam sicut uouerat. Et tamen ad heb. xi. numerat inter illos qui per fidem uicerunt regna. ergo uidetur ꝙ possit fieri uotum de re mala & inutili. Respondet Ric. ꝙ uotum Lepte non fuit obligatoriũ nisi ad imolandũ animal occurrens imolatitium. Et quo ad hoc fuit licitum & placens deo quod ostẽdit uictoria subsecuta. Vnde in occidendo filiam suam fuit fatuus

& impius de qua impietate postea penituit. Septima códitio que requiritur in uoto dicit discretio. Debet nãq; fieri uotú discrete prudenter & moderate. Nã sicut prohibita est indiscreta pnía ita prohibetur & uotum eius. Sed qd de uotis stultis ut sunt uota illorum qui uouét nó cóedere caput aut nó comedere pedes aut nó cóedere colúbos uel nó lauare mãus & similia? R̃ñdet Tho. q̄ talia uota deridéda sút potius q̃ seruáda. Accipimus ergo ex dictis quãta in uno quoq; debet esse maturitas in uouédo quãta insuper diligétia in cóplédo qd̃ uoto p̄missú ẽ. Ideo dicit R.ic. q̄ oẽ uotú licitú obligat uouentẽ ad illud qd̃ uouit ad implendú nisi in q̃tuor casibus. Vnus ẽ p̄pter impotétiá adimplédi. Scd̃s p̄pter auctoritatẽ supioris dispẽsandi. Tertius p̄pter defectum conditionis apposite ut dictú ẽ supius. Quartus qñ illud qd̃ tp̄e uoti facti fuit licitú postea fit illicitum.

Quod uouere interdicitur septẽ generibus psonarú í qbus ẽ limitata rationabiliter facultas uouẽdi. Capit. ii.

Ecundú mysterium principale de uoto declarãdum dicitur p̄hibitio. Nã prohibent septẽ gradus personaꝝ uouere. Primi sút episcopi. Scd̃i clerici. Tertii religiosi. Quarti pueri. Quinti filiifamilias. Sexti serui. Septimi uxores. Primi qui non possút uouere sút episcopi. Ipsi enim nó possúe facere uotú quo dissoluatᷣ uinculum ecclesie sine licentia domini pape. Extra de renunciatione. c. Nisi cum pridẽ. Est enim episcopus ecclesie sue sponsus ut dicitur in. c. Inter corpalia extra de trãslatione epi & electi. Idcirco non pót emittere uota que essent in p̄iuditium sue cure extra de uoto & uoti redemptione. c. Magna. Scd̃i qui nó possunt uouere sunt clerici beneficiati qui nó possunt uouere pegrinationẽ aut aliud p̄pter quod habeant relinquere ecclesiã sine licentia prelati sui de có. di. v. c. Non oportet. Excepto q̄ possút uouere & uotum implere etiam episcopo contradicente de intrando religionẽ ut patet. xix. q. ii. c. Due sút. Et similiter de accipiẽdo crucẽ ut habetur extra de uoto & uo. re. c. Ex multa Tertii sút religiosi. Proquibus dicitur. xx. q. iiii. c. Monacho. Monacho nó licet uotú uouere sine cósensu abbatis sui si autem uouerit frãgendú erit. Ratio aũt potissima scd̃m R.ic. q̃re religiosus nihil uouere potest est quia pensata humana infirmitate & religionis onere nó posset se ad aliquid ultra suã p̄fessionem obligare qd̃ non posset implere sine ɋ̃licúq; p̄iudicio uel p̄iuditii

piculo obseruatióis cuiuslibet eoꝝ ad que ex sua ꝓfessióe tenet & absq piculo reddédi se interdum onerosũ ꝑlato suo uel alicui seu aliqbus fratꝝ suoꝝ ꝓpter sollicitudines & modos singulares quos interdũ haberẽt illi q essẽt ad plura q̃ alii obligati ꝓpterea tante est altitudinis religióis uotũ ꝙ omnia alia ĩ ipm cõmutari pñt. Et ió ecclesia considerãs huius uoti altitudinẽ & hũane nature ĩfirmitatẽ uoluit auctoritate dei uoto religióis nullũ posse uotũ aliud supaddi ꝓpter piculũ trãsgressióis uitãdũ. Gloꝫ sup dicto .c. Monacho dicit mó achũ nó posse uouere eẽ ĩtelligẽdũ de uoto abstinẽtie ꝑ quod alii scãdalizarẽt. Quarti sũt pueri añ annos pubertatis qa ꝑ illo tpe nó hñt expeditũ usũ rónis & liberi arbitrii. Et ut dicit extra de regu. & trãseũtibus ad religionẽ c. Sicut tenor. Carẽs usu liberi arbitrii uouere nó pót qa nó pót cõsẽtire. Quĩti sũt filiifamilias. Nã filiusfamilias qa subest patri in his que ad regimẽ domus & familie ptinẽt nó pót de illis uotũ facere seu de ptinẽtibus ad illa sine patris auctoritate. Sexti sũt serui q non pñt uouere aliquid eoꝝ que ipos impediãt a seruitio dñoꝝ suoꝝ sine ipoꝝ auctoritate & uolũtate sicut patet. liiii. di. c. Ex ãtiqs & .c. Si seruus. Septĩ sũt uxores. ꝑ qbus notãdũ ꝙ uir & uxor sibi sũt mutuo debitores ĩ reddẽdo debitũ carnale ió qlibet eoꝝ ꝓhibet uouere de nó reddẽdo sine lnĩa alterius. Sed qa ĩ dispẽsatióe domus & regim ie fãilie mulier ẽ subiecta uiro & nó ecõuerso. Ió de ptinẽtibus ad illa mulier nó pót emittere uotũ sñ lnĩa uiri sicut patet. xxxiii. q. v. c. mãifestũ. § .ex pmissis & .c. noluit. ió nũeri. xxx. c. dixit deus. Si uouerit uxor & iura/mẽto se cõstrixerit ꝑ ieiuniũ uel ceteraꝝ reꝝ abstinẽtiã affligat aiã suã ĩ arbitrio uiri erit ut faciat siue ñ faciat. & forte hec ẽ cã eo ꝙ mulieres magis ad uouẽdũ ꝓne sũt q̃ uiri nec rephendũtur eas qa uouẽt sed qa ĩdiscrete uota facere solẽt. sũt & sepe ĩcõsi/derate ac leues & uota emittũt irrónabilia & stulta ꝑ qbus ñ ex/pedit ut sacerdotẽ ꝑ absolutióe reqrẽt. uir ĩ hoc caũ auctoritatẽ hẽt ñ ex ui clauiũ que ĩ ipo ñ ẽ sed auctoritate ꝓuidentie quã in uxorẽ hẽt. & cũ uxor obedire nollet uiro dicẽti uiro sibi nolle eã sua uota cõplere pót uerbis supaddere uerbera ita tñ ut ĩ oibus modestiã gerat. Volui hic hec pauca dixisse qa nouí mulierum importunitatẽ que uiros q̃nq; affligũt & uexant ut sub uotorum occasione licẽtiã eis largiantur uagandi discurrendi ac expẽdẽdi pecunias domus cum damno & detrimento familie.

De dispensatione uotorum ad declarationē dubiorū que sup illa possent oriri. Capitulum. iii.

Ertiū mysteriū de uoto declarādū dicit dispensatio. Pro cuius pleniore declaratiōe septē dubia sūt disputāda. Primum utrum expediat homini uouere. Secundum utrum sit magis laudabile & meritoriū aliqd facere cū uoto uel sine uoto. Tertiū utrum expediat inducere iuuenes ut uoto se obligent ad religiōis ingressum. Quartum utrum uotum possit coniecturari. Quintum utrum quodlibet uotum commutari possit in uotum religionis. Sextum utrum omne uotum sit dispēsabile. Septimum utrū solus papa possit in uotis dispensare. Primum dubium utrum expediat homini uouere. Et arguitur ꝙ non. Primo quia nullus debet se priuare magno dono dei. Sed libertas hominis est magnum donū dei qua in parte priuat per uotum. ergo nō debet homo uouere. Secūdo arguitur quia nullus debet se exponere periculo alicuius transgressiōis. Sed uouēs expōit se periculo cui nō erat expositus ante uotū. ergo non expedit uouere. Tertio arguitur quia nullus debet aliquid facere quo suum aggrauetur peccatū si peccat. Sed religiosus si peccat grauius peccatum cōmittit q̄ secularis sicut dicit Ansel. in libro de similitudībus. ergo nō expedit uouere relgiōis ingressū & multo fortius nec quodcūq aliud bonū. In contrariū est omnis scriptura & laudabilis usus fidelium. Respondet Ric. ꝙ uouere cū discretione expedit homini per hoc ꝙ firmat amplius uoluntatem suam in bono & pro magna parte excludit a se male faciendi libertatem & facit actum uirtutis latrie & ideo uouendo merec̄. Ad primū argumentū respōdet Ansel. ī libro de sīlitudibus Quod obligatio ad bonum non repugnat libertati simpliciter ut etiam plene dictū est in sermone de obia dei. Ad secundū dicēdū. Quod uouens discrete non exponit se periculo transgressiōis nisi per accidens. Ad tertium dicendum. Quod licet religiosus grauius peccet q̄ secularis tamē de peccato penitens maiorem misericordiá consequitur q̄ secularis. Secundū dubiū. Verū magis sit laudabile & meritoriū facere aliquid cum uoto q̄ sine uoto. Respōdet Ric. & Tho. ꝙ sic. Quod declarant triplici ratione & una similitudine. Prima ratio ē ꝙ opus inferioris uirtutis magis ē meritoriū īperatū a superiori uirtute q̄ non imperatum. Sed latria superior uirtus ē ꝗ abstinentia & opus abstinētie ad quod mouetur homo ex uoto est īperatū ab ea. Vouere enī actus ē latrie ergo magis meritoriū

eſt opuſ abſtinẽtie ad quod mouetur homo ex uoto. Secunda rõ ẽ hec. Quãto opuſ procedit a uoluntate magiſ firmata in bono tanto eſt uirtuoſiuſ et ex conſequenti eſt magiſ meritorium. Ad operari enĩ uirtuoſe requiritur firmiter & immobiliter operari ut dicit philoſophuſ. ii. ethi. c. iiii. Sed ceteriſ pibuſ uolũtaſ firmior ẽ in bono cũ uoto q̃ ſine uoto. Tertia ratio ẽ hec. Deuſ cũ acceptet opuſ propter operantem tanto magiſ acceptat illud quanto eſt ab homine ad ſuum ſeruitium ſpecialiuſ deputato. Sed ceteriſ paribuſ homo ſpecialiuſ deputatur & dedicatur ad dei ſeruitium cum uoto q̃ ſine uoto. Ad idem etiam eſt ſimilitudo quam ponit Anſhel. in libro de ſimilitudinibuſ in qua comparat ſecularem facientẽ bonũ opuſ illi q dño dat de fructu arboriſ ſue quãtũ uult: & religioſũ illi qui domino dat totam arborem cum fructu qui magiſ eſt dño acceptuſ q̃ primuſ. Tertiũ dubiũ utrũ expediat inducere iuueneſ ut uoto ſe obligent ad religióiſ ingreſſũ. Et reſpódet notabiliter Ric. ꝙ ſic ſi adſint debite condictióeſ ex parte iuueniſ & ex parte inductióiſ & ex parte obligationiſ. Qui enĩ uult inducere iuuenẽ aliquem ad obligationem predictam debet diligenter conſiderare ꝙ iuueniſ debitam habeat etatem pro ingreſſu religioniſ que ad minuſ complectitur tempuſ. xiiii. annorum. extra de regularibuſ c. i. &c. Significatum eſt. Et ꝙ pro ut patitur etaſ illa in ꝑpoſitiſ ſuiſ licitiſ & honeſtiſ habeat ſtabilitatem. Et ꝙ ad conſiderandum qd illa religio póderet & obligatio habeat diſcretionẽ ſufficietẽtẽ. In iductione etiã debet eſſe diligenſ aſperitaſ religioniſ ad cuiuſ obligationẽ inducitur explicatio & omniſ ſuggeſtioniſ & falſitatiſ excluſio. Nec debet eẽ nimiſ importuna perſuaſio. Aſperitatiſ enĩ religioniſ celatio & paucitatiſ ſuggeſtio operantur deceptionem deceptio autem ratione ignorantie diminuit de ratióe uoluntarii. Tunc enim nimiſ eſt importuna perſuaſio quando fit cum rerum temperalium promiſſióe uel cum in debita cõminatione uel cũ nĩa ſollicitudine. Debet autẽ inducẽſ cauere a tali importuna pſuaſióe quia taliſ pſuaſio operatur in iuuene uel ipſũ inclinat ad obligãdũ ſe ex ſubreptióe. Et ꝑdicta obligatio fieri nó debet niſi ex plena uoluntate & deliberatione. Ex parte etiam obligatióiſ tria ſunt obſeruanda. ſ. ut fiat preuia deliberatione & ſtabilitatiſ propoſiti examinatione. Et ꝙ fiat cum diſcretione. ut. ſ. obligan ſ obliget ſe ad ingrediendũ ut eam experiatur. Et ſi deuſ dederit ſibi gratiam remanendi & religioni placuerit remaneat. Aut ſi propoſitũ ĩfra

annũ mutatũ fuerit libere possit exire absq; hoc ꝙ teneatur aliã religionẽ intrare. Debẽt etiam obseruare ꝙ fiat cum deuotiõe & debẽt obseruari predicta quia obligatiões facte sine deliberatiõe discretione & deuotione frequenter malos exitus habent. Quartũ dubium Vtrum uotum possit commutari. Et resondetur ꝙ sicut habetur i. c. Magne. de uoto & de uoti redẽp. Ratio ẽ secũdum Ric. quia secundum Bern. in libro de precepto & dispensatione. Iniquũ proculdubio foret si ea que sunt pro sola caritate ĩstituta contra caritatem tenerẽtur. Votum autẽ fieri debet ex caritate & ꝓ caritate. Vnde eius obligatio tenere nõ debet cõtra caritatẽ Teneret autem contra caritatem si non liceret illud commutare in melius. Votũ ergo potest in melius bonum commutari non tamẽ hoc auctoritate propria fieri debet sed auctoritate superioris qa nullus fieri debet iudex in sua causa. Quintũ dubiũ. Vtrũ q̄dlibet uotum cõmutari possit in uotũ religionis Respondet Ric. Quod uolens facere professionẽ ĩ religione si actualiter uel habitualiter uult remanere obligatus ad uota que ĩ seculo fecerat nõ cõmutãt in uotum religionis tamen postq̃ deuenerit ad noticiam prelati sui hoc factũ poterit ipsũ ab illis uotis absoluere maxĩe si ignorabat ipsũ esse ligatũ ipsis uotis tempore professionis. Si autẽ actualiter seu habitualiter intẽdit amplius illis uotis non teneri sed soli uoto religiõis sue ab illis absoluitẽ per religionis uotũ propter religiõis uoti altitudinem & perfectionẽ. Vnde extra de uo. & uo. redẽp. c. Scripture dicitur. Reus facti uoti aliquatenus non habetẽ qui temperale obsequiũ in perpetuã religionis obseruantiã noscitur cõmutasse. Et de pe. di. i. c. Mẽsuram. ꝟ. his auctoritatibus. Nõ est necessaria certa satisfactio peccati cuius totũ uite tẽpus ĩpenditur sui seruitio conditoris. Et tamen si rex unus uel imperator uouerit ꝙ usq; ad triẽnium uel septenniũ militabit in terra sancta & tenebit secum duo uel tria milia militum uel unus alius dux uel comes existens dux totius exercitus cruce signatorum & de cuius absentia desolaretur uellet religionem intrare in hoc casu uidetẽ mihi summus pontifex consulendus. Certum tamen est. ꝙ persona mediocris a uoto transmarino absolueretur per religionis ĩgressũ Sextum dubium. Vtrum omne uotum sit dispẽsabile. Et arguitẽ ꝙ non. Primo quia soluere promissum est de iure nature. Sed ea que sunt de iure nature sũt indispensabilia. ergo nullum uotũ est dispẽsabile. Secũdo arguitẽ quia q̄ nõ facit quod promittit mẽtitẽ

sed nullus potest in mendatio dispensare. quia secūdū philosophū iiii. ethi. Mendatium secūdū seipsum prauum est & fugiēdum Cū ergo omne uotū sit promissio nullum uotū est dispēsabile. Tertio arguitur quia extra de statu monachorū. c. Cum ad monasteriū dicitur. Abrenūtiatio proprietatis ita monachali regule est ānexa ut nec contra illum summus pontifex ualeat dispensare ergo non omne uotum est dispensabile. Quarto arguitur quia nullū uotum est dispensabile quod in melius commutari non potest. Sed uotū religionis non potest in melius commutari cum omnia alia uota in ipsum commutari possint. ergo non omne uotum est dispensabile Ad hanc questionem licet multi multa dicant. tamen Ric. in iiii. & Tho. ibidem quamuis aliter dicat. ii. ii. Iohannes neapolitanus in quolibetis Innoc. & Hosti. & cōmuniter omēs doc. tenēt. Quod omne uotū quod est de his que sūt supererogatiōis est dispēsabile quia dispensationis in quolibet tali uoto potest causa rationabilis inueniri. s. pfectus maioris boī uel mali euitatio siue p cōpatiōm ad rem publicam siue per comperationē ad uouētē. Reformatio .n. pacis īter regna maius bonū ē cōitati q̄ cōtinētia unius psōe. in tali etiā casu si psona que cōtinētiā uouerat nubat p p̄ceptum dn̄i pape sua obīa magis meritoria ē sibi q̄ cōtinentia quantū ad p̄miū substantiale Vnde Ari. i. ethi. Amabile est bonum uni soli melius uero & diuius genti & ciuitatibus. Vitatio etiā cōis mali ut uitatio discordie inter regna que sūt in pace & probabilis transgressio uoti si probabilitas sit uehemēs posset esse rationabilis cā dispēsādi in quocūq; superogationis uoto. Recta enim ratio dictare uidet̄ esse aliquem in ecclesia loco dei qui periculis cōitatum & psonarū pensatis infirmitatibus utilitatibus & dānis possit rationabiliter obuiare. Ad primum argumentum dicendum. Quod obligatio in uotis nō ē de iure nature absolute sed sub hac cōditiōe. s. quousq; per superiorem ex causa rationabili fuerit relaxata. Ad secundū dicendum. Quod qui non soluit quod promisit mentitur si sibi nō remittatur obligatio & soluere possit. Sed obligatione remissa nō mentitur quia amplius debitor non est. Ad tertium dicendum q quamuis summus pontifex non possit facere q sit monachus absq; abrenūtiatione proprietatatis quia hoc esset facere cōtradictoria simul tamen potest esse de monacho facere non monachū si causa rationabilis affuerit. Ad quartum dicendum. Quod q̄muis uotum religionis commutari non possit in melius bonum priuatum potest

1 5129

tamen cōmutari in melius bonum cōe. Talis etiā conditiōis posset esse ille qui uouit quod illud bonum siue uotum commutari posset in aliud bonum magis expediens sibi q̄uis non posset commutari ī maius bonum simpliciter. Septimum dubium. Utrum solus papa possit in uotis dispensare. Et respōdent doc. ꝙ in uotis maioribus sicut sunt uotū continentie religionis & crucis solus papa dispēsare potest quia in uotis istis non est dispensandū nisi propter ecclesie cōem utilitatem uel aliquam magnam necessitatem Et ideo ipsoꝝ dispensatio merito reseruare debuit illi: ad quem pertinet totius ecclesie cura. Secundum uero morem curie uota peregrinatiōis ad uisitanda apostolorū limina & sancti Iacobi in cōpostella uidenē rōano pōtifici reseruata. In ōnibus autē aliis uotis que respectu predictorum domini uota minora possunt epi dispēsare ut habetē extra de uoto & uoti redemp. c. i. Inferiores autem epi in nullo uoto dispēsare possūt nisi eis fuerit specialiter cōmissū ex ꝑceptis prelatis religiosis qui dispensare possunt in uotis suorum subditorū Religiose itaq̄ curare debēt omnes circa uota sua se gerere ut illa discrete emittant emissa compleant aut si complere non possunt a superioribus dispēsationē procurēt ut sic mereantur in hoc seculo habere dei gratiam & ī futuro sempiternam gloriam in qua uiuit & regnat deus ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amen.

Feria sexta tertie ebdomade in quadragesīa de misericordia ad ꝓximū habēda & pia largitiōe elimosinaꝝ. Sermo. xliiii.

Icit ei Iesus. Da mihi bibere. Scribūtur hec uerba Iohānis . iiii. c. & in euangelio hodierno. Censenda sūt duriora saxis pectora eorum que xp̄o Iesu pietatem exhibere nolūt. Contulit quidem ipse nobis innumerabilia bona & quandoq̄ de illis a nobis petit ut sic ampliora superaddat. Petebat nanq̄ hodie bibere a samaritana ut illam saciaret aqua admirabili & suauissima gratie sue. Sic & sepe ab hominibus exigit misericordiam & clementiam pro suo amore proximis exhibēdā q̄tenus largiatur eis copiosius premia eterne uite. Quia uero hoc maxime decet penitentes ut ꝑ elemosinarum largitiones satisfaciant pro peccatis suis idcirco in ꝑsēti sermōe de elemosīa aliq̄ percurremus quā xp̄s a samaritana poscebat. d. Da mihi bibere. De ipsa itaq̄ elemosīa tria mysteria ꝑncipalia erūt declarāda. Primū dicitur inductio. Secūdū cōditio. Tertium distinctio.

Quod septem sunt illa quibus inducimur ad misericordiam

proximis exhibendam & ad prompte elimosinas largiendum
Capitulum. I.

Rimum mysteriū de elemosiīa declarādum dicitur īductio In quo uidere debemus atq; notare septem rationes p̄cipuas q̄re unusq́sq; pmptus esse debet ad elemosiīas liberaliter largiēdū Prima dicitur auctoritas. Secunda conformitas. Tertia exemplaritas. Quarta properitas. Quinta societas. Sexta gratiositas. Septima felicitas. Prima rō inducens omēs ad elemosiīas liberaliter largiendū dicitur auctoritas. Omnis enim auctoritas scripturaꝝ hoc dicit hoc clamat hoc predicat. Unde Dauid psal. xl. Beatus q intel. super ege. & pauperē in di. ma. li. e. dominus. Et Thobie. iiii. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nō auertatur a te facies domini. Et. xii. c. Bona est oratio cū ieiunio & elemosina. Et Ecclesie. iii. c. Ignem ardentem extinguit aqua & elemosina resistit peccatis Et vii. c. Facere elemosinā ne despicias. Et. xxix. c. Pone thesauꝝ tuū in preceptis altissī & pderit tibi magis q̄ aurum. Conclude elemosinam in sinu pauperis & hic orabit pro te & liberabit ab ōni malo. Et prouer. xix. Fenerat domino qui miseretur pauperis & uicissitudinē suam reddet ei. Et Isaie. lviii. Frange esurienti panem tuum & e. u. q; induc in do. t. cū ui. nuo. o. e. & car. t. ne despexeris. Et iohannes. i. canōica. iii. c. Qui habuerit substantiam huius mundi & uiderit fratrem suum necessitatem habentē & clauserit uiscera sua ab eo quō caritas dei manet ī illo? Et Hieronimus. lxxxvi. di. c. Qui demētiā. Qui clementiam non habet nec inducus est uiscera misericordie et lacrimarum q̄uis spiritualis sit non adimplet legem xp̄i. Et Amb. in libro de officiis. Natura ius cōe generauit usurpatio uero ius p̄iuatum fecit. Unde sunt multi qui nullam habent in agris aut in uineis portionem horum inopie de copia quam dedit dn̄s diuitibus est consulēdū ut & ipsi deo pro terre fecunditate bn̄dicāt nobiscū quos ideo sub diuersis molestiis laborare permittit dei sapientia ut et miseros p pacientia misericordes uero coronet pro beniuolētia Et idem. xlvii. di. c. Sicut hi. Neq; enim minus est criminis q̄ hn̄ti tollere cum possis & habundas indigentibus denegare. Esurientiū panis ē quem tu detines nudorum indumentum est quod recludis miseroꝝ redēptio est & absolutio pecunia quam tu ī terra defodis. Et idem. lxxxvi. di. c. In singulis. Misericordia cōis est usus ideo preceptum cōe omnibus officiis omnibus etatibus necessaria & ab

omnibus deferenda. Non publicanus non miles excipitur non agricola non urbanus dives & pauper omnes in cōe admonentur ut conferant non habenti. Et xp̄s in euangelio Luce.xi. Date elemosinā & omnia mūda sunt vobis. Et.c.xii. Vendite que possidetis & date elemosinam. Hoc ipsum colligitur ex dictis moraliū philosophorū. Hinc est q̄ Tullius.i.de officiis ait. Quicquid sine detrimento commodari potest id tribuatur cuiq; vel ignoto. Et ouidius libro de punto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Cōueniēs homi est hominē seruare voluptas. Et Plato in thimeo Bonos uiros decet cōmodos esse. Theologi insuper elemosinā laudant.d.supra.d.xv.quarti libri. Quod ipsa est tertia pars satisfactiōis. Assignat nāq; magister in textu tres partes satisfactōis Prima est ieiuniū. Secūda oratio. Tertia elemosina. Que secūdū Ric. sufficienter enumerantur tam ex parte bonorum. per que satisfaciendum est q̄ ex parte causarum peccati q̄ etiam ex parte eorum contra quos peccatum cōmittitur. De bonis enī nostris debemus satisfacere Et secundū Aris.i.ethi.c.xx. Tria habemus bona.s.bona fortune bona corporis & bona anime. De bonis exterioribus seu fortune satisfacimus per elemosinā sub q̄ cōphēdit totum quod expenditur in proximorū utilitatē. De bonis corpis satisfacimus per ieiunium sub quo conprehenditur quicqud ptinet ad corporis afflictionem. De bonis anime satisfacimus p oratiōē sub qua cōprehēditur quicquid deo exhibetur per latrie uirtutē. Secundo sufficienter enumerantur satisfactionis partes ex parte causaurū peccati. Nā secundū ioh.i.ca.ii.c. Tres sunt peccatoꝝ cause.s.cōcupīa carnis que prout possibile ē exciditur p ieiuniū & concupīa oculorum contra quam ordinatur elemosina & supbia uite cōtra quā ordinatᷣ oratio. Tertio sufficiēter enūerantᷣ satisfactiōis ptes ex parte eoꝝ cōtra quos peccat homo cōtra deū. Et contra hoc ordinatur oratio. Peccat contra se ipsū & contra hoc ordinatur ieiuniū. peccat cōtra proximū & contra hoc ordinatᷣ elemosina. Et sic undiq; resonant elemosine laudes. Secunda ratio quare unusquisq; prōptus debet esse ad elemosinas liberaliter largiendum dicitur conformitas. Sumus nanq; conformes & inuicem mēbra.Ro.ii.c. Et ut dicitur.i.Cor.xii.c. Si quid patitur unū mēbrorū compatiūtur ei omnia alia mēbra. Propterea ait sapiēs Eccle.xvii.c. Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Et hoc suo mō. Seneca ad Lucillum explicauit.d. Non potest quisquā

beate degere qui se tantum intuetur qui omnia ad utilitates suas convertit. Alteri uiuas oportet si uis uiuere tibi. Et idem in libro de beata uita. Vbicunq; homo ē beneficio locus est. Sed circa hoc dubitatur. Vtrū dare elemosinam cadat sub precepto Et respōdet Ric. q sic. d. elemosinam esse sub precepto legis nature que iubet alii eē faciēdū quod sibi quisq; fieri uellet. Luc. vi. c. Et di. i. decretorū. c. i. & di. ix. c. Sana. & x. q. i. Placuit. Est etiā elemosīa sub precepto legis diuine sicut patet in uerbis allegatis in prima ratiōe ubi inducit xp̄s. xi. & xii. c. Luce q elemosinā dare iubet Est adhuc elemosina sub precepto legis positiue sicut patet. xlvi. di. c. Pasce. Tertia ratio inducēs homines ad elemosinas liberaliter largiendum dicitur exemplaritas. Exemplum quidem habemus a deo ab angelis & ab omni creatura ut cōicatiui eē debeamus Deus quidē preter illam cōicationem intrinsecam que est ī productiōe diuinarum personarum uoluit adhuc extrinsecus cōicare seipsum ī productione omnis create nature. Vnde Augustinus in q̄ōibus ueteris testamenti inquit. Bonus est quia fecit existere que non erant. Et in. iii. de trinitate Voluntas dei est prima & summa causa omnium specierum & motionum. Nihil enim fit quod de inelligibili atq; aula summi imperatoris non egrediatur. Angeli insuper sunt cōicatiui quia ut Dyonisius dicit in libro de angelica hierarchia. Per āgelos supiores cōicant gradatī secreta mysteria dei angelis inferioribus. Omnia etiam corpora celestia cōmūicant influentiam suam corporibus inferioribus. Omnia tandem que in celis que in terris sūt sua bñficia cōicant homini rationali ut sic & ipse homo discat homini se cōicare. Nam qui potest & non uult eē bñficus īmanior atq; crudelior omni belua esset habēdus. Quarta ratio inducens homines ad promptam elemosinarum largitionem dicit proprietas. Quicqd enī fit pauperibus propter xp̄m ꝓprie fit & ipsi xp̄o. Vnde Hieronimus ad Nepotianum. Mensulam tuam pauperes & peregrini nouerunt tu cum illis xp̄m conuiuam noueris. Et xp̄s Math. x. Qui uos recipit me recipit. Et Math. xxv. Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Est de hoc exemplū in sācto Martino. qui dū pauperi nudo partē clamydis sue dedisset nocte sequenti uidit xp̄m illa uestitum audiuitq; eū dicentem. Martinus adhuc cathecuminus hac me ueste contexit. Quinta ratio est societas. Est quidem elemosina socius fidelis quia animā nunq̄ deserit imo sibi fauet & assistit dū citatur an̄ tribunal

eterni iudicis. Propterea legitur i uita iohānis elemosinarii. Quod fuit quidā thelonarius diues ualde nomine Petrus hic pauperibus durus cum ad suam domum accedebāt eos furibundus expellebat. Cum ergo semel pauperes inter se de eius auaritia & illiberalitate colloquerentur quidam eorum dixit. Quid uultis mihi dare & ego hodie elemosinam ab eo accipiam. Et facientibus cum eo pactum ad domum eius uenit & elemosinam postulauit. At Petrus domū rediens & pauperē pre foribus uidens cū eius famulus panes siliginis in domū deferret ille lapidem non inueniens panem unum ex illis arripuit & cū furore pauperē percussit. Quem protinus accipiēs pauper ad socios rediit & ꝙ de manu eius elemosinam accepit indicauit. Post duos dies infirmatus ad mortem diues ille uidit se āte iudiciū stare & mauros quosdā super staterā mala eius appēdere Ex altera autem parte statere qdam dealbati tristes stabant eo ꝙ nihil quod ibi apponerent inuenire ualebant. Tunc unus eoꝝ dixit. Vere nihil habemus nisi unū panem siliginis quem āte duos dies sui coactus dedit quem dum super stateram ponerēt equalitas, ut sibi uidebatur facta est. Dixerūtq; ei adauge ad siliginem hanc alioquin mauri te apprehendent. Euigilans autem & liberatus dicebat pape si una siligo quam per furorem iactaui ita ꝓfuit q̄to magis omnia sua bona indigentibus elargiri. Et ex tunc liberalissimus pauperibus semper fuit. Sexta ratio inducens homines ad elemosinas & pietatis opera dicitur gratiositas. Facit equidem elemosina habilem hominem & idoneum ad dei gratie susceptionem. Vnde Actuum. xi. tale ponitur exemplum. Vir quidam erat in cesarea nomine Cornelius centurio cohortis que dicitur italica religiosus & timens deum cum omni familia sua faciens elemosinas multas plebi & deprecans deum semper uidit in uisu manifeste q̄si hora diei. ix. angelū dei ītroeūtē ad se & dicētē sibi. Corneli. At illle ītuens in eū timore correptus dixit. Quis es dñe. Dixit aūt illi Orationes tue & elemosine tue ascēderunt in memoriam in conspectu dei. Et nūc mitte uiros in Ioppē & accersi Simonē quēdā qui cognominatur Petrus & dicet tibi quid te oporteat facere. Obtinuit itaq; Cornelius elemosinis mediantibus gratiā ut ad ipm baptizandum mitteretur Petrus. Septima ratio dicitur felicitas. Pro ipsa utiq; felicitatē eterne uite consequimur. Vnde. i. Thi. iiii. apostulus ait Pietas ad omnia ualet promissionem habens uite que nūc est et future. Quod xp̄s declarauit Math. xxv. ubi ad

regnum celorum uocaturum se dixit eos qui misericordie opera dilexerunt.

Quod septem conditiones requiruntur ad hoc ut elemosina debito modo fiat. Capitulum. ii.

Ecūdū mysteriū declarandum de elemosina dicitur cōditio. In quo explicande sunt septem qualitates siue conditiones que notanē in uerbis Zachei. d. Luce. xix. Ecce dimidiū bonoꝝ meorum domine do pauperibus. Vbi innuitur ꝙ elemosina debet eē. Primo prōpta. Secūdo copiosa. Tertio bona. Quarto ꝓpͣa. Quinto ordinata. Sexto liberalis. Septīo discreta. Prīo elemosīa debet eē prompta. propterea dicitur. Ecce. quasi dicat Zacheus ꝙ cum fieri potest elemosina nō est tardanda non differenda nō procrastinanda sicut multi faciunt qui non nisi post multas preces & diuturnum tempus elemosinas erogare uolunt. Propterea dicit sapiens ꝓuer. iii. Ne dicas amico tuo. Vade & reuertere cras enim dabo tibi cum statim possis dare. Et Seneca libro. ii. de beneficiis. Ingratum est beneficium quod diu inter dantis manus hesit. Et ut ait Macrobius libro. ii. saturnalium. Pars beneficii est qđ petitē si cito neges. Veruntamen satis reprehensibiles sunt qui mortem expectāt ut bona superflua qbus nō egent pauperibus tribuāē. Pro quibus facit sapiens uerbū illud sancte Lucie que sue matri dixit. Quod moriens das ideo das quia tecū ferre nō potes. Solet etiam deo permittente sepius euenire ꝙ auarorum diuitum bona que post mortem impias causas distribuere disposuerunt rapianē dilanienē & distrahantur a parentibus a domesticis a cōsanguineis litigātibus & qñq; ab extraneis uersutia & calliditate illa querētibus. Quare consulēdū est omnibus quibus superabūdāt diuitie ut uelīt ipsi ꝑ se collocare illas in celo nec expectare ut post mortē id faciant alii quia ut diximus sepe fallunt. Secundo elemosina debet esse copiosa ꝓpterea dixit Zacheus. dimidiū. Vnde Tho. iiii. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Neq; timenda est paupertas si elemosine ample fiant. Non enim deus uult superari ab aliquo de liberalitate sicut uideri potest exemplum de hoc. in. ii. dial. libro de Bonifacio Fundeñ epō. Cui ex paucis uuis uinum collectū pauperibus largienti illud miraculose multiplicauit deus. Tertio debet elemosina esse bona idest de bonis rebus nō infectis aut marcidis propterea dixit Zacheus. bonorum. Quarto debet eē elemosina propria ut fiat de propriis bonis nō de alienis ideo

dixit Zacheus. meorum. Vnde. i. q. i. c. Non est. Gregorius ait: Nõ est putãda elemosina si pauperibus dispenset quod ex illicitis rebus acquiritur. glo. autem ibi dicit. Non enim causa pietatis facienda est iniquitas. ut patet. xiiii. q. v. c. Forte. xxxii. q. iiii. c. Sic nõ sũt. xxxiii. q. v. c. Si dicat. xxvii. q. ii. c. Si tu abstíes. xxii. q. ii. c. Ne quis. & . xiiii. q. v. c. Nolite. Augustinus ait. Nolite uelle elemosinas facere de fenore & usuris. Et i. c. Elemosina Gregorius dicit. Elemosina redẽptoris nostri oculis illa placet que non ex illicitis & iniquitate congeritur sed que de rebus cõcessis & bene acquisitis impendit. Quinto elemosina debet esse ordinata ut. s. fiat ꝑ dei honore proximi salute & propria utilitate nõ ꝑ uana gloria ac huius seculi pompa. Vnde Zacheus addidit. dñe. idest ꝑ tuo amore & honore q dicens ei elemosinas facio. propterea xp̃s Math. v. c. dixit. Cũ facis elemosinã noli tuba canere ante te sic hypocrite faciunt in synagogis & uicis ut honorificẽt ab hominibus. Amen dico uobis receperunt m. s. Sexto elemosina debet esse liberalis ut nõ fiat pro susceptis seruitiis. Nã sũt plerique q pauperes laborare cogunt & postea illis nomine elemosine aliqd tribuunt cum tamẽ merces laboris potius q̃ elemosina debeat appellari. propterea dixit Zacheus do idest nõ uẽdo sed liberaliter dono. Septimo elemosina debet esse discreta ut det̃ his qui ĩdigẽt & non his qui abundant. quod dictum est propter illos q habẽtes aut uicinos aut attinentes qui paupertate & egestate grauantur elemosinas faciunt ad exornandas ecclesias aut ecclesiastica ornamenta amplianda. Quod nõ damnamus nisi dum fame perire permittuntur proximi indigentes. propterea dicit Ambrosius. xii. q. ii. c. Aurum. Aurum habet ecclesia non ut seruet sed ut eroget & subueniat in neccesitatibus quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantũ auri atque argenti de tẽplo assirii sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum si aliqua subsidia desunt q̃ si sacrilegus contaminet & asportat hostis? Nonne dicturus est dominus. Cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurũ ministrasses alimoniam. Cur tot captiui in comertium ducti nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat ut uasa uiuentiũ seruasses q̃ metallorum. his non posset responsum referri. Quid enim dices? Timeo ne templo dei ornatus deesset. Respondeo. Aurum sacramenta non querunt neque auro placẽt que auro ñ emunt. Ornatus sacrorum redẽptio

captiuorum est. Et uere illa sunt uasa preciosa que redimunt aīas a morte. Ille uerus thesaurus domini qui operatur quod sanguis eius operatus est. Et Hieronimus ad Demetriadem uirginē īquit Alii ecclesias edificent uesti aut parietes marmorum crustis. Sed tibi aliud propositum. xp̄m uestire ī nudis uisitare in languētibus & subuenire in oppressis. hec ille.

Quod septem sunt opera misericordie quibus necessitatibus proximi est subueniendum. Capitulum. iii.

Ertiū mysterium declarandū de elemosina dicitur distictio.

Distinguitur equidem ī elemosinas spirituales & corporales. Elemosine spirituales sunt cum datur uel aliquid spirituale ad subueniendum spirituali indigentie proximi & continentur ī hoc uersu. Cōsule castiga doce solare remitte fer ora. Elemosine corporales sunt cum datur uel fit aliquid corporale ad subuentionē corporalis indigētie que sunt septem & continentur in hoc uersu. Visito poto cibo redimo tego colligo condo. s. Prima est uisitare infirmum. Secunda potare sitientem. Tertia cibare esurientem. Quarta redimere incarceratum. Quinta uestire nudum. Sexta recipere hospitem. Septima sepelire mortuum. Et qm̄ corporales elemosine magis se offerunt & ocurrunt necessarie quia multo plures sunt qui corporaliter q̄ qui spiritualiter affliguntur. Ideo corpales elemosīas explicabimus. Prima itaq; elemosina ē uisitare infirmos & tribulatos. Et de hac sapiens. vi. c. eccl. ait. Non te pigeat uisitare infirmum: Ex his enim in dilectione firmaberis. Et Iac. v. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hec est uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. Vnde in uitis patrū. Frater quidā interrogauit quendam senem. d. duo fratres sunt quorum unus ieiunat sex diebus multum laborans Alius uero seruit egrotantibus Cuius opus magis acceptum est deo. Respōdet senex. Si frater ille q sex diebus laborans ieiunat appēdat se per nares nō potest esse eq̄lis illi q infirmātibus deseruit. Scd̄m opus misericordie seu secunda elemosina est potare sitiētem Et de hoc xp̄s Math. x. ait Qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantū in nomine discipuli. Amen dico uobis nō ꝑdet mercedem suam. Tertia elemosina est cibare esurientem. Et de hac Thobie. iiii. Panē tuū cū egēis & esuriētibus comede. Quarta elemosina est redimere captiuos. Et de hac eccl. iiii. Libera eum qui iniuriā patitur de manu superbi. Quinta elemosina ē uestire

nudũ Et de hac Luce. iii. xp̃s dixit. Qui habet duas tunicas det unã ñ hñti. Sexta ẽ colligere hospites. hec aũt hospitalitas multa bona facit. Primo ad susceptionẽ gracie prepat. Quod figuratũ ẽ Luce ultimo in hoc ꝙ duo discipuli xp̃m cognouerunt cum eum ad hospitium inuitassẽnt. Scd̃o bona temporalia multiplicat ut patet in illa uidua que Heliam in hospitio suo suscepit cui farina & oleũ non defecerunt. iii. Regum. xvii. c. Tertio a malo tp̃ali seruat ut patet ĩ Raab que recepit nuntios filiorum isrl. Et ideo a morte saluata est. Quarto xp̃m recipit. Vnde in uitis patrum legit̃. Quod quidã Martinus nõie monachus ualde honorabilis in suo monasterio uisitationis gratia ad aliud monasteriũ tẽdebat Pergens itaqꝫ leprosum quendam in uia uolentem ad suũ hospitiũ redire & pre lassitudine non ualentẽ repit. Vir autem dei eiusdẽ leprosi lassitudinem miseratus palium quo uestiebatur in terram protinus proiecit & expandit ac desuper leprosũ posuit eumqꝫ suo palio undiqꝫ cõstrictum super humerum leuauit secumqꝫ reuertẽs detulit. Cũqꝫ iam monasterii foribus appropiquaret abbas eiusdẽ mõasterii magnis clamare uocibus cepit Currite & ianuas mona/sterii citius aperite quia frater Martinus uenit portans dominum xp̃m Statim uero ut Martinus ad monasterii portam peruenit is qui leprosus esse putabat̃ de collo eius exiliens & in ea spẽ apparẽs qua recognosci ab hominibus solet redẽptor humani generis deus & homo Iesus xp̃s ad celum Martino aspiciente rediit eiqꝫ ascẽdẽs dixit. Martine tu nõ erubuisti me super terrã ego te nõ erubescã super celos. Qui sanctus uir mox ut esset monasterium ingressus ei pater monasterii dixit. Frater Martine ubi ẽ quem portabas? Cui ille respondens dixit. Ego si sciuissem quis erat tenuissem pedes eius. Et narrabat qa dũ eũ portasset minime pondus eius sensisset. Septima elemosina ẽ sepilire mortuos. Et de hac diffusius dicemus cũ agemus de pietate defũctorũ. Ergo benigno corde ĩpẽdamus nostris proxĩs pietatis opera ut sic ualeamus ĩ hoc seculo acqrere dei gratiã & in futuro sempiternã gloriam. In qua uiuit regnatqꝫ deus p infinita seculoꝝ secula. Amen.

Sabbato tertie ebdõade in q̃dragesima. De simulato uitio adulatiõis quo septius pharisei utebantur cũ xp̃o loquẽtes.

Sermo. xlv.

dixerunt ei. magister hec mulier modo deprehensa est in adulterio. Simulãtiũ phariseoꝝ uerba sũt ista origĩaliter

Ioh. viii. c. & in euangelio hodierno. Sequuntur plurimi uene/nosos mores uirulentosq modos scribarum & phariseorum q xp̄m blande reuerenterq magistrum uocantes eius tamen doctrinam n̄ solum spernebant uerum etiam aliis uilem contemptibilē exosāq reddere satagebant. Ipsorum autem uestigia retinent adulatores qui suis mellitis uerbis ueritate neglecta falsitatē fouēt. Ea ppter i hoc sermone de uitio adulatiōis pulchra quedā & utilia apiemus: De qua tria mysteria sunt declaranda. Primum dicitur diffinitio. Secundum offēsio. Tertiū remediatio.

Quid sit adulatio & qualiter potest quis quandoq laudare aliquem cum merito & quādoq cū peccato. Capitulum. i.

P Rimū mysterium declarandū de adulatione dicit̄ diffinitio In quo quid sit adulatio uideamus. Et ex dictis Alex. i. ii. uolumine summe potest sic diffiniri. Adulatio est peccatum ꝓueniēs ex sermone uane laudis alicui facte intentione placendi. Pro cuius declaratione notanda sunt tria uidelicet. Primū notandū secūdū Thoā in scripto super libro. iiii. ethi. Quod circa humana colloqa per que homines maxime adinuicem conuiuunt & conuersantur scd̄m nature sue proprietatē respectu aliorum animaliū que sibi in cibis uel in aliis huiusmodi cōicant non autē in colloquiis in qbus proprie consistit conuictus humanus quo ad delectare alium uel contristare triplex differentia reperitur. Quidam enim sunt qui in suis colloquiis tenent medium in laudando uel contristando & tales uocantur affabiles uel amici. Quidam uero alii sūt qui tenēt excessū in contristādo & defectum in delectando & tales agrestes discoli uel litigiosi nominantur. Quidam uero alii sunt qui tenent excessum in delectando & defectum in alios contristando & tales placidi uel adulatores uocantur. Primo enim dico ꝙ quidam sunt qui in suis colloquiis tenēt medium in delectando uel contristādo alios eo ꝙ tales delectant uel contristant alios sicut oportet & qn̄ oportet & scd̄m alias circūstantias & tales sūt laudabiles & uocant̄ affabiles uel amici. Habens enim in hanc uirtutem affabilitatis uel amicitie quandoq laudat alios & delectat scd̄m ꝙ exigit debitus ordo necessitatis & rationis. Quandoq uero refugit delectare & eligit cōtristare. Et hoc duobus modis. Vno modo ex parte ipius qui contristat. puta si non sit sibi honestum talia colloquia audire ut cum aliquis loquitur uerba turpia uel etiam si sit sibi nociuum. puta cum alius loquitur in detrimentum eius. Alio modo ex parte

illius quē contristat puta si dicat uel faciat aliquid quod ad ꝓpꝛiam ipsius magnam in honestatem pertineat uel etiam si multum sit nociuum. Secundo quidā alii sūt qui tenent excessum in cōtristādo alios & defectum in delectando. Superabundant enim in alios contristando & uolunt contrariari omnibus que dñr uel fiunt ab aliis. Et isti agrestes uocantur. Tertio quidam alii sunt qui in suis colloquiis tenent excessū in delectando & defectū in contristādo Hieni in suis sermonibus & ī rebus aliis quibus cōicāt & cōuersāt cum aliis omnia que ab aliis dicuntur uel fiunt laudant siue bona sint siue mala ad hoc ꝙ delectabiles se eis exhibeāt & nullo cōtradicūt eis quibus conuiuūt ne eos contristent estimantes ꝙ oportet omnibus conuiuere sine tristitia Et tales si hoc non faciunt ꝓpter aliud nisi propter delectatioem uocantur placidi uel placentes. Si autem hoc faciunt propter adipiscendam pecuniam uel quodcumque aliud qđ potest pecūia estimari blanditores seu adulatores uocāt. Scđm notandum ꝙ cum adulatio consistat in sermōe laudis alteri exhibite ut ē dictum sic homo potest aliquem laudare bñ & male prout. s. debite circumstantie seruantur uel pretermittuntur. Nā potest aliquis secundum Tho .ii. ii. q. c. xv. aliquem delectare laudādo eū tripliciter. Prīo ut deus honoretur. Scđo ut ꝓximus adiuuetur ne in tribulatione deficiat. Tertio ut uirtus in ꝓximo augeatur uel ut etiam conetur in bono proficere. Tūc his tribus modis uelle laudare aliquem uel uelle placere quod est licitum & meritoriū & pertinet ad rationē amicitie uel caritatis nec adulatio dici potest. Alio modo potest quis male laudare aliquem. Primo quando laudat de aliquo sibi dubio uel incerto. Vnde eccl. xi. Nō laudes uirum in specie sua. Ibi glo. Nec iuxta speciem corporis estimes qualitatem mentis. Scđo aliquis male laudat alium quādo laudat de futuro. Vnde Eccl. xi. Ante mortem ne laudes quenq̄ Tertio aliquis male laudat alium de illicito. s. quando laudat de uitio scđm illud psal. Laudatur peccator in desideriis anime sue. Vel secundum Alex. iii. ii. summe potest aliquis per adulationem laudari. aut respectu mali. aut respectu boni. respectu mali duobus modis. Primo laudando malum tanquam bonum. Scđo malū diminuendo. respectu boni fit ponendo & laudando bonum esse quod non est augendo bonum & laudando ipsum magis quam sit. Tertium notandum ꝙ adulatio aliquando est peccatum ueniale aliquando mortale. Veniale peccatum est tribus rationibus scđm

Alex. & Tho. Prima ratio est cum aliquis adulatur sola auditate alios delectandi & non intentione nocendi. Secunda est cum aliqs adulatur sola intentione uitandi aliquod malum sine alterius detrimento. Tertia cũ aliquis adulatur intentiõe consequendi bonũ aliquod necessarium. Sed peccatũ est mortale duabus rationibus. Primo ratione criminis cũ .s. quis aliquẽ laudat de peccato. Talis agit contra caritatem proximi quia prebet ei occasionem in malo perseuerandi. Propterea Augustinus sup illo uerbo psal. Laudat peccator etc. ait. Hec est magna ira dei ut desit correctio & adsit laudatio. Adulãtiũ eni lingue ligant animas in peccatis. Delectat enim illa facere in quibus non solum non metuitur reprehensor sed etiam laudat peccator. Secũdo adulatio est peccatũ mortale ratione intentionis cũ aliquis adulatur alicui hac intentiõe & fine ut fraudulenter siue corporaliter siue spiritualiter ei noceat.

Qualiter se habet adulatio in comperatione ad homicidium & ad detractionem & ad illũ cui fit. Capitulum. ii.

Ecundum mysterium contemplandum de adulatione dicitur offensio In quo aperiẽdum est q̃ grauiter offendit & peccat adulator. Et ad hoc clarius intelligendum tria dubia disputemus. Primum dubium. Vtrum peccatum adulatiõis sit grauius peccato homicidii. Et respondet Alex. q̃ adulatio & homicidiũ i grauedie se habent sicut excedentia & excessa. Quod patet quia homicidiũ est grauius peccatum adulatione duplici ratione. Prima est quia lingua adulatoris non nocet ita efficaciter sicut gladius psecutoris Quod patet quia gladius persecutoris effectiue occidit quasi sufficiens causa mortis. Lingua autem adulatoris non ita efficaciter nocet quia nullus potest esse alteri sufficiens causa peccandi Ergo cũ gladius psecutoris sit causa mortis efficiẽter & lĩgua adulatoris sit causa peccandi non efficienter sed occasionaliter ideo homicidiũ est grauius peccatum adulatione. Secunda ratio est quia malum irrecuperabile ẽ grauius malo recuperabili. Sed nocumẽtũ hõicidii est irrecuperabile. nocumentum uero adolationis est recuperabile ergo etc. Ex alia uero parte adulatio est grauius peccatũ hõicidio duplici ratione. Prima ẽ quia peccatum quanto est magis nociuũ in pretiosioribus rebus tãto grauius est. Sed lingua adulatoris plus nocet in pretiosioribus bonis .s. in bonis spiritualibus q̃ gladius persecutoris qui nocet in corporalibus tantum ergo etc. Secunda ratio est quia peccatum quanto occultius nocet & minus caueri potest

tãto ẽ grauius. Sed peccatũ adulatõis o cculti' nocet. Magis enĩ potest caueri a manu persecutoris q̃ a lingua adulatoris ergo etc. Secundum dubium. Vtrum adulator ita grauiter peccet sicut ille cui adulat. Rñdet Alex. ubi supra duobus mõis. Primo simpliciter & absolute sine aliqua distinctione. Quod ille qui adulatur alteri & nocet et plus peccat & plus nocet sibi q̃ illi cui adulatur. ratio ẽ quia sibi nocet tanq̃ sufficiens causa peccandi. Alijs autem nocet & est causa peccati occasionaliter tantum. Secundo respondetur cũ distinctione. Nam distinguendum est de illo cui aliquis adulatur. Aut enim ille non assentit adulationi aut assentit. Primo cum qs nõ assentit adulationi tunc adulator peccat mortaliter ex intẽtiõe inducendi illum ad peccatum mortale quantum in eo fuit licet ille adulationi nõ assẽtiret. Secũdo uero cũ aliquis adulationi cõsẽtit & acquiescit tũc de tali distinguo. Quia est quidam qui decipitur credendo adulatori plus de seipso q̃m sibi & talis cum decipitur ab adulatore minus peccat q̃ adulator. Est alius qui non solum credit adulatori sed etiam fouet ipsum & ꝓcurat ut fiat adulatio & talis plus peccat q̃ adulator. Tertium dubium. Vtrum adulatio maius sit peccatũ q̃ detractio. Respondet Alex. ꝙ detractio est grauius peccatũ. Primo ex parte radicis quia detractio ex deteriore radice surgit q̃m adulatio. s. ex odio & ex inuidia in quibus detractor similitudiẽ diaboli tenet. Adulatio uero ex libidie placẽdi ꝓcedit uel ex uanitate cordis. Secundo detractio est grauius peccatum q̃ adulatio ex parte finis quia adulatio intendit magnificare nomẽ detractio uero nititur auferre uel deprimere nomen. uel adulator querit delectationem eius cui adulatur detractor uero querit dif/famationem eius cui detrahit. Sed nescio quid dicam de adulatiõe quando tot inueniuntur adulatores tot etiam adulatoribus aures beniuolas accomodantes quo fit ut ueritas conculcetur & malitia superabundet.

De tribus remedijs quibus est utendũ ut euitentẽ fraudes & deceptiões adulatoꝝ. Capitulũ. iii.

Ertiũ mysteriũ declarandũ de adulatiõe dicitẽ remediatio Possunt enim tria remedia cõtra adulatores appõi. Primũ est deceptionis consideratio. Scdm bone cõsciẽ conditio. Tertium proprie miserie īspectio. Primũ remediũ ẽ deceptiõis cõsideratio. Ab illo enim semper cauendum est qui semper decipit. Sed omnis adulator est talis. Vnde Augustinus super psal. Adulatio ẽ fallaci

laude seductio. Et idẽ sup psal. Plus persequit̃ lingua adulatoris q̃ manus persequentis. Et Hieronimus super psal. Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum sicut adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris q̃ gladius persecutoris. Et Beda sup Luc. Ipsa peccati nutrix adulatio est que sicut oleum flãmis ita ĩ culpa ardentibus solet administrare fomentum. & Cassiodorus ĩ epistolis. Adulatio blanda omnibus applaudit omnibus salue dicit. ꝓdigos uocat liberales. auaros parcos & sapiẽtes. lasciuos curiales. garrulos affabiles. obstiatos constãtes. pigros maturos & graues. hec sagitta leuiter uolat cito infigitur. Et Seneca ad Lucillum. Malũ hoĩẽ blande loquentem agnosce tuum laqueum esse. Habet enim suum uenenum blanda oratio Et prouer. i. Si te lactauerit peccatores ne acquiscas eis. Secundum remedium contra adulationem ẽ bone conscientie conditio. Nã bona conscientia semper minus existĩat de se. propterea xp̃s. Luce. xvii. dixit. Cum bona feceritis que ꝑcepta sunt uobis dicite serui inutiles sumus. qđ debuimus facere fecimus. Et Gregorius di. v. in. c. Ad eius. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere ubi culpa non est. Tertium remedium cõtra adulationem est proprie miserie inspectio uel recognitio. Vnde Gregorius. xi. q. iii. c. Inter uerba ait. Inter uerba laudantium uel uituperantium ad mentem recurrendum est. Et si in ea ĩuẽit bonum quod de nobis dicitur magnam tristitiam generare debet. Et rursus si in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquuntur in magnam letitiam debemus prosilire. Et Seneca ad Lucillũ. Intus teipsum considera non qualis tis aliis credas. Et idẽ ad Lucillum Alex. cum in obsidione cuiusdã urbis circuisset muros ictu sagitte percussus cum represso sanguine sicci uulneris dolor cresceret & crus obstipuisset. Omnes inquit iurant me esse filium Iouis sed uulnus hoc hominem me esse clamat. Veruntamẽ hodie uerificatur dictum Hieronimi ad Sabinianum ubi ait. Naturali ducimur malo & adulatoribus nostris libenter fauemus & quanq̃ respondeamus nos indignos & calidus rubor ora perfundat tamen ad laudem suam intrinsecus anima letatur. Idcirco ut dixi paulo ante. Languet ueritas & iustitia conculcatur quia adulatio apud uiros magnos & seculi huius potẽtes obtinet magnum locum. Abstineamus igitur nos ab hoc dãnali uitio ut mereamur ĩ hoc seculo participes fieri diuine gratie & in futuro sempiterne glorie in qua uiuit gloriosus deus per infinita secula seculorũ. Amen.

Dominica quarta in quadragesima in mane de sacro cultu dierum festorum illorumque debita ueneratione. Sermo. xlvi.

Rat proximũ pasca dies festus iudeorum. Scribuntur hec uerba Iohãnis. vi. c. & in euangelio presentis dominice. Magnificat euangelista miraculum factum a xp̄o dũ satiauit ex paucis panibus atque pisciculis tot milia hominũ propter circũstãtiã diei festi. Cum uero inter xp̄ianos sacrorum dierum obseruantia religiosa penitus sit extincta quibus merito conuenire potest quod Isa. i. dominus ait. Kalendas uestras & sollennitates uestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. laboraui sustinens & cum extenderitis manus uestras auertã oculos meos a uobis. Idcirco ĩ p̄sēti sermone pro reformatione presentium de festis erimus tractaturi de quibus tria mysteria principalia declarabimus. Primum dicitur approbationis. Secundũ detractiõis. Tertium obseruationis.

Quod usus sacroꝝ festoꝝ approbat̃ & cõmẽdat̃ a gẽtilibus a iudeis & a christianis. Capitulum. i.

Rimum mysterium de festis declarandum dicit̃ ap̄pbatiõis. Nam sunt multi asserentes uanum esse uel inutile obseruare & celebrare festa quibus festorum usum approbatum tripliciter ostendemus. Primo per gentiles. Secundo per iudeos. Tertio per christianos. Primo ostendimus approbatum usum festorum per gentiles. Ipsi nanque licet secundum errores suos festa tñ solẽniter celebrabant. Vnde Varro in ultimo uolumine rerum diuinarũ narrat. Quod romani prima die Ianuarii celebrabant festũ Iani. Ianus uero fuit quidam qui regnauit in partibus illis ubi est roma a quo mons Ianiculus dictus est. Et ex dictis Ouidii de fastis colligitur que eodem mense celebrabant festum Minerue que erat dea bellorum. Et que in februario habebant festum dee felicitatis Et festum Fauni quem dicebant deum montium In martio agebant festũ Martis dei bellorum. In Aprili festum fortune q̃m dicebãt deam. In Madio festum dee flore que fuit ministra ueneris & dicebatur habere potestatem super flores. Erant eis & alia festa que causa breuitatis omitto. Pro quibus dicebat Tibullus. Luce sacra requiescat humus requiescat arator. Et graue suspenso uomere cesset opus. Et Seneca ad Lucillum. Festis maxime diebus animo imperandum est ut tunc uoluptatibus solus abstineat cum in illas omnis turba procubuit. Secundo ostendimus usum festorum approbatum esse per iudeos. Ipsi enim festa custodienda frequenter

ꝑcipit deuſ. Vnde Leuitiſ. xix. ait. Sabbata mea cuſtodite ego dominuſ deuſ ueſter. Et. xxvi. c. Ego dñſ deuſ ueſter. cuſtodite ſabbata mea & pauete ad ſanctuarium meum. Et deutro. quinto c. Obſerua diem ſabbati ut ſanctificeſ eum. Et exodi. xvi. De manna colligendo dixit. Sex diebuſ colligigite in die autem. vii. ſabbatum eſt domini. Idcirco non inuenietiſ. Et Hiere. ſeptimo Sanctificate diem ſabbati ſicut precepi uobiſ. Et Iſaie. lvi. Oēm cuſtodientem ſabbatum ne poluat illud & tenentem feduſ meum adducam in montem ſanctum meum & letificabo in domo oratiōiſ mee. Ezechieliſ. xx. Ego dominuſ deuſ ueſter In preceptiſ meiſ ambulate & mandata mea cuſtodite & facite ea & ſabbata mea ſanctificate ut ſit ſignum inter me & uoſ & ſciatiſ quia ego dñſ. Pro declaratione tamē huiuſ uocabuli ſabbatum notandū. Quod aliter denomīatur dieſ a gentilibuſ aliter a iudeiſ aliter ab eccleſia Gentileſ enim denominant dieſ a planetiſ. Ex hoc dicit Albertuſ magnuſ in ſuo introductorio in aſtronomia. Quod ſapientibuſ egyptiiſ & chaldeiſ uſū eſt ꝙ luna damnaretẽ in prima hora diei lune. Ideo diem illā uoluerūt denominare ab ipſa luna. Et ꝙ marſ damnaretur in prima hora diei martiſ. Et mercuriuſ in ꝑma hora diei mercurii. Et iupiter in prima hora diei iouiſ. Et uenuſ ī ꝑma hora diei ueneriſ. Et ſaturnuſ in prima hora diei ſabbati Et ſol in prima hora diei dominice Et ſic ſecundū predictoſ ſeptē planetaſ ſeptem dieſ ebdomade nominabant. Hebrei denominabant dieſ.d. prima ſabbati. ſ. dominica die quaſi die prima poſt ſabbatū: Iuxta illud. Veſpere autem ſabbati que luceſcit in prima ſabbati. Et ſequentem diem dicebāt ſecunda ſabbati & ſic ordinate alioſ tertia ſabbati etc. uſq; ad ſeptimum diem quem appellabant ſabbatum. Quod ſecundum magiſtrum in hiſtoria ſcolaſtica & Damaſcenum interpretatur requieſeo ꝙ illo die requieuit dominuſ ab omni ope quod patrarat ut habetẽ Gen. ii. c. Quandoq; etiā apud hebreoſ tota ebdomada dicitur ſabbatum iuxta illud Luce. xviii. Ieiuno biſ in ſabbato. Septimum tamen diem proprie dicebant ſabbatum quem ipſi ſanctificabant. Et ultra iſtum diem habebant ipſi iudei aliaſ ſollēnitateſ. Ec. autē denoīnat dieſ d. diē dominicum de quo plenuſ inſequentibuſ dicemuſ & diem ſequentem ſecundam feriam alium tertiam alium quartam aliū qntā aliū ſextā & ſequentē diē ſabbati. Tertio oſtendimuſ approbatū uſum feſtorum ꝑ xpianoſ Nam ſancta mater eccleſia ſtatuit ſub precepto aliquoſ dieſ feſtoſ

a fidelibus celebrandos qui ponuntur pro maiori parte de conse. di. iii. c. Pronunciandum. Et extra de feriis. c. Conquestus. Hi sunt. omnes dies dominici per totum annum. Natiuitas domini. scs Stephani. Iohānis euangeliste. Innocentum. Siluestri. Circūcisio domini. Epiphania. Tres dies resurrectionis. Ascensio domini. Pēticostes cū duobus diebus sequētibus. Quattuor sollēnitates principales beate uirgis. s. Natiuitatis. Purificatiōis. Annūtiatiōis. & Assumptiōis eius. Natiuitas Iohānis baptiste. Duodecī apostolorum sancti Laurentii. dedicationis sancti Michahelis. Omniū sāctorum & sancti Martini. Celebrande sunt etiam ille festiuitates qs singuli episcopi cum suo clero populo indixerint celebrandas Insuper de conse. di. iii. in. c. Crucis. Statuit Eusebius q festū crucis. i tertia die mai sollemniter celebretur. In Clementina uero. Si deum. de re. & ueneratione sanctorū mandatur celebrari festum corporis xpi. Sunt & alia festa per consuetudinē ecclesie totius itroducta: sicut sancti Nicolai. sancti Antonii abbatis. & quedam alia que secūdū morē patrie celebranda sunt. Quare religiosus laudabiliter apparet sanctorum festorum usus.

Quare sabbatum mutatum est in dominicam & cur alia festa sunt superaddita & de peccato illorum qui festa non custodiunt. Capitulū. ii.

Ecundum mysteriū de festis declarandum dicatur determinatio In quo determinate dubitare contingit circa quedā nō immerito aperienda & maxime ut iudeis nos reprehendentibus respondere ualeamus. Dubitatur ergo de tribus. Primo de sabbati mutatione. Secundo de festorum additione. Tertio de peccato & offensiōe. Primo dubitatur de sabbati mutatione. Nam ut patet ex dictis. Deus mādauit sabbatum custodiri. Exodi insuper. xx. Dixit Memento ut diem sabbati sanctifices. Dicunt ergo iudei. Cur sabbatum ecclesia mutauit in dominicam? Respondet Alex. de ales. i. iii. uolumie summe. Quod hoc factum est iuste & sācte propter tria. Primo propter declarationē mysteriorum. Secūdo propter exclusionem errorum. Tertio propter multitudinem priuilegiorum. Pria rō ē ppter declaratione mysteriorum. Nā assignatio septime die est pure ceremonialis & omnes ceremonie ueteris legis ut diximus in sermone de obedientia dei übra erant & figura legis gratie & euangelii. Secundum autem Augustinum in. iiii. super Gen. ad litteram. dici probabiliter potest obseruandum sabbatum

iudeis fuit preceptum in umbra futuri que spiritualem requiem significabat cuius qetis ipse dominus Iesus xp̃s qui nõ nisi quãdo uoluit passus est in sepulture sue mysterium consumauit. Cũ ergo per sepulturam xp̃i figura sit adimpleta non amplius necessarium diem sabbati custodire quinimo sollemnizare. i. in sabbato festum facere more iudeorum prohibitum est & peccatum. Vnde de cõ. di. iii. c. Peruenit. Gregorius ait. Peruẽit ad me quosdam peruersi spiritus homines praua inter uos aliq̃ & sãcte fidei aduersa seminasse ita ut in die sabbati aliquit operari prohiberẽt. quos quid aliud nisi antixp̃i predicatores dixerimus. qui ueniens diem sabbatum atq; dominicũ ab oĩ faciet ope custodiri? Quia. n. mori se & resurgere simulat haberi uult in ueneratione dominicũ diem. Et qa populũ iudaizare cõpellit ut exteriorem ritũ legis reuocet & sibi iudeorum perfidiam subdat coli uult sabbatum. Secunda ratio quare non seruatur sabbatũ sed mutatũ ẽ in dominicã ẽ propter exclusionẽ errorum. Nã gẽtiles dominica die consueuerant colere & adorare solem. Vt itaq; ab hoc errore retraherentur sãcta mater ecclesia statuit diem dominicũ sanctificandũ. Tertia ratio quare sabbatũ mutatum est in dominicam est propter multitudinem priuilegiorum. Vt. n. dicitur in. lxxv. di. in. c. Quod die dominico. Dies dñica tantis diuinarum dispensationum mysteriis est consecrata ut qcqd ad nõ insigne est constitutum in huius diei dignitate sit gestũ. In hac mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionẽ & mors interitum & uita cepit principium. Et de. consec. di. iii. c. Sabbato dicitur. Diem dominicam ob uenerabilem resurrectionem domini nostri Iesu xp̃i nõ solum in pasca celebramus uerum etiã p singulas quasq; ebdomodas ipsius diei imaginem frequentamus. Colligunẽ autem. xii. priuilegia diei dominice. Primum est quia fuit prima omnium dierum. Secundum quia erit ultimus dies presentis uite in seculi huius fine. Tertium est quia illam nulla precessit nox. Quartum quia sicut infra patebit nulla ei nox subsequet. Quĩtũ quia in ea creauit celũ & terram deus. Sextũqa ĩ ea omnes ãgeli a deo creati sũt & bõi ĩ celo glorificati fuere & mali de celo expulsi sunt. Septimum quia secundum Orosium in die illa primo p̃cepta sunt data filiis israhel Octauum quia in illa die incarnatus ẽ xp̃s Nam ut testatur magister historiarum. Et die qua dixit deus fiat lux uisitauit nos oriens ex alto. Et xp̃s incarnatus est. In huius mysterium & figuram datũ fuit manna in dominica die sicut ait.

Origines super exodū. Nonū qa in die dominica xp̄s destructis inferni claustris captiuam ducēs captiuitatem ac sanctorū animas de limbo eripiens triunphaliter surrexit a mortuis. Decimum in dominica die erit resurrectio mortuorū & reddet unicuiq; iuxta opera sua. Vndecimum quia in die dominica spiritus sanctus in linguis igneis missus est in apostolos. Duodecimum quia in domica die erit initiū & continuatio sine fine laudum dei & domini nostri Iesu xp̄i. Secundo dubitatur de festorum additione cur uidelicet superaddita sūt ultra diem dominicum alia festa? Et assignari pōt triplex ratio Prima dicitur cōfutationis. Secunda gratificatiōis Tertia imitationis Prima ratio dicitur confutatiōis. Superaddita sunt sanctoꝝ festa ut confutaretur error eoꝝ qui dixerunt. Ante diem iudicii animas sanctorum nō conscendere celum. Ad ondēdū ꝙ tales mentiunē statuit ecclesia sanctorū suffragia & patrotinia in eorum sollemnitatibus implorari predicans & contestans illos in celo regnare cum xp̄o. Ad hunc etiam errorem illiminādū ecclesia cantat. Gaudent in celis anime sanctorum qui cristi ue. sunt. se. Quod etiā colligi potest ex dictis scripture atq; doctoꝝ sanctoꝝ Nam Luc. xxiii. Christus dixit latroni hodie mecum eris ī padiso Et glo. super illo uerbo Luc. xi. Pueri mei mecum sūt ī cubiculo ait. Pueri sunt apostoli qui sunt in eterna requie. Et Gregorius in. iiii. dialogorum Iustorum anime mox ut huius carnis claustra exeunt in celestibus sedibus recipiuntur. Et extra de celebratione mis. c. Cum marthe dicitur. De sanctis omnibus sentiendum est ꝙ non indigeāt orationibus nostris pro eo qui cum sint pfecte beati omnia eis succedūt ad uotū Et extra de baptismo & eius effectu. c. Debitū scribitur sic. Iudeus seipsū baptizās si continuo decessisset ad patriā protinus euolasset. Et de pe. di. vii. c. Qui egerit dicit. Quicunq; bene post penitentiam uixerit sicut ante penitentiam uiuere debuit. post recōcilationē quandocunq; defunctus fuerit ad deum uadit ad requiē uadit & regno dei non priuabit. Secūdo superaddita sunt alia festa propter gratificationē. Nā ex debito gratitudinis commemorare debemus beneficia nobis collata sicut sūt bn̄ficia natiuitatis passionis ascensiōis & cōsimiliū festiuitatū in sollemnitatibus etiā beate marie uirginis feriandum est. ppter summas perfectiones quas in se habuit propter innumeras gratias quas ipsa impetrante suscipimus. Ceteras uero sollemnitates sāctoꝝ quas statuit ecclesia catholica celebrari obseruare isup obligamur

quia et ipsi impetrant nobis misericordiã dei. Vnde Dauid i psal. ait. Leuaui oculos meos in montes unde ue. a.m. In montes.i.in sanctos. Tertia rõ q̃re ultra diẽ dominicum supaddita sunt festa sanctorũ ẽ ꝓpter imitationẽ ut in eorũ sollẽnitatibus illorũ gesta recolẽtes conemur eos q̃ntũ possumus imitari. Ideo Augus. i ser/mõe de martyribus ait. Quotiẽscũq fratres carissimi ete. sanctorũ martyrum sollẽnia celebramus ita ipsis intercedẽtibus spectemus a dño consequi tpalia beneficia ut ipsos martyres imitando accipe mereamur eterna. Ab eis enĩ in ueritate sanctorũ martyrũ festiua gaudia celebrantẽ q ipsorũ martyrũ exempla sequũtur. Sollẽnitates enim martyrũ exhortationes martyriorũ sũt ut imitari non pigeat qđ celebrare delectat. Sed nos uolumus gaudere cũ sãctis & tri/bulatiões mũdi uolumus sustinere cũ illis. Qui.n. sãctos martyres uel sq̃tũ potuerit noluerit imitari ad eorũ btitudinẽ ñ poterit pue/nire Tertio dubitatẽ de peccato & offẽsiõe. Vtrũ peccẽt mortaliter nõ seruantes festa. Et rñdeo φ sic qa faciunt cõtra p̃ceptum dei. Hinc ẽ φ in ueteri lege ut habetẽ Numeri.xv. Cũ inuẽtus esset hõ colligens ligna in die sabbati p Moysẽ & Aaron reclusus ẽ in carcerẽ dixitq dñs ad Moysen. Morte moriatẽ hõ iste obruat eũ lapidibus oĩs turba extra castra. Cũq eduxissẽt eũ foras obruerũt lapidibus & mortuus ẽ sicut p̃ceperat dñs. Potest tñ aliq̃s si laborat aut aliquid aliud faciat diebus festis excusari a peccato ꝓpter tria Primo ꝓter necessitatem. ut patet extra de ferus. e. Conquestus. & in glo. ibi super uerbo necessitas urgeat. dicitur. Puta si res eẽe pitura. Et sunt plura exempla. ff. de ferus. l. ii. & iii. Et ubi res celeritatẽ desiderat. ff. de damno infecto. l. i. Secũdo excusantur laborantes in festis ꝓpter pietatem puta scđm glo. in p̃allegato. c. Conquestus. cã debiliũ psonarũ qa in opibus mie dierũ distinctio ñ ẽ hñda ut patet. lxxvi. di. c. Vtinã. & de cõse. di. v. c. Vnq̃. Tertio excusantẽ laborantes diebus festis ꝓpter modicitatẽ qñ. s. opus modicũ eẽt & puũ qa scđm theologos. Quod modicũ est ratio apphendit quasi nihil. Sed quis explicet q̃tenus in xp̃ianis etiam festorũ sãctificationẽ inueniatẽ abusus. Nam cupiditate & auaritia ducti diebus festis mercata frequentant & nũdinas qđ ꝓhibetur i e. i. extra de ferus. Nõnulli etiam absq necessitate uẽdũt & emũt missas & alia officia negligẽtes conducũt merces in curribus equis & mulis & faciũt alia opa seruilia nõ sine peccato. Nec illud pec/catũ leue putãdũ ẽ quo igratus & miser hõ dedignatẽ reddere deo

ptē tēporis sibi cōcessi.

Qualiter festa seruanda sunt cū deuotione cordis oris & opis, qđ tamē a xp̄ianis multis nō fit imo uidet̄ cōtrariū. Cap. iii.

Ertiū mysteriū de festis dicit̄ obseruatiōis. Obseruāda sūt festa a fidelibus cū oī deuotiōe & sācticāda tripliter. Prīo corde. Scđo ore. Tertio ope. Primo sunt sāctificāda festa corde ut unusqsq; memor sit dei & beneficioꝝ eius. Nā in p̄cepto solo de sāctificatione sabbati positum ē hoc uocabulū. memēto. ad denotādū q̄ tali die ad spiritualiū cōtēplatiōe aīus sit reuocādus. Hic Isidorus ait. Purgādus ē p̄mo aīus atq; a tp̄aliū reꝝ cogitatiōibus segregādus ut puta acies cordis ad deū uere & sīpliciter dirigat̄ Optima aūt ē regula a nobis tradita in tractatu de uirtutibus & ī sermone de prudētia in q̄ ponūt̄ septē de qbus unusqsq; memor eē debet. Insup scđm quosdā cum p̄ceptum de sāctificatione festi sit affirmatiuū & obliget sp̄ sed ñ ad sp̄ tenet̄ hō ex debito die dñico uel semel in ebdomoda deo uacare atq; deū recognoscere ī aliqua hora licet nō in q̄libet. aliter peccat mortaliter. Proinde qui est ī mortali culpa & nō cōteritur uel dat opā ut cōterat̄ in die dñico de nouo mortaliter peccat qa trāsgredit̄ dīnū p̄ceptū quo p̄cipit̄ diebus dnicis eē uacādū deo & maxīe cōteri oportet cōgruis horis utpute dum dicit̄ missa uel dicūt̄ uespe. Tenet̄ aūt ad propositum cōficēdi & satisfaciēdi loco & tēpore opportuno. Quod q nō seruat nouā incurrit culpā trangressionis p̄cepti de sanctificatiōe ī p̄pa culpa. Scđo festa sūt sāctificāda ore ut ī ipsis oremus & laudemus deū sibiq; de susceptis bñficiis gratias referamus. Vnde de cōsec. di. iii. Ieiunio dicit̄. Die dñica nihil aliud agendū ē nisi deo uacādū Nulla opatio ī illa die sācta agat̄ sed tm̄ in hymnis psalmis & cāticis sp̄ālibus dies illa transigat̄. Tertio sanctificanda sūt festa ope uisitādo ecclesias audiēdo diuina. De auditione uero missaꝝ dicā diffusius in sermone de missa. Sed ue mundo a scādalis qa xp̄iani diebus festiuis magis ī honorāt deū & sāctos q̄ diebus aliis. O quot pōpis. quot uanitatibus. quot fastuositatibus ī diebus festiuis ornat̄ corpus & cōfūdit̄ spūs. tūc qdē felicior ē q exqsitori excessu bellū ordinat cōtra deū. tūc mulieres emula cōcertatiōe īsano studio ac cōatu altera alterā ī uanitatibus supare cōtēdit. tūc gestāt stellas ac laminas aureas uel argēteas uario fulgore pēdētes necñ & plaꝝ torques cingētes collū & similia. Tūc in ecclesiis dei mala plurima ppetrant̄. Tūc insistūt hōines phibitis ludis. Tūc mulieres chores

uacāt, & dissolutiōibus. ꝓpterea dicit de cōsec. di. iii. c. Irreligiosa. Irreligiosa cōsuetudo ē quā uulgus p sanctoꝝ sollēnitates agere cōsueuit. Populi qui deberēt officia diuina attendere saltatiōibus turpibus inuigilāt cātica nō solū mala canētes sed etiā religiosorū officiis ꝑstrepūt. Sūt & alia plurima que committi solēt tpribus deo ac sāctis dicatis. Nos uero conemur ab illis omnibus abstinere sollēnitatesq; sacras reuerēter, ac debite celebrare sicq; īpetrabimus in hoc seculo dei gratiam & in futuro sempiternam gloriā ad q̄m nos ille perducat qui uiuit regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Dominica q̄rta in q̄dragesima ꝑma īfra diē de pietate quam uiui exhibere debent mortuis ac defunctis. Sermo. xlvii.

Cœpit ergo Iesus panes & cum gratias egisset distribuit discumbentibus Scribuntur hec uerba Iohannis. vi. c. & in euangelio hodierno. Qui de celo descendit in uterum uirginis sola caritate motus ipse uerbo pariter & exemplo docuit nos super omnia erga nostros proximos beniuolentiam pietatemq; seruare. Ecce in promptu ē sacra lectio euangelica in qua narratur q̄m clementer famelicam turbam christus pauit in deserto nos uero si regni eius ac beatitudinis uoluerimus ꝑticipes esse debemus q̄tum possumus proximoꝝ nostroꝝ indigentiam miseriamq; reuelare. Quoniam aūt circa defunctos multi sunt inhumani atq; crudeles cum in superioribus dixerimus de mīa uiuis exhibenda. Id circo in presēti sermone de pietate que mortuis atq; defūctis debet erimus locuturi. Distinguemus uero hanc in tres partes ꝑcipales. Prima dicit sepulture exhibitio. Secunda testamētoꝝ executio. Tertia suffragiorum colcatio.

Quod defūctoꝝ corpora sūt sepeliēda & q̄liter ecclesiastica sepultura ꝓdesse potest uel obesse. Capi. i.

Rima pars pietatis que debetur defunctis dicitur sepulture exhibitio. Et ꝑ huius declaratiōe tria sūt disputāda. Primū utrū defunctoꝝ corpora sint sepeliēda. Scd̄m utrū ꝓsit morientibus eccl̄ca. sepultura. Tertiū utrū obsit in peccato mortali decedētibus Circa primū dubiū posset aliq̄s arguere q̄ corpora defunctoꝝ non sint sepelienda. Nā dicit Virgilius. Facilis iactura sepulchri. Et Seneca de remediis fortuitoꝝ. Si nihil sentio non pertinet ad me iactura corporis in sepulchro. Et idem in li. de tranquillitate aī: Minabatur Theodoro pho. mortem insepultam. Cui respondet. Sanguis in tua potestate ē sed te ieptum dico si putas mea inter eē

supra terrã an infra putrefieri. Inquit etiã Tullius in questiõibus tusculanis. Quod Socrates & Anaxagoras crediderunt sepulturas supuacuas nilq; mali atq; inhonesti esse iacere cadauer squallidum abiectũ & inhumatũ. quẽ ritũ seruabant Caspii omnes. Diogenes insup Cinicus iussit se inhumatũ pici uolucribus canibus & feris. d. Quid ferarũ mihi nil sẽtiẽti oberit laniatus? Refert adhuc Eusebius li. i. de euãgelica pparatione. Quod hircani rapacis generis auibus picere defũctorum corpora cõsueuerunt. Sed cõtra tales damnatos mores inhumanasq; sniãs ẽ omnis scriptura tã sanctorũ q̃ moralium philosophorũ. Vnde Geñ. xx. Laudat̃ de pietate Habraã qui sepeliuit. Saram mortuã in Hebron in terrã chanaã & sepeliuit eã in speluncam agri. Et Geñ. xxv. Et. xiii. q. ii. c. Hebrõ dicit̃ Quod Isaac & Hismael sepelierũt Habraã ĩ spelũcã duplici. Et Geñ. xlix. Iacob in extremo uite benedictione data filiis suis pcepit eis dicens. Ego cõgregor ad populũ meũ. Sepelite me cũ patribus meis in spelunca duplici que est in agro hebron in terra chanaã quam emit Habraã Et Iosue ultimo habet̃ q̃liter eo mortuo sepelierunt eum filii Israel in finibus possessionis sue. Ibidem etiã habet̃ qualiter ossa Ioseph que tulerant de Egypto sepelierunt in sichem & quõ Eleazar filium Aaron sepelierũt in Gabaath fratres & filii eius Et Iudic. xvi. fit mentio de sepultura Samsonis. Et. i Regũ. xxv. de sepultura Samuelis. Et. ii. pal. c. ix. de sepultura Salomonis. Et. i. Macha. ix. c. de sepultura Iude machabei. Et. ii. Regũ. ii. c. Dixit dauid uiris Labes Galaad qui sepelierant Saulem. Benedicti uos a dño qui fecistis misericordiã hanc cũ domino uestro Saul & sepelistis eum Et. xxi. di. decretorũ e. Nunc aũt. In glo. dicit̃. Quod si quis mandaret corpus suum nõ sepeliri qđ & fecit Marcellinus papa ĩ testationẽ idolatrie cõmisse non est implendum Et Valerius li. v. rubrica de ingratis rephẽdit athenĩẽses qui Melciadem in carcere mortuũ sepeliri nõ pmiserũt nisi Cymo eius filius carcerem p eo intrasset. Vnde Valerius ait. Nec te Cymo silentio inuoluã qm̃ patri tuo sepulturã uoluntariis uinculis emere nõ dubitasti. Et idẽ Valerius li. i. rubrica de sõniis narrat q̃liter Symonides poeta pegre uadẽs cũ nauis in qua erat appulisset ad litus & corpus ĩhũatũ iacẽs uidisset sepulture mãdauit. huiusmõi bñficio is q sepultus fuerat motus nocte sibi in sõnis apparuit eũq; ne proximo die nauigaret monuit qui sõnio parẽs in terra remansit. Illi uero qui inde recesserant nauigantes in eius

conspectibus pcellis & fluctibus absorpti sūt & suffocati & ipse le/
tatus ē q uitā suā magis sōnio q̄ naui cōmiserat. Et idē Valerius
li.v.rubrica de hūanitate cōmendat Cesarem qui caput sui hostis
Pompei sibi p regē egypti destinatū honorifice cremari & sepeliri
fecit. Ibidem etiam laudat Hānybalē qui successiue tres romanos
Paulum Graccum & Marcellū hostes ipsius honorifice sepeliuit.
Respondendū ē ergo ad dubiū ppositū scd̄m Ric. in iiii.di.xlv.
Quod defūctorū corpora sūt sepelienda pp̄ter tria. Primo pp̄ter
astruendam resurrectionem futuram pp̄ter quā Paulus mortuos
uocat dormientes. Vt ergo subleuet̄ spes ad resurrectionem uere
fiendam corpora sepulture tradunt̄: Scd̄o corpora sepeliūt̄ pp̄ter
amouēdū horrorem. Vnde quintilianus li.v.Declamationū ait.
Ad operiēdam feditatē subtrahēdamq; dolori materiam mortuum
uiuentiū cā sepelitur. Tertio corpora defūctorum sūt sepeliēda
pp̄ter meritationē ut illa sepelientes pp̄ter misericordiā mereāt̄.
Propter hec omnia Augustinus li.i.de.ci.dei.c.xiii.ait. Nō sūt
contēnēda & abicienda corpora mortuoꝝ maximeq; uiroꝝ iustoꝝ
atq; fideliū qbus tanq̄ organis & uasis ad omnia opa bona sanctus
usus ē spiritus. Si enī paterna uestis & annulus ac siqd huiusmodi
tanto carius ē posteris q̄nto erga pentes maior affectus nullo ipsa
sperneēda sunt corpora. que utiq; multo familiarius atq; cōiūctius
q̄ quelibet indumenta gestamus. Hec.n.non ad ornamentum uel
adiutorium quod adhibetur extrinsecus sed ad ipsā naturam hois
ptinet. Vnde & antiquoꝝ iustoꝝ funera officiosa pietate curata
sunt & exeqe celebrate & sepultura prouisa. Ipsiq; dum uiuerent
de sepeliēdis uel etiā transferendis suis corporibus filiis mādauerūt.
Et Thobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo
commendatur. Ipse quoq; dn̄s die tertia resurrecturus religiose
mulieris bonū opus predicat predicandūq; cōmendat ut unguētū
preciosum super mēbra eius effuderit atq; hoc ad eum sepeliendū
fecerit. Et laudabiliter commemorantur in euangelio qui corpus
eius de cruce acceptū diligēter atq; honorifice tegēdū le peliēdūq;
curarunt. hec Augustinus. Scd̄m dubium erat. Verum prosit in
caritate moriētibus ecclesiastica sepultura. Loquor de his q habent
aliquod purgabile. Et respōdet Ric. Quod nō per se sed p accidēs
Et hoc triplici rōne. Prima est propter insipientium excitationē
inquantū.s.insipientes sepulturam memoriam retinent defūctoꝝ
& p eis orant. Vnde Augustinus li.de cura p mortuis agenda ait.

Monumentū eo ꝙ moneat mentem.i.primo admoneat nūcupatꝰ. hinc Gregorius li.iiii.dialog. Petro eum interroganti & dicenti. putamus ne animabus eorum aliquid prodesse posse si mortuorum corpora ī ecclesiis fuerint sepulta. Respondet cum grauia peccata nō deprimunt hoc prodest mortuis si ī ecclesiis sepeliātur ꝙ eorum proximi quotiēs ad eadē sacra loca cōueniūt suoꝝ quoqꝫ sepulchra aspiciūt recordantꝰ & ꝑ eis dn̄o preces fundunt. Nā quos peccata grauia depmūt nō ad absolutionē sed potius ad maiorē dānatiōis cumulum eoꝝ corpora in ecclesiis ponuntꝰ. hec ille. Secūda ratio ē propter ministroꝝ ecclesie orationem quia illi q ecclesie deseruiūt tenentꝰ ceteris paribus ꝑ illis frequentius & spēalius orare. Tertia ratio ē propter sanctoꝝ deuotionē credēdum naqꝫ est quod sancti illi ad quoꝝ honorem fabricata est ecclesia orant pro eo q sepelitꝰ in illa uel eius cimiterio propter reuerentiam & deuotionem ipsius eligentis sepulturam ibidem. Vnde Augustinus..xiii.q.ii.c. Non existimemus ait. Quod uero quisqꝫ apud memorias martyꝝ sepeliatur hoc tantum mihi uidetur prodesse defuncto ut commendās eum ad martyꝝ patrocinio affectꝰs pro illo supplicatiōis augeatꝰ Notandum tamen circa electionem sepulture ꝙ quilibet adultus compos sue mentis libere potest ubicūqꝫ uoluerit in loco magis religioso eligere sepulturam. Vnde Gratianus.xiii.q.ii.§.ii.ait. Vbi quisqꝫ tumulandus sit in uoluntate eius consistit. Excipiuntꝰ religiosi q nō possunt sibi eligere sepulturā sed in suis monasteriis & ecclesiis sepeliuntꝰ nisi quando moriuntur essent adeo remoti a monasteriis sui ordinis.ꝙ non possent cōmode deportari ad illa:q tunc possent eligere extra eo.c. Religiosi li.vi. Impuberes etiam non possunt sibi eligere sepultura sed parentes eorum possunt eos sepelire ubicunqꝫ uoluerint si consuetudo terre hoc habeat. alias non. Extra de sepulturis.c. In nostra.in textu & in glosa Et in.c. de uxore in glo. Insup qui non est compos sue mentis non potest eligere sepulturā extra de succes.ab intesta.c.Cū dilectus. Vxor uero si non eligit sepulturam sepelire debet ubi sepultus est suus maritus. Et si plures habuit sepelire debet ubi sepultus est ultimus Et licet multa dicantur de sepulture electione tamen multū statꝰ consuetudini ut dicit Ric.ubi supra. Potest etiam quis eligere sepulturam in loco minus religioso dimissa antiqua ut patet extra eo li.vi.c. Cum quis. Tertium dubium erat Vtrū obsit ecclesiastica sepultura in peccato mortali decedentibus quia dicitꝰ.xiii.q.ii.c.

Quibus & .c. Cum grauia. Impius nocet in loco sacro sepeliri. Rñc Ric. Quod impio non nocet ecclesiastica sepultura nisi inq̃tū hāc sepulturam sibi indignam ꝑpter humanā gloriam ꝓcurauit. Sed quid dicemus de sumptibus & expensis que fiunt in funere etiam bonoꝝ & in caritate morientium? Nōne melius esset si darentur pauperibus & indigentibus q̃ sic illas exponere ad quandam quasi pompā & gloriam. Rñdet Ric. Quod pompa exequiaꝝ si fiat scd̃m consuetudinē patrie & non cū nimio excessu non ē reprehēsibilis. Quinimo facit ad consolationem uiuoꝝ & subleuationem spei ad resurrectionē futuram. Non. n. tenet homo de necessitate facere omne bonū quod potest. Faciens autē sumptus in sepultura quos posset alibi melius collocare non facit eos inquantū est opus minus utile sed inquantū utile. Notandū tamen ꝙ non debent i ecclesia seu cimiterio uel loco sacro infrascripti sepeliri Primo nullus infidelis nec iudeus nec pagāus nec hereticus. ut patet de cōsec. di. i. c. Ecclesiā. Et. c. sequēti. Et. xxiii. q. ii. c. Sane. & si sepulti eēnt tales in ecclesiis debēt exhumari & proiici extra. Secūdo īterdicit sepultura ecclesiastica morienti in torniamento. Et exponit hosti etiam si quis ibi uulnus letale accepit licet post ea superuixerit. qui q̃uis peniteat & ei eucharistia non negetꝰ carebit tamē ecclesiastica sepultura. Extra de torniamētis. c. i. Hoc tamen de illo intelligitꝰ q uēit cā exercendi se in torniamento. Et scd̃m Vu. de armigeris eoꝝ qui eis in armis seruiūt extra de torniamentis. c. ii. Secus de astātibus cū curiositate. Tertio prohibetur sepultura his. q seipos occidūt ut patet. xiii. q. ii. c. Quibus. Et. xxiii. q. v. c. Placuit. Quod intelligendū ē scd̃m Vu. Si interficerunt se ex desperatiōe uel iracundia. Secus si ex fortuitate & huiusmōi. Vnde in. c. Ex parte extra de sepul. dicit Berñ. Quod si quis propter fugam precipitaret se in aquam quia inde sic credebat euadere non imputatꝰ ei etiam si contrarium eueniat. Quarto negatur sepultura ei de quo certū ē & manifestum ñ fuisse confessū uel non cōicasse semel in anno. extra de pe. & re. c. Omnis. & hoc intellige. nisi in mortis articulo signa contritiōis & huiusmōi emēdatiōis ostendat Quinto expellitꝰ a sepultura ecclesie monachus qui reperitꝰ ꝓprietarius in fine uite q debet in sterqlinio sepeliri extra de statu monachorū c. sup quodā. Sexto blasphemus dei si moriatur absq; penitentia postq̃ blasphemauerit non sepelitꝰ in loco sacro extra de maledicis in fine. Septimo generaliter quilibet notorius peccator si moriatꝰ

absq penitentia i ipso mortali peccato priuandus est ecclesiastica sepultura. xiii. q. ii. c. Nō estimemus. Ad ꝓbandū aūt cōtritionē alicuius peccatoris morientis sufficit unus testis. xxvi. q. v. c. qui recedunt. Item interdicit sepultura tempore interdicti illis de illo loco ubi est positum interdictum dum durat. Item excoicatis excoicatiōe maiori in illam morientibus & etiam minori scđm Vu. quando hoc est notorium. Sūt & alia multa circa hāc materiā que ideo dimittimus quia non est necessariū ut populis predicenē. Sacerdotes aūt & curati qa taliū debent habere sciam uideant titulū de sepul. li. iii. & . vi. decretaliū. Ideo banc ptem cōcludere uolētes dicimus ꝙ magna est pietas satisq cōmēdabilis defūctoꝝ corpora sepelire hinc preter ea que dicta sunt laudatur & magnus Alex. Qui ut Q. Curtius refert. Inuento Dario a suis derelicto uulnerato & extincto in uehiculo uiso corpore fudit lacrimas fecitq eū more regio sepeliri.

De executiōe testamentoꝝ & ꝙ dilatio eoꝝ ꝑiudicat aiabus testatoꝝ si sint in purgatorio. Cap. ii.

Ecunda ps pietatis defunctoꝝ dicitur testamētoꝝ executio in quo adhuc tria dubia occurrūt declaranda. Primū utꝝ testamēta possint infringi. Secundū utꝝ executores teneantur statim illa exequi. Tertiū utrū dilatio executoris ꝑiudicet anime testatoris. Ad primum dubium possec aliquis arguere. Quod nullū testamentum sit infringendum. Nā ut scribitur extra de testa. c. Iudicātis. Uolūtas testatoris debet p oīa adipleri. Sed testamētū continet ultimam uoluntatem testatoris ergo etc. Et. xvi. q. i. c. Cōsideratio dicitur. Cōsideratio ecclesie utilitatis hoc postulat ex iusta dispēsatione testatoris seruādū arbitrium. Sed contra ē quod habetur. vi. q. i. iii. c. Admonere. ubi & Gregor. ait. Admonere te uolumus ne pte defunctorū uoluntates tua qđ absit remissione cassentur. Ibi dicit glo. sup uerbo pte. Secus si sunt iniu ste. Ergo testamenta iniusta sunt infringenda. Rńdet R. tc. in. iii. di. xlv. Quod aut testamentū est rationabiliter factū ita ꝙ non sit contra equitatem iuris naturalis nec diuini nec positiui Et tūc nullo modo est infringendum. Aut testamentū ē irrationabiliter factū. Et tūc licitū ē & debitū illud infringere. Est aūt testamentū irrōnabile triplici rōne. Primo rōne testatoris. Scđo rōne rei testate. Tertio rōne modi testandi. Primo ratione testatoris cum. s. non potest facere testamentū. Nam neq; epūs neq religiosus neq fatuus pōt

facere testamentum. Dicit tamē Ric. Quod epus aut habet bona que sibi prouenerunt ex hereditate uel artificio aut doctrina anq̄ esset epus. aut non habet nisi redditus ecclesiasticos & mobilia que sibi ex illis redditibus prouenerunt. De primis bonis quia illorum proprietas ē sua potest licite facere testamentū. extra de testa. c. Quia nos. Et. c. Relatum. Et. xii. q. i. c. Epi. Si tamen episcopus ecclesiam leserit damnū ecclesie debet de rebus eius resarciri. Et de residuo si quid fuerit testari potest. De redditibus aūt ecclesiasticis & de mobilibus que post sui cōsecrationē acq̄siuerit epi quia talia dicuntur conseruari eidē ecclesie. Cuius rō est quia que ītuitu seu consideratu ecclesie receperunt illorum bonoꝝ ꝓprietas sua non ē sed illorum sunt tantū dispensatores & administratores non possūt facere testamētū. Et q̄uis de rebus ecclesie nō possint aliq̄d donare iure testamenti possunt tamē donare de mobilibus cā ecclesie siue sint sani siue in egritudine etiam mortali constituti. Ex quibus colligit̄ ꝙ non est idem dispensare & testari Vnde epus ꝑmittitur de bonis ecclesie elemosinam facere & non testari. extra de testa. c. Ad hoc. Testatorem. n. oportet esse dn̄m rerum de quibus facit testamentū. Sed dispensatorē nō oportet esse dn̄m rerum de q̄bus facit elemosinā. Vnde extra eo. c. q̄a nos in glo. dicitur Clerici de rebus ecclesie nullum possunt facere testamentum cū eaꝝ ꝓpetas non sit sua Similiter religiosus cum non habeat ꝓpriū nō potest facere testamentū. ut patet. xix. q. iii. in. c. quia. Et in. c. Relatū Et si dicatur de Paulo primo heremita ꝙ in testamento reliquit collobium suū. i. tunicam supeiorē Athanasio Alexandrino epō. Et tunicam interiorem beato Antonio. Rn̄det Ric. ꝙ q̄uis Paulus primus heremita fuerit religiosissimus sanctitate non erat tamen in religionis statu. Vnde non ast simile de heremitis & de illis q̄ sūt in statu religiōis ut patet in. ℱ. sequēti post ꝑallegatū. c. Relat. Adhuc fatuus non potest facere testamentum. extra de succes. ab ītesta. c. Cum dilectus. Et institis q̄bus non est permissum facere testamentum. ℱ. Furiosi. Illū enim qui facit testamentum oportet esse compotē mētis sue ꝑ illo tēpore quo facit testamētum. Scd̄o testamētū est irrōnabiliter factum rōne rei testate. Cum q̄s facit testamentum de re quam non habet Sicut dicit̄ de Lipethopho. Ipse enim cū in extremo uite uenisset testamentum condidit ī quo multa milia ducatoꝝ impios usus dimittebat. Cum uero circūstātes interrogarent q̄s esset executor tāte pecunie distribuēde. Rn̄dit

truffatorie. hic est punctus Vnde tractum ē uocabulum illud aut uulgare prouerbiū. Qui sta el pūcto disse Lipethopo. Sūt & alii q testantur de bonis que habent tamen ad illos non pertinentibus eo q acqsita sūt p usuras malos cōtractus rapinas in iustitias fraudolentias & huiusmodi. Et debentur personis certis. Secus uero qñ illorū restitutio esset incerta. Tertio testamentum ē irrōnabiliter factum rōne modi testandi puta cū quis exheredicat suos heredes qui exheredicari non meruerunt dans totū aliis. Talis facit cōtra equitatem iuris naturalis etiam si det ecclesie. Et testamentum tale nō est seruandum. ppterea dicitur ab Aug. in sermone de cōi uita clericoꝝ & .xv. q. ultima. c. Quicunq;. Quicunq; ex heredicato filio. heredem facit ecclesiam querat alium qui suscipiat nō Aug. Et infra. Quod laudabile factum sancti Aurelii carthagieñ epi. Quidā. n. cū filios non haberet nec speraret res suas omnes retēto sibi usufructu donauit ecclesie. Nati sunt illi filii. Reddidit epus nec opinanti ea que illi donauerat. In potestate habebat epus non reddere sed iure fori non iure poli. i. qdā naturali eqtate ut dicit glo. ibidē. Scd'm dubium Vtrum executores testamentoꝝ teneātur cito. s. īfra ānum executionē complere. Et rñdet Ric. Quod aut testator tempus determinat īfra qd' testamentū uult esse ipletum aut non. Si sic non tenentē executores rōtione necessitatis usq; ad illud tempus testamētū īplere nisi uiderent citius explendo se posse facere aīe defuncti utilitatem maiorē Tūc. n. & si in foro iudicii cōpelli ñ possēt ad citius īplendū tamen ad hoc eos cōscīa deberet compellere. qa p̄supponendū ē q uoluntas deffuncti fuit ut illo modo & illo tēpore testamentū īplerent quo esset expedientius anime sue. Si aūt non determinat tēpus īfra qd' uelit testamentū impleri. tunc dico. qa aut executores habent libere bona de qbus possint stati testamētū īplere aut ñ habent. Si habēt tunc īplere tenentē q̄citius pñt qa debitores sunt illis qbus legata sūt facta. Et sicut dicitē. ff. de. re. iu. In omnibus obligationibus in quibus dies ñ ponitē presenti die debetē Vnde illi executores q p longū tempus tardant suam executionē īplere necatoribus egentiū comparitur. ppterea dicitē. xiii. q. ii. c. Qui obligationes. Qui obligatiōes defūctoꝝ aut negāt ecclesiis aut difficile reddūt tāq̄ egētiū necatores extōicentē & scd'm glo. ibidē hoc non intelligitē de obligatiōibus uoluntariis sed de illis bonis que relicta sūt ecclesiis. Et. c. sequenti adhuc dicitē. Qui obligationes defunctoꝝ retinent & illi q ecclesiis

tradere demorant ut ĩfideles sũt ab ecclesia abiciẽdi. Executores etiam si illa bona retinent ꝑ seipis sunt sicut fures & raptores & sacrilegiũ cõmittunt sicut patet. xiii. q. ii. c. Clerici. Et. xvii. q. iiii. c. Sacrilegium. Vnde si executores ĩfra annũ saltem amonitione epi pias uoluntates defunctoꝝ ñ iplent cũ possent si uellent ꝑ epũ debẽt impleri. Vt notat extra de testamentis. c. Nos quidẽ. &. c. Tua nobis ĩ glo. Et. c. Iob. in textu. Si aũt executores ñ habeãt bona in ꝓmptu de q̃bus possint infra annũ testamentũ implere nõ credo ꝓpter hoc ꝙ deuoluat ptãs eoꝝ post ãnum ad epm. Tenẽt tñ facere qđ in se ẽ ut bona habeant & habita debent distribuere q̃citius possũt. Tertiũ dubiũ erat Vtꝝ dilatio executionis ĩ aliquo ꝑiudicet anime testatoris. Et rñdet Ric. ꝙ sic. Cuius duplex ẽ rõ. Vna qa q̃to citius ecclesie & paupes quibus legatũ ẽ recipiũt illud qđ testator eis legauit tanto feruentius & certius orant ꝑ aĩa defuncti & orare tenent & q̃to tardius recipiũt qđ eis legatũ ẽ tãto tepidiores sũt ad orãdũ & magis tardãt orare ꝑ aĩa eius. s. defũcti testatoris Acceleratio aũt feruẽtiũ orõnũ ꝑ aĩa defũcti multũ ualet ad eius alleuiationẽ & celeriorẽ expeditionẽ. Alia rõ ẽ. qa sicut defuncti in caritate aliqd purgabile secum portantes in hac uita meruerunt ut elemosine si ꝑ eis dent eis ꝓsint non ad augmentum gratie sed ad alleuiationem & abbreuiationem pene. Sic testator testamentum faciens & in caritate decedẽs testamentũ suũ faciẽdo meretur ut eius executio post mortẽ ualeat non ad augmentum gratie sed ad alleuiationẽ & abbreuiationẽ pene sue. Et ideo q̃to testamentum suũ citius executioni demandat tanto citius alleuiat & q̃to tardius sui testamenti executio implet tanto tardius ceteris paribus incipit alleuiari & tardius liberatur. Si tamẽ legata sua nunq̃ soluerẽtur non ꝓpter hoc ꝑpetuo remaneret in pena q̃uis ꝓpter hoc multo tardius liberaretur ab ipa. Ex ꝑdictis patet q̃m grauissime peccãt & magnã ꝑditionẽ faciũt hi q executiões testamentoꝝ sibi cõmissas nõ cõplent q̃citius possũt habita cõpetenti opportunitate.

Quomõ hi qui sũt ĩ purgatorio iuuari pñt ꝑ suffragia uiuoꝝ & de suffragioꝝ fructu. Cap. iii.

Ertia pars pietatis que defunctis debetur dicit suffragiorum cõicatio. Et ꝑ huius intelligẽtia tria dubia erunt discutiẽda Primum Vtrum suffragia uiuoꝝ prosint defunctis. Scđm utrum suffragia facta determinate ꝑ uno prosint exñtibus ĩ purgatorio

Tertium utrum defunctis psint suffragia facta a uiuis exñtibus in peccato mortali. Ad primum dubium posset aliquis arguere. q suffragia uiuoꝝ ñ psunt defunctis Nã Apoc. xiiii. c. dicit Opa enim illoꝝ sequuntur illos. Ergo uidetur q nõ iuuantur opibus alienis. Et ecclesiastes. ix. dicitur de mortuis. Quod nõ habēt ptē in opere qđ sub sole geritur. ergo idem quod pus. Sed i cõtrariũ est illud qđ scribit. ii. Macha. xii. Sancta & salubris ē cogitatio p defunctis exorare ut a peccatis soluantur. Et Aug. in Ench. ait. Non est negandum defunctoꝝ aĩas pietate suorũ uiuentium releuari cum p illis sacrificium mediatoris offert uel elemosine in ecclesia fiunt. Rñdet Ric. Quod animaꝝ quedã sũt beate iam in celo. quedã sũt dãnate i iferno p peccato originali & actuali uel p originali solo. quedã sũt in caritate suã explentes penitẽtiã in purgatorio Beatis non psunt uiuoꝝ suffragia qa nõ indigẽt. Vñ Aug. in Ench. dicit. q sacrificia siue altaris siue quarũcũq elemosinaꝝ p defũctis ualde bonis gratiaꝝ actiones sunt. Et idẽ habet extra de cele. mis. c. Cũ Marthe Dãnatis etiã suffragia nõ prosũt ut ostensũ ē supra sermone. Sunt tamẽ cõsolatiões uiuoꝝ. Aĩabus aũt exñtibus in purgatorio psũt uiuoꝝ suffragia nõ ad augmẽtũ gratie gratũ faciẽtis sed ad pene eaꝝ mitigationẽ & abbreuiatiõẽ Quia ut dicit Aug. in Ench. Cum uiuerent in hac uita meruerũt ut hec sibi postea possẽt pdeẽ. Ad auctoritatẽ ergo apoc. dicẽdũ Quod suffragia uiuoꝝ que fiunt pro exñtibus in purgatorio dñr opa eoꝝ inqñtũ in hac uita meruerũt ut eis pdessẽt si p eis fierẽt. Ad auctoritatem uero ecclesiastes dicẽdũ q pro tanto mortui dñr non habere partem in opere que sub sole geritur quia tali operi ñ operantur. habent tamẽ ptem in fructu operis Sed pro cõfirmatione uera dictoꝝ notanda ē sententia Greg. que ponit xiii. q. ii. in. c. Aĩe defunctoꝝ. Aĩe inquit defũctoꝝ qtuor modis soluũt: aut oblatiõibus sacerdotũ. aut pcibus sãctoꝝ. aut caroꝝ elemosinis. aut ieiunio cognatoꝝ. Quod. n. sacre hostie oblatio plurimũ psit defunctis apparet ex illo exemplo qđ Greg. recitat in. iiii. dialo. li. Inquit. n. q cũ quidã monachus suus noĩe Iustus ad extremũ ueniẽs tres se habere occultos aureos indicasset & de hoc igemiscẽt mortuus fuisset Precepit Greg. fratribus ut corpus eius cum tribus aureis in sterglinio sepelirẽt. Tandẽ cuidã e fratribus Gre. pcepit ut usq ad dies. xxx. oĩ die pro eo hostiam imolaret. Qui cũ iussa complesset. is qui defunctus fuerat in die. xxx. cuidam fratri sibi

germano apparuit. Quē germanus requisiuit dicens. Quomō es? Cui ille respondit. hucusq̧ male fui sed iam modo bene sum quia hodie cōtionem recepi. Similiter Greg. in preallegato libro ondit q̄ntum orationes prosint exn̄tibus in purgatorio. Narrat. n. de Pascasio qui cum uir mire sanctitatis & uirtutis extiterit & suo tēpore duo fuissent summi pontifices electi conuenissetq̧ tandem ecclesia i unū Ipse tamen Pascasius quasi ex errore alium papam ptulit & i hac snia usq̧ ad mortē pmansit. Qui cū esset defunctus & dalmaticam feretro suppositā demoniacus tetigisset stati sanatus ē. Post multū uero tēpis cū Germanus capuanus epus balneū ob gratiā sanitatis petisset. predictum Pascasium diaconem stantem & obsequentem inuēit. quo uiso uehemēter extimuit. Et qd illic tātus uir faceret inquisiuit. Qui pro nulla alia cā se in illo loco penali deputatum asseruit nisi quia in illa causa pontificis plus iusto sensit & addidit d. Queso te depcare deū p me. atq̧ in hoc cognosces q exauditus sis si huc rediens me non inueneris. Qui cum pro eo orasset & illuc post paucos dies redisset predictum Pascasium in eodē loco minime inuenit. Sunt & alia exempla que breuitatis cā dimittimus. Scd̄m dubium erat utrū suffragia facta determinate pro uno psit oibus existentibus in purgatorio. Et rn̄det Ric. q ad causandum penā concurrit uirtus agentis & dispositio patientis. quia actus actiuorum sunt i patiente disposito ut dicit̄. ii. de anima Potest ergo diminui alicuius pena uel per diminutionem uirtutis ex parte agentis uel p diminutionem dispositionis ad patiendū ex parte sustinentis. Sicut & per augmētationem cuiuslibet istorum pena potest augeri. Vn̄ inequaliter dispositi ad patiendum ab equali uirtute inequaliter patiunt̄ Propterea dicit Auicenna. vi. parte naturaliū. q multū dispositus ad tristitiam ex modica causa fortiter tristatur. Quod aūt dictum est uidemus in exēplo Pena. n. magnum onus portātis diminui potest uel per diminutionem grauitatis oneris uel p aliq̄ confortationem uirtutis illius qui portat onus qua minuitur i ipo dispotio ad patiēdum ab onere. Sic dico. q isto duplici mō cōuēit intelligere diminui penam existentium in purgatorio. Et q̄tū ad diminutionem pene modo primo suffragia facta determinate pro uno tantum aliis non prosunt quia sic uirtus eorum non attingit nisi illum ad quē determinantur & cui applicantur p intētionē agētis Sed modo secundo suffragia facta pro uno prosunt aliis qa mīa dei prouidente suffragia facta pro quocūq̧ in purgatorio oibus

alijs innotescunt. Et quia sese diligunt ex caritate nec sibi inuicē inuident. imo omnes gaudent de pene illius alleuiatione pro quo facta sunt suffragia. Quodlibet autē gaudium reddit gaudentem minus dispositum ad penam contristantem qa scd'm sniam Aris. ii. ethi. c. ultimo. Cuiuscūq tristitie repugnat scd'm formā generis quecunq delectatio. & ideo mitiget eam. Notandum tamen q si suffragia fierent pro pluribus non tantum prodessent cuilibet q̄tū si fierent pro illo solo quia si tantum prodessent. sequeretur q ille qui pro uno defūcto tenetur dicere missam unam & unam p alio si diceret unam pro illis duobus cuilibet solueret illud ad quod sibi tenet̄. Preterea bonū finitū qd' sufficeret ad plenariā liberationē unius anime de purgatorio sufficeret ad liberationē omniū aliaꝝ ad equalem penam obligatarum. preterea cōsuetudo ecclesie eēt futilis que suffragia aliqn̄ facit pro specialibus personis. que omnia falsa sunt. Fuere tn̄ quidā dicentes q suffragia facta p pluribus tantum prosunt cuilibet quantū si fierent pro uno solo. Sicut cā/dela accēsa pro pluribus & lectio lecta pro pluribus tm̄ quēlibet iuuant quantum iuuarent si pro eo solo candela accenderetur uel lectio legeretur. Sed respondet Ric. q hec exempla non ualent quia lumen candele & uox doctoris se cōicant p nature necessitatē Suffragia autem cōicantur per suffragantis intentionem. Tertiū dubium erat utꝝ defunctis psint suffragia facta a uiuis exn̄tibus in peccato mortali. Et r̄ndet Ric. Quod malus faciens aliqua bona opera pro defunctis. aut facit ea sicut auctor. aut sicut minister. Primo modo illa non prosunt defūctis etiam si ea faciat mediāte bono ministro nisi aliquādo per accidens inquantū pauperes sācti pro elemosinis receptis ab illo malo excitantur ad orandum p illis defunctis pro quibus ille malus homo elemosinas eis dedit. Si autē facit ea ut minister distinguendū est quia aut facit ea ut minister publicus dei & ecclesie ut sacerdos qui celebrat missam uel exequias mortuorū aut facit ea ut minister alicuius priuate persone. Primo modo dico q prosunt defunctis quia malitia ministri non tollit efficaciam sacramenti. Si aūt facit ea minister priuate persone aut illa persona quādo sibi precepit tale opus fieri & quādo factū est erat in caritate aut non. Primo modo dico q prosunt defunctis pro quibus fiunt. Et siue ille qui mandauit fieri migrauerit de hac uita siue n̄ qa hoc opus principaliter ipsius ē qui hoc fieri mādauit Si uero erat in peccato mortali aut hoc erat quādo mādauit fieri

aut quando opus executioni mandatum est. Si primo modo dico ꝙ illa opera ñ prosunt defunctis pro quibus fiunt ꝗuis sit in caritate pro illo tempore quo suũ mandatum executioni demandatur nisi tũc illud iterum fieri demandetur aut demandationem factam de nouo acceptet qa opus ipsius nõ est nisi inq̃tũ illud fieri demãdat uel acceptat. Si aũt erat in peccato mortali qñ demãdatur opus bonum executioni qui erat in caritate quando precepit fieri. dico ꝙ tunc opera prosunt defunctis pro quibus fiunt maxime qa sũt a precipiente ratione illius actus uoluntatis quam habuit quando ea fieri precepit. Verũ tamen cum nemo sciat utrũ odio an amore dignus sit ñ debent homines retrahi a cõcicatione suffragiorũ erga defunctos & potissimum tenere unusq̄sq; firmiter debet ꝙ semper ualet missa & alia bona que facit hõ ut minister ecclesie. Supradicte itaq; sunt pietatis partes quam debẽt uiui mortuis exhibere. Sed si quis posset ad purgatoriũ usq; descendere audiret profecto clamantes & eiulantes ꝗplurimos ac uoce querela lamentantes Audirentur qdẽ patres & matres. d. O filii igrati quibus bona nostra dimisimus succurrite nobis Audirentur uiri suas uxores uocantes. O uxores impie in quibus confidentiam habentes diuitias nostras uobis dimisimus subuenite miseris & nos adiuuate ut eruamur ab his atrocissimis penis. Audirentur & alii clamantes. O commissarii. O executores testamentorum nostrorũ expedite fideliter que uobis commisimus. Multi nanq; sunt & quasi innumerabiles qui citius a purgatorio liberarent̃ si uiuentes illos iuuarent Idcirco procurẽt omnes benigne & caritatiue orare pro defũctis aliaq; pietatis opa illis impendere ut sic mereamur in hoc seculo dei obtinere gratiam & ĩ futuro sempiternã gloriã. Amen.

Feria secũda quarte ebdomade in q̃dragesĩa de purgatorio & atrocissimis penis quibus puniũt aĩe illorũ q ñ satisfecerũt ĩ hac uita de peccatis suis. Sermo. xlvii.

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Scribuntur hec uerba Ioh. ii. c. & in euangelio hodierno. Rara fides inuenitur in hominibus huius mundi qui cum sepe blandiant̃ multũ amicis eorũq; se fateantur beniuolos adueniente tamen necessitate aduersitateq; ingruente deficiunt. propterea saluator noster qui preuidebat se tempore passionis sue ab oĩbus derelinquendũ non credebat semetipm eis q crededideraut ĩ noĩe eius ꝓpter signa que faciebat. Quo exẽplo edocemur ut & nos dũ possumus dũ uiuimus

2 lo

dum facultas adest aie nostre salutē accuratissime ꝓcuremus. Neq̄ fidendum ē multum in parentibus aut filiis in uiris aut uxoribus ī domesticis uel amicis qm̄ ut dictū est in ꝑcedēti sermōe cōsueuerūt tales caros suos defunctos tradere obliuioni. Et qm̄ pleriq̄ pniam negligunt de suis peccatis in hac uita implere extimantes mitissimam satisq̄ leuē penam esse & qn̄q̄ nullam penā .s. purgatorii Idcirco ī presenti sermone de ipso purgatorio erimus locuturi de quo tria misteria erūt declarāda. Primū dicit̄ ueritatis. Scd̄m penalitatis Tertiū iocunditatis.

De ueritate & loco purgatorii & de istis qui post hanc uitā anteq̄ euolēt indigent purgari. Cap. primum.

Rimum mysterium declarādū de purgatorio dicit̄ ueritas in quo tria sunt dubia absoluenda. Primum utrum sit po/nere penam purgatoriā post hāc uitam. Scd̄m utrum aliquis locus sit ꝓprius ad purgandum aīas deputatus. Tertium qui sunt hi qui uadunt in purgatoriū. Ad primū dubiū r̄ndet Boñ. di xx. quarti Quod sicut dicit scriptura & auctoritates sanctoꝝ & plures reue/latiōes & rōnes cōcordāt & ecclesia uniuersalis cōfirmat que orat ꝓ exñtibus ī purgatorio absq̄ dubio post hanc uitam est ponere penam purgatoriam. Et hoc colligit̄ ex uerbo xp̄i di. Math. xii. Qui dixerit uerbum contra spiritū sanctū nō remittet̄ ei neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. In q̄ snīa datur intelligi q̄sdam culpas in hoc seculo quasdā in futuro posse relaxari. Ideo Greg. xxv. di. c. Qualis ait. Qualis hinc quisq̄ egreditur talis ī iudicio pñtat̄. Sed tñ de qbusdā culpis esse añ iudiciū purgatorius ignis credēdus est pro eo qd̄ ueritas dicit. quia si qs in spiritū sanctū blasphemiam dixerit neq̄ in hoc seculo remittetur ei neq̄ in futuro. Et Math. v. Esto consentiens aduersario tuo cito .i. scindere si murmurāti in malo aut angelo ad oppositum decertāti dum es in uia cū eo ne forte tradat te aduersarius tuus iudici. ideo & iudex tradat mīstro .i. āgelo & ī carcerē mittaris .i. in purgatoriū ꝑ angelū deducaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum q̄drātem. hoc idem de carcere huiusmundi non potest intelligi eo ꝙ nec ibi ponunt̄ oēs tales nec de carcere infernali quia ibi nūq̄ soluit̄ no/uissimus q̄drās debite pene sed de carcere purgatorii habet ītelligi qa de illo exibit qs qñ soluerit nouissimum q̄drātē. Et adhuc ē in ꝓmptu rō q̄re sit ponēda pena purgatoria. Nā ut dicit Augu. & ponit̄ a magistro ī littera. aut hō pūit. aut deus pūit. Sed frequēter

aliq͂ cõuertũť in fine q̃ ñ puniũť in pñti. ergo necesse ẽ ꝙ puniant a deo sed ñ ĩ igne infernali siue eterno. ergo igne purgatorio. Itẽ si nõ esset pena purgatoria post hanc uitã ergo qui ꝑdurat ĩ culpa usq͂ ad mortem cũ nullã sustinuerit penã reportat de malitia sua cõmodũ qđ ẽ falsũ. Et si ꝙs obiceret ꝙ ꝓnior ẽ deus ad miserendũ q̃ ad cõdẽnandũ. Sed decedẽtẽ in mortali peccato statim cõdẽnat ergo decedẽti in caritate stati glorificat. Itẽ potẽtior ẽ caritas ad eleuandũ q̃ sit mortalis culpa ad deꝑmendũ. Sed culpa mortalis statĩ demergit in abyssũ. ergo caritas statim eleuat in celũ. ergo ñ ẽ ponere post mortẽ aliqđ suppliciũ. Itẽ status post mortẽ rñdet statui q̇ ẽ in uia. Sed in uia nõ ẽ nisi duplex status. s. bonorum & maloꝝ ergo similiter post mortẽ. Ergo aĩa a corpore recedẽs uel ẽ in ꝑadiso cũ bonis uel ẽ in inferno cũ malis. Rñdet Boñ. ad ꝑmũ ꝙ nõ ẽ simile glorificare decedẽtẽ in caritate stati sicut cõdẽnare decedẽtẽ ĩ mortali. qm̃ iste q̇ in mortali ẽ nihil habet qđ sit dignũ uita. Et iõ sũme ẽ dispositus ad dãnationẽ eternam & ꝓpter hoc statim dãnať iusta retributione. Sed ille q̇ ẽ in caritate cũ caritas simul stet cũ ueniali culpa & reatu pene potest in se habere aliqd dignũ pena Et q̄a gloria ñ põt simul stare cũ pena scđm Foꝝ cõe necesse est ꝑus debitũ illud solui ꝑ penã purgatoriã. Ad scđm dicit Boñ. ꝙ põdus caritatis habet in se aliqđ retardãs ut culpam aliq̃m ꝑuulã uel reatũ. Sed põdus pettati nihil habet eleuãs uel retardãs Iõ nõ ẽ simile de ascensu peccati. Ad tertiũ uero dicendũ ꝙ licet duplex ẽ status ꝑncipalis. s. bonoꝝ & maloꝝ tñ qui habet iustitiã ĩ duplici ẽ diferẽtia. Aue. n. ẽ in statu ꝑfectoꝝ ꝑfectione cõpleta Et talis nõ habet cremabilia nec aliq̃ debita. Et huic statui debeť uita eterna. Alii sũt ĩ statu ĩ ꝑfectoꝝ & hi hñt cremabilia ut plu/ rimum & etiam debita. Iõ oportet ꝑmũ debita solui & cremabilia cremari q̃ introducanť in patriã. Et hi purgãť pena purgatoria. Similiter carentes iustitia in duplici sũt difererẽtia. Quidã sũt in statu ꝑuuloꝝ & hi carent iustitia originali. Et his cõpetit status in limbo sñ pena sẽsibili. Aliq̇ sũt in statu adultoꝝ q̇ carẽt iustitia ꝑsonali siue gratuita ꝑ ꝓp͂ã culpã. Et talibus cõpetit status ĩfer: nalis. Et sic patet ꝙ ratio illa nõ ualet. Posset etiam dici ꝙ pena purgatoria ñ dicit statũ sed magis trãsitũ de statu ad statũ. Scđm dubiũ absoluẽdũ erat utꝝ ad purgationẽ aĩaꝝ sit aliq̇s locus spe/ cialiter deputatus Et rñdet Ric. di. xxi. q̄rti Quod ĩ inferno sũt q̄tuor loca se hñtia scđm supius & ĩferius. In loco maxĩe ĩfimo sũt

dãnati ꝑ peccato actuali In illo q̄ ē imediate supra illú sút dãnati ꝑ solo peccato originali In loco q̄ cõsequēter ē supra illú sunt aíe que purgãtur quia ibi de lege cõi purgãt̃ q̄uis aliq̄ alibi purgēt̃ ex aliq̄ cã speciali. s. uel ut uiuētibus aliqd nũtiēt uel ut suffragia ꝑ se impetrēt & ut patiẽdo ubi peccauerunt dei iustitiã aliquibus sēsibilibus manifestēt. In quarto loco nõ sút alique aíe sed añ xp̄i aduētú ibi erant aíe sanctoꝝ patꝝ que pniam suã in purgatorio expleuerant. Et ille que recedētes a corpe nihil purgabile porta/uere. Locus aũt p̄fatus dicebat̃ sinus Abrahe qa Abrahã p̄mus ab infidelibus se sepauit & fidei signaculú distinctiuú accepit. Iõ locus requi que debet̃ aíe ꝑpter fidē caritate formatã sinus Abrahe est dictus. Vgo tñ li. ii. de sacramētis pte. xv. c. vii. Negare uidetur aliquē unú locú determiatú eē purgatiõi aíaꝝ dicēs ꝓbabilius eē ut in his potissimú locis singule penã sustinere credant̃ in quibus culpã cõmiserunt sicut multis sepe documētis ꝓbatú ē. Alia uero si que sút haꝝ penaꝝ loca nõ facile assignari Sed snía ista Vgõis ñ acceptat̃ a doctoribus nisi ītelligat̃ ut di. Boñ. scd̃m dispēsatione dinã & nõ scd̃m cõem legē qa imꝓbabile ē ut oẽs aíe que parisius peccauerunt parasius puniãt̃. Iõ scd̃m legē cõem credendú ē qui sicut limbus fuit īferius sic & locus purgatorius q̄ locus pars inferni credit̃. a q̄busdã ꝑpter illud uerbú Greg. in. iiii. dial. Sub eodem igne electus purgatur & damnatus crematur. Tertiú dubiú erat absoluẽdú. Qui sút q̄ uadút ad purgatoriú. Et dicere possumus scd̃m doctores q̄ sút tria hoím genera. Primi q̄dē sút q̄ cú uẽiali/bus moriunt̃ Nam sicut dicit magister sup illo uerbo. i. cor. iii. c. Si q̄s sup hedificat sup fúdamētú hoc auꝝ argentú lapides p̄ciosos ligna fenú stipulã uniuscuiusq̄ opus manifestum erit Dies. n. dñi declarabit qa in igne reuelabitur & uniuscuiusq̄ opus q̄le sit ignis ꝓbabit. Per lignú fenú & stipulã intelligút uenialia peccata per similitudinē q̄dam qa uenialia in eodē subiecto cú caritate existētia pñt p igne purgatorii & spũalē ignē caritatis & dilectiõis cõsumi sicut lignú fenú stipulãq̄ cõsumút̃ p ignē Et quia tardius cõsúit̃ lignú q̄ fenú & fenú q̄ stipula. iõ p lignú significant̃ uẽialia gra/uiora. p fenú media. p stipulã minora. Scđi q̄ uadút in purgatoriú sunt q̄ pētentiam añ obitú suú nõ egerút sicut cõtingit his q̄ absq̄ cõfessione moriút̃ cõtriti. Tertii sunt hi q̄ iniúctam sibi pniam nõ cõpleuerút. Nam pnía in cõfessione a sacerdote iniúcta. aut est maior. aut eq̄lis. aut minor. Si aút ē maior túc id q̄d hõ plus fecerit

cũ morit̃ in augmẽtũ sue glorie cedit. Si ẽ eq̃lis tũc sufficit totius pene dimissionẽ. Si aũt fuerit mĩor tũc idq̃d residuũ ẽ ex uirtute diuine iustitie ĩ purgatorio emẽdat̃ ne aliquod peccatũ remaneat impunitum.

De uolũtate illoꝝ q patiũt̃ ĩ purgatorio & de grauitate penaꝝ & de mistro ꝑ quẽ deus ĩfligit penas illas. Cap.ii.

Scd'm mysteriũ ꝑncipale de purgatorio declarãdum dicitur penalitatis. in quo tria dubia sũt apienda uidelicet. Primum utꝝ pena illa sit uolũtaria. Secũdũ utꝝ sit maxima oĩm penarum tẽporaliũ. Tertiũ utꝝ ꝑ misteriũ demonum infligat̃. Ad primum dubiũ rñdet Boñ. Quod aliq̃ pena tripliciter dicit̃ uolũtaria. Vno modo quia assumit̃ a uolũtate ĩpante sicut ẽ pnĩalis pena Alio mõ quia sustinet̃ a uolũtate acceptãte sicut ẽ pena martyrũ qa adeo placet ꝙ ea liberari ñ uellẽt Tertio mõ ẽ quedã pena que acceptatur & sustinet̃ a uoluntate celerãte utputa pena que ẽ cũ patia ita ꝙ eius oppositũ ẽ ĩ desiderio sicut cũ amãs & desiderãs sanitatẽ infirmatur sustinet qdẽ infirmitatẽ tãq̃ penam diuinitus inflictã attñ a ea liberari ꝓcurat. Et illud mĩme habet rõnem uolũtarii. hoc mõ ẽ uoluntaria pena purgatoria in uiris iustis qui uolũtarie eã sustinent & desiderant uehemẽter ad patriam ꝑueire & ab aliis sibi auxiliũ ꝑberi. Scd'm dubiũ uidẽdũ erat utꝝ pena purgatoria sit maxĩa oĩm penarum tẽporalium. Et secũdũ doc. rñdetur ꝙ sic Et ꝓbatur tripliciter. Primo auctoritate. Secundo rõne. Tertio exẽplo. Primo ꝓbatur auctoritate. In qt. ii. Aug. de. pe. di. ii. c. Vltimo. Et. di. xxv. c. Qui in aliud seculum. Qui in aliud seculũ distulit fructũ conuersiõis purgandus ẽ igne purgatiõis. hic eceni ignis & si non sit eternus miro tñ mõ grauis ẽ. Excellit. n. omnem penã q̃ nunq̃ passus ẽ aliquis in hac uita Nunq̃ in carne tanta est inuenta pena tẽporalis. Secundo ꝓbatur rõne. Et secundũ Boñ. põt sumi rõ ex dĩna iustitia eo ꝙ deus iustus penam non acceptat secundũ ꝙ punitiua tñ sed secundũ ꝙ plus ẽ in ea rõ ordinis recti scd'm hoc ergo ẽ ĩtelligẽdũ ꝙ ẽ pẽa sũpta & pena ĩflicta. In pena sumpta nõ tantũ placet deo ordinatio pene ad culpã sed ordo & rectitudo que est in uoluntate assumẽte. In pena ĩflicta placet ordinatio pene ad culpam Quoniã ergo pena pniũ in ꝑsenti plus est. pena morientiũ ẽ inflicta in purgatorio ꝓ eo ꝙ iam nõ ẽ tps agendi sed recipiendi. Iõ modica pena in presenti plus satisfaciat & magis est de ea contenta dĩna iustitia q̃m de magna in futuro.

Ric. uero sumit rōnē ex cā ipsius pene. Nam pena cāt dupliciter .s. ex absentia boni amati & presētis mali oditi. Et utroq3 mō pena purgatorii maior. est q̄libet pena tēporali. Aīe. n. in purgatorio qa motus eaꝝ nō retardat mole corporis uehemētissime desiderāt cū deo pfecta fūctione cōiūgi. Et iō ex huius coniūctiōis absētia uehementissime affliguntur maxime cū uideant tempus aduenisse quo cū deo pfecte essent coniuncte si dū erāt in corporibus penā suis peccatis debitam psoluissēt. Similiter ignis affligens animam in purgatorio magis ē actiuus igne nostro qui tamē īter alia elemēta maxime ē afflictiuus. Iō pena purgatorii lōge grauior ē q̄m alia pena in hoc mundo. Qualiter aūt aīa patit ab illo igne declaratū ē in p̄cedētibus sermone. s. xiiii. huius opis. Tertio pbat grauitas pene purgatorii exemplo Habet nanq3 in legenda sancti Greg. Qui post q̄ orauit p Traiano apparuit ei angelus & dixit Quia p damnato rogasti duorum tibi datur optio. Aut. n. in purgatorio duobus diebus cruciaberis aut certe toto tēpore uite tue fagitabe/ris doloribus & infirmitatibus. Qui p̄elegit toto tempore uite sue doloribus concuti potius q̄m duobus diebus in purgatorio cruciari Vnde factum est quod semper deinceps aut febribus laborauit aut podagre molestia p̄ssus fuit aut ualidis doloribus cōq̄ssatus aut dolore stomachi miserabiliter cruciatus. Vñ in quadam epistola sic oloqt. d. Tāte podagre tantisq3 doloribus p̄mor ut uita mea mihi grauissima pena sit Quottidie. n. i dolore deficio & mortis reme/diū expectando suspiro. Tertiū dubiū ppositū fuit. utrum pena purgatorii p ministeriū demonū infligat. Et quibusdam uidet q sic eo q in scriptura aut uix aut nūq̄ legit q bonus angelus bonos uexauerit sed uexatio bonoꝝ solū a malis fuit. sicut exēplū habet de Iob & de Antonio & de aliis sanctis & amicis dei. Mali uero sūt uexati a bonis & a malis. Et rō uidetur esse scd̄m eos. qa q uexat alteꝝ & affligit q̄dāmodo odiū habet. Diabolos aūt odit bonos & malos ob suā crudelitatē iō utrosq3 affligit cū sibi pmittitur. boni uero non odiūt nisi malos. & iō illos solos affligūt sicut afflixerunt soditas & egyptios. Sed opinio ista stare nō pōt qa nō decet illū qui iuste de aliquo triūphauit postea puniri p ipsum. Sed anime que sūt in purgatorio adherendo iustitie uicerūt diabolū. Ergo ñ esset couēiēs ut punirēt demonū ministerio. ppterea alii dixerūt q pena purgatorii infligit angeloꝝ ministerio. Sed hoc nō uidet pbabile q tam grauiter affligant & puniāt conciues suos nec hoc

defacili p scriptură posset pbari. Ideo dicendú scd̄m Ric. & Boñ. Quod quis boni angeli & mali assistăt morientibus boni ad adiuuandú mali ad nocendú si pñt. tñ in loco penali ipsius purgatorii ñ puniút aíe ministerio demonú nec ministerio bonoꝝ angeloꝝ sed sola diuina iustitia igné purgatoriú sicut instrumentú aplicăte ad punitioné eaꝝ.

De iocunditate quă habent exñtes in purgatorio tú ꝓpter certitudiné de sua salute tum ꝓpter confirmationé in gratia tú ꝓpter auxiliú uiuoꝝ. Cap. iii.

Ertiú mysteriú declarandú de purgatorio dicté iocúditatis Nă íter acerbitaté penaꝝ sentiút aíe in purgatorio exñtes multam iocunditatem maxime propter tria. Primo propter certificationem. Secundo propter subuentionem. Tertio propter sanctorum affectionem. Primo gaudent anime in purgatorio propter certificationem quia iam certificate sunt de gloria & btitudine ad quă debent puenire. Notandú tñ scd̄m Boñ. in. iiii. di. xx. Quod aíe ille maiorem certitudiné habent q̄ ille que in uia sút sicut hébăt anime que erant in limbo. Et illa certitudo media é inter certitudiné patrie & certitudiné uie. In patria é certitudo tétiōis euacuans exspectationé & timoré. In uia aút é certitudo expectationis mixta timori qa qlibet labi potest dum é uiator In purgatorio uero é medio modo. s. certitudo expectatiōis qa ñdú obtinuit. Sed é euacuatio timoris ꝓpter liberi arbitrii cófirmationé qa oío fit ꝙ deinceps peccare non pót. Nă cófirmati sunt in gratia nec ualent malum uelle nec dú agetur. quod etis accedit ad letitiă & iocunditatem. ꝓpterea Sapientie. iii. dicit. Spes illorum immortalitate plena est Nec acceptanda é quoꝝdă opinio eorum qui dñt ꝙ ꝑ acerbitate penaꝝ ita absorbet spús ut ubi sit ignoret & ex hoc dubitet utꝝ sit in inferno uel in purgatorio aut extra sicut cú anima ex dulcedine cótéplatiōis rapit extra se ut nesciat utꝝ in corpore an extra corpus hoc uideat sic suo modo dñt í péis se habere. Sed certe hoc uidet nó posse róbiliter sustineri qa & si spiritus carni cóiunctus possit ab huiusmodi penis adeo absorberi ut usú rationis amittat spús tamé sepatus qui immortalis é ñ uidet adeo absorberi cú fortior sit ad sustinédú magnă penam in se q̄m in corpore paruă. Et contra dictă opinioné faciút exempla que Greg. ponit in. iiii. dialogoꝝ li. Vbi dicit. ꝙ quidă í purgatorio existentes in grauibus penis petierunt adiutoriú pro liberatione

ergo sciebant se aliquãdo liberandos. Insuper in omelia de diuite & Lazaro dicit. Quod damnati supra se electos cõsiderant usq; ĩ diẽ iudicii Si ergo pena illa infernalis improportionabiliter grauior ẽ q̃ purgatoria. Et illa nõ absorbet rõnis usũ dãnatis q̃ sũt oppssi uerme desperatione & culpa. quãtomagis necista pena absorbebit spũs iustoꝝ qui fortificati sũt bona cõsciã & spe & diuina gratia. Scđo gaudẽt anime exñtes in purgatorio ꝑpter subuentionem. q̃n subueñt eis per suffragia uiuoꝝ de quibus diximus in sermone pcedenti. Innotescit aũt eis pdicta subuentio q̃drupliciter. Primo dĩna ĩspiratione. Scđo angelica reuelatione ut dicit. xiii. q. ii. c. Fatendũ. Tertio morientiũ nouit intimatione. Quarto expꝰtẽtie cognitione quia per suffragia que ipendũt eis expꝰiũt sibi diminui penam. Conueniẽs nãq; ẽ ut innotescat eis a qbus & que suffragia fiant ut cũ de purgatorio fuerint liberate & in gloriã angelorum assũpte gratias suffragatoribus suis ipendant ꝑ eis apud largissimũ miseratorem oĩm deum intercedentes. Nõ. n. possibile ẽ ut ingratitudo uel aliquod qđcũq; uitiũ locũ habeat in gloria sempiterna Tertio gaudent anime in purgatorio ꝑpter sanctoꝝ affectionẽ Supni qđẽ ciues orãt & rogant dñm Iesũ xp̃m ꝑ illis pximis suis quos cruciari cernũt. Scđm. n. Boñ. in. iiii. di. xlv. Duo inducũt sanctos orare ꝑ his qui in purgatorio sũt. Primũ ẽ coꝝ necessitas q̃ indigent ab aliis reuelari. Secũdũ ẽ dei uolũtas qui uult ꝙ unũ mẽbꝝ releuet aliud. Tertiũ addi potest. s. futura iocunditatis seu felicitatis. s. ut coꝝ gloria accñtalis augeatᷓ cũ uidẽat eos futuros cõciues suos. Vnde credendũ ẽ ꝙ angeli sancti sẽp uisitant eos & cõsolanẽ. ꝑpter que omnia ad prudẽtiã spectat dũ uiuimus in hoc seculo penam q̃m possumus ꝑ peccatis nostris exoluere Sin uero illam in purgatorio dolenter luemus. Vbi licet ꝑpter rõnes iam tactas aliq̃ letitia aderit nõ tamẽ tanta erit ut Boñ. ait quãta erit afflictio. Iõ sollicite cogitemus que uētura sunt & oculos apiamus in tempore opportuno. ut sic placemus deum quem offendimus ĩpetremusq; ab ipso hic gratiam & in futuro seculo sempiternam gloriam. Amen.

Feria tertia q̃rte ebdomade de iudicio curioso & temerario propter quod multi qui se iustos credunt peccatores sunt & & inimici altissimi dei. Sermo. xlix.

Olite iudicare secundum faciem sed iustũ iudicium iudicate. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Ioh. vii. c. & in

euangelio hodierno. Prebuit nobis saluberrimū documētū latius necessarii saluator noster dominus Iesus christus dū dixit uerba i themate nostro proposita qm̄ ob curiosū iudiciū multi q se bonos existimant sepenumero mali fiūt Scd̄m uero Alex. sniam in .iu. uolūie sūme duplex est iudiciū unum publicum & ordinatū. quod quidē est actus iusticie. aliud uero usurpatū & temerariū quo quis pximum suū iudicat uel reputat bonum aut malū. De hoc itaq; iudicio de quo locutus est xp̄s & nos i p̄sēti sermone dicemus i quo triplex iudiciū subdistinguemus declarandū. Primū dicit dubietatis. Scd̄m dicit ueritatis. Tertiū temeritatis.

Quod peccatū est iudicare in deteriorem ptem aliena facta que nobis dubia sunt & quare dubia sunt in meliorem ptem interpretanda. Cap. i.

Primū iudiciū usurpatū dicit dubietatis. Cū quis pximū suū ex operibus dubiis iudicat malum. Nam multa sūt opa que bn̄fieri possūt & male sicut ieiunare orare elemosinas facere audire missas uisitare ecclesias & similia i quibus si quis difinitiue iudicaret pximū talia malefacere utputa pter uanā gloriam aut aliquem alium malū finem peccaret p usurpatiōnē iudicii. Idcirco in his seruanda est regula que ponit in glo. Ro. xiiii. super illis uerbis. Qui non manducat manducantē nō iudicet. ubi dicit Dubia sunt in meliorem ptem interp̄tanda. Et q ita sit pbari pōt tripliciter. Primo auctoritate. Scd̄o rōne. Tertio exemplo. Primo probat auctoritate Vn̄. xxxiii. di. c. Habuisse. In rebus ambiguis absolutū non debet esse iudiciū. Et. xi. q. iii. in. c. Graue. Graue satis ē ut in re dubia certa det̄ snia. Et. xxx. q. v. c. Incerta. Incerta nullatenus iudicemus quousq; ueniat dn̄s qui latentia producat in lucē & illuiabit abscōdita tenebrarū & manifestabit cōsilia cordiū Ad hoc facit ibidem. c. Nullū. & c. Iudicantē. Et idem ponitur in glo. sup. c. Nauigāti de usur. & i. c. Ex literis de pbatōibus. Ad idem est illud dictum extra de reg. iuris. Estote inqt misericordes etc. hoc loco nihil aliud precipi existimo nisi ut ea facta que dubiū est quo aīo fiant in meliorem ptē interp̄temur. Scd̄o pbatur q dubia sūt in meliorem ptem interp̄tanda rōne. Et hoc tripliciter Primo pter diuinā maiestatē. Secūdo propter pximi caritatem Tertio propter ppam utilitatem. Primo pter dīnam maiestatem. Dubiorū. n. & secretorū iudiciū deus sibi reseruat qui dixit Hiere. xvii. Prauum est cor hominis & inscrutabile. quis

cognoscet illud? Ego dñs scrutãs cor & pbãs renes qui do unicuiq;
secundum uiã suam. Et.xxxii.di.c.Erubescant. Deus secretoꝝ
cognitor & iudex ẽ. Hinc ẽ ꝙ scribit.ii.q.i.c. Nomẽ pSbyteri.
Dine pietatis ptãti facere uiderer. iniuriam si illius iudicium meo
uellem iudicio pueñire. Et.xv.q.vi.c. Si ascendentibus. Nõ põt
humano condemnari examine quem deus suo reseruauit iudicio.
Scdã rõ ẽ ppter pxĩ caritatẽ. Sc̃dm.n. Tho.ii.ii.q.lxxxxvi.
Ex hoc ipso ꝙ aliqs habet malã opiõnẽ de aliquo absq; sufficiẽti
cã iniuriat ei & contemnit ipsum. Nullus aũt debet aliũ cõtẽnere
absq; cogente cã. Iõ ubi ñ apparent manifesta indicia de malitia
alicuius debemus ut bonum habere in meliorem partem iterpretãdo
quod dubiũ est. Et si diceret ꝙ iudiciũ debet esse magis de eo qđ
ut in pluribus accidit. Sed ut in pluribus accidit ut male agant qa
ut dicit ecclesiastes .i. Stultoꝝ infinitus est numerus. ergo dubia
magis debemus impetrari in malũ q̃ in bonũ. Rñdet Tho. ꝙ ille q
in meliorem ptẽ alioꝝ facta interpretat frequentius fallit. Sed
melius est ꝙ aliqs fallat bñs bonam fidem de aliquo hoĩe malo q̃m
rarius fallat bñs opinionẽ malam de aliquo bono quia ex hoc fit
iniuria alicui non aũt ex primo. Ideo Seneca li.iiii. de beneficiis
ait. Sanctius est prodesse etiam malis ppter bonos q̃ bonis deesse
propter malos. Iõ lex fauet ut patiat potius innocentem absolui
q̃ nocentem cõdemnari. ff. de penis. l. Absentẽ in pncipio Tertia
rõ est propter ppriam utilitatem quia sic homo euitat iudicium dei
secundũ illud Luc.vi. Nolite iudicare & ñ iudicabimini Notãdũ
tñ scd̃m Alex in ii. uolu. se sũme. Quod pximorũ nostroꝝ facta
dubia nobis possunt esse tripliciter. Primo ex ignorantia principii
Nam ut dicit extra de sen.excõ.c.Cum uoluntate. Volũtate ac
ppósito maleficia distĩguũt Iõ nescimus sepissime ex quo pncipio
procedant alioꝝ opa ppterea in talibus iudiciũ curiosum cauere
debemus. Scdo põt esse aliquod dubium ex ignorantia medii qa
multotiẽs mutat uoluntas Nã multi aliqua bona exercentes mala
intentione mutari põt & econuerso. Tertio potest aliqd eẽ dubiũ
ex ignorantia finis. Iõ dicit.xi.q.i.c. Sacerdotibus. Nescimus qs
in terribili dei iudicio qualis sit futurus. Etenim Paulus egregius
pdicator dicit. Nolite ante tempus iudicare quoadusq; ueñat dñs.
Tertio pbat ꝙ dubia sint in meliorẽ partẽ transferenda exẽplo
Legimus nanq; ꝙ sanctus frater Leo socius beati Francisci dum
infirmaretur in loco sancte Marie de Angelis uidit in uisione

multitudinem fratrꝝ pcessiõ aliter icedẽtiũ. Inter quos uidit unũ a cuius oculis radii pcedebant lucidissimi & querens ab uno illoꝝ qs esset ille cuius oculi ita splendebant audiuit ꝙ erat frater Berñ. de qintaualle primus socius beati Frañ. q semper de his que uidebat in aliis in melius iudicabat. Quando .n. uidebat aliquos male indutos dicebat. Isti melius seruiant paupertatem q̃m tu frater Berñ. Cum uero ispiciebat diuites pciosa indumẽta deferẽtes cordis cõpũctiõe dicebat forsan illi subuestibus delicatis humiliores sunt q̃ tu frater. Berñ. Ac p hũc mõm sẽp i dubiis bñ de aliis sẽtiebat his uero dictis uisio disparuit.

Quod ñ peccat qui mãifesta dãnat mala & iudicat & q̃liter pxioꝝ peccata ñ sũt curiose explorãda .Cap.ii.

Ecũdũ iudiciũ dicit̃ ueritatis. Ipm aũt est cũ qs de mãifestis aut uirtutibus aut uitiis pximi sui recte sẽtit. de quo Dauid in psal. ait. Recte iudicate filii hoim. Et Aris. i. ethi. Vnusquisq3 bñ iudicat que bñ cognoscit Et de reg. iuris. c. Estote misericor/des. Quod .n. scriptum est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos de mãifestis dictũ est que nõ pñt bono aio fieri ut stuprũ blasphẽie furta ebrietates & similia de quibus nobis pmittit̃ iudicare. Et. xi. q. iii. c. Si quis dixerit iniustũ iustũ & iustũ iniustũ uterq3 abho/minabilis ẽ apud deũ. Et ibidẽ iii. c. Si qs hoiẽ & iii. c. Vhe uobis inducit̃ illud Isaie. v. Vhe uobis qui dicitis bonum malũ & malũ bonum ponentes lucem tenebras & tenebras lucem. Verũtñ aliud est aliena facta subtiliter & curiose inqrere & iuestigare. Aliud eo ꝙ manifesta sunt & mala illa condemnare. Primum uitium est & rephensibile. pptera Berñ. ait. Noli esse aliene uite aut temera/rius iudex aut curiosus explorator. Scd'm uero & si non sit malũ tñ ita faciendũ est ut pximo peccatori cuius peccata sũt mãifesta cõpassio habeat̃. Nam multi repiũt̃ qui magis aliena facta q̃ sua iudicare contẽdũt. De qbus dicit Seneca li. ii. de ira. Aliena uitia añ oculos habemus a tergo nostra. Et Marcialis cecus. Ad fratris culpam aquile tu lumĩa portas. & Chrysosti. in li. de cõpũctione In alienis dictis seueri & amarissimi iudices residemus nostras autẽ trabes oculis infixas pprius non uidemus Sed ut inquit Tullius li. iii. q. Tusculana. Proprie stultitie est alioꝝ uitia cernere suorum obliuisci. Iõ saluator noster Math. vii. c. ait. Quid uides festucã in oculo fratris tui & trabẽ in oculo tuo non uides? Aut quõ dicis fratri tuo Sine eiciã festucam de oculo tuo Et ecce trabes est in

oculo tuo? Hypocrita. Eiice pmū trabē de oculo tuo tūc uidebis eiicere festucam de oculo fratris tui. Ex hoc usitatū puerbiū est. Tollere festucam si uis de fratris ocello. Que tua conturbat lumina tolle trabem. Et greg. in mor. dicit illud quod ponit. iii. q. vii. c. Qui sine peccato. Qui sine peccato est uestrū primus in illā lapidē mittat. Ad aliena quippe peccata punienda ibāt & sua reliquerāt. Reuocentur itaq intus ad cōsciam ut prius ppria corrigāt & tūc aliena rephendāt. Et ad hoc ppositū illud qđ scribit. iii. q. vii. c. Iudicet. Et. c. In grauibus. Et. c. Postulatus. Et. c. Sacerdos. Solent aūt hoc uitio multum infici laici & seculares qui subtiliter pscrutari querunt sacerdotū & religiosorū uitam. Et si peccatum aliquod ueniale in eis uiderint damnant illos spernunt doctrinam contēnūt ipsoꝝ officia & orōnes reputāt ipsos malos ac apto ore ubiq crudeliter detrahunt nec cogitant quot impietatibus ipsi sūt iuoluti quot piuriis blasphemiis usuris furtis rapinis fornicatiōibus adulteriis sodomiis atq similibus. Pro quibus. i. q. i. in. c. Multi. Greg. ait. Multi seculariū hominū cū plus sacerdotū uitā q̄ suam discutiūt in magnū contētiōis diuinoꝝ sacramentoꝝ crimē icurrūt. Magna. n. trabe uulneratos oculos hn̄tes eāq negligentes festucā tenuem in alioꝝ oculis cōspiciūt quā dū incaute auellere festināt in erroris foueam dilabūt. hec ille. Idcirco salubre est documentū fructuosumq ut quilibet suis defectibus se accuset & humiliet nō aūt alioꝝ peccata psumptuose preiudicet Vn̄ beatus Fran. dixit in regula de fratribus suis. Quos moneo & exhortor ne despiciant neq iudicēt homines quos uiderint mollibus uestimētis & coloratis indutos uti cibis & potibus delicatis. sed magis unusqsq iudicet & despiciat semetipsū.

Quod temerariū ē iudicare de pxio malū p quodcūq signū nisi esset signū uiolentū. Cap. iii.

Ertiū iuditiū quo quis alium iudicat dicitur temeritatis. Et est cum quis male sentit de proximo suo diffinitiue propter aliquod indeficiens signum suspitionis de quo fit mētio. ii. q. i. c. Multi. Et. xi. q. c. Temerariū. Notandum tamen scđm Alex. q triplex est suspitio secūdū quam quis potest malum de pximo suo psumere. Prima dicit uiolenta. Secunda leuis. Tertia temeraria. Prima dicitur uiolenta suspitio. s. cum apparēt omnia signa mali & nulla boni ue si adulter habitaret cum adultera de quibus & si n̄ uideat quid faciant tn̄ propter huiusmodi signū cohitatiōis illos

iudicare nõ est peccatũ propter talia iudicauit Salomon de filio
illius meretricis ꝙ alia meretrix illa dormiente abstulisset de quibus
dicit .iii. Regum .iii. Et extra de psumpti .c. Afferte. Nam cum
dixisset Salomon. Afferte mihi gladium & diuidite infantem uiuũ
& date dimidiã partẽ uni & dimidiã alteri quod nõ dixit diffiniẽdo
sed potius temptando & inquirendo ueritatem ut dicit glosa super
dicto .c. Afferte Clamauit mulier cuius filius erat uiuus ad regem
commota sunt quippe uiscera eius super filio suo. Obsecro domine
date illi infantẽ uiuũ & nõ occidatur econuerso illa dicebat. Nec
mihi nec tibi sed diuidat̃. rñdit Rex & ait. Date huic infantem
uiuum & nõ occidatur hec est enim mater eius. Secunda suspitio
dicitur leuis quando sunt leuia signa mali & fortia ac plura boni
ut si mulier loquatur cum aliquo uiro religioso honeste & in loco
honesto ac condecẽti & similia. Et sic iudicare malum peccatũ est.
Sciendũ tamẽ secũdũ Tho. ubi supra. Quod aliud ẽ ex huiusmõi
signis dubitare de malo proximi. aliud illud affirmare. Primum ad
humanã temptationẽ pertinet sine qua non ducitur ista uita sc̃dm
illud apostoli .i. cor. x. Temptatio non app̃hendat uos nisi hũana
Affirmare uero & existimare pro his signis malũ de proximo suo
peccatũ est. Vnde Augustinus sup illud .i. cor. iiii. Nolite añ tps
etc. ait. Et si suspitiones uitare non possumus quia homines sumus
iudicia tñ .i. diffinitiuas sententias continere debemus. Notandum
adhuc sc̃dm prefatum doctorẽ. ꝙ suspitio de malo alterius potest
tripliciter prouenire. Primo ex longa experientia. Vnde Aris. ii.
li. ethi. dicit. Quod senes sunt maxime suspitiosi eo ꝙ multotiẽs sũt
experti aliorum defectus. Senes inquit cacoges sũt. Est enĩ cacogia
in deterius existimare omnia. Secundo prouenit talis suspitio mali
ex eo ꝙ aliquis male afficitur ad alterum Cum .n. quis alium cõtẽnit
uel odit facile opinatur malũ de ipso. quia unusquisq̃ facile credit
quod appetit. Tertio prouenit suspitio mali ex hoc ꝙ aliq̃s in se
ipso malus est ex quo conscius sue malitie faciliter malũ de aliis
oppinatur. propterea sapiens ecclesiastes .x. c. ait Stultus in uia
sua ambulãs cũ ipse sit insipiens omnes stultos existimat. & Seneca
in li. de moribus hoc habet oĩs affectus ut ĩ quo ipse ĩsanit ceteros
putet insanire. Tertia suspitio dicitur temeraria cũ quis oĩa bona ĩ
malam partem trahit. Vnde Chrysostimus ĩ quodam sermone ait
Sunt quidam peruersi qui de omnibus male iudicant. Debent .n.
si q̃s studet humilitati uacat hypocrita est. Si recreationi gulosus

ē. si societati secularis ē. si simplicitati fatuus est. si aliorum correctioni presumptuosus est. si silentio & paci simulator est. hec ille. Quis ergo explicet q̃ multos lucretur diabolus propter temeraria & presumptuosa iudicia In quibus tanto maius periculum imminet quanto minoris culpe esse creduntur. Euitemus itaq; illa quantum possumus. ut sic uere penitentiam agentes assequamur hoc in seculo dei gratiā & in futuro sempiternā gloriā ī qua uiuit gloriosus deus per īfinita secula seculorum. Amen.

Feria quarta q̃rte ebdomade in q̃dragesima de sacratissimis indulgentiis & relaxationibus quas fecit ecclesia ī remissionē pene peccatorum. Sermo. I.

Erit nox quando nemo potest operari. Redemptoris nostri uerba sunt ista originaliter Ioh. ix. c. & in euangelio hodierno Ostensum ē ī superiori sermone q̃ grauis erit q̃ue timēda purgatoria pena que seruatͤ his qui in hac uita pro suis peccatis satisfacere negligunt. Et quoniam pleriq; excusare se possent. d. uires autem tempus illis ad satisfaciendum non sufficere. Idcirco clementissime prouidit dominus Iesus christus concedens thesaurū ecclesie ministris suis pro loco & tempore peccatoribus dispensādū Fiunt nanq; in ecclesia per prelatos & superiores relaxationes & indulgentie in quibus qui faciunt quod debent peccetorum suorū remissionem lucrantur. Vt autem hoc clarius intelligatur statui hodierna die de īdulgētiis uerba facere ut pēitētes peccatores īntelligētes illarum uirtutē īuigilēt cū studio eas acqrere ñ expectātes noctem mortis & purgatorie pene quando amplius non poterunt operari. De ipsis ergo indulgētiis tria mysteria principalia proponimus declaranda. Primum dicitͤ diffinitio. Secundum concessio. Tertiū fructificatio.

Quid sit indulgentia & qualiter prodest in foro dei ad diminutionem pene purgatorie & de clauibus a christo collatis sacerdotibus. .Cap. I.

Primum mysteriū de indulgentiis declarandū dicitͤ diffinitio in quo quid sit indulgentia uideamus. Et respondet Frañ. de Marone in tractatu de indulgentiis. Quod indulgentia ē remissio peccatorum. Quod intelligendum est de remissione pene tēporalis ad quam peccator remāet obligatus post remissionē culpe & pene eterne. Ipsa nanq; pena & culpa eterna remitturͤ in contritione cū peccator iustificatur. Et quia ut tactū est sermone. vii. huius

operis c.i. Licet in baptismo omnis pena que ꝑ peccato debetur penitus relaxetur merito passionis xpi tamen cum homo peccata iterat reddit se indignum tāto beneficio. Ideo in contritione nisi esset multum feruentissima non remittit̄ et tota pena sed minorat̄ ut dicit magister sen. di. xix. iii. quantum decet & expedit salua diuina iustitia Remanet itaq; ut in pluribus obligatus peccator & temporaliter satisfaciendum penamq; temporalem exoluendā hāc uero taxare habet sacerdos in confessione qui ut dictū ē ī sermōe pro arbitrio penitentias potest iniungere. Et quia raro contingit ut quis totam penam temperalem debitā excipe possit & adsplere ideo qui eam in hac uita ñ soluunt ī purgatorio acriter puniētur Sed cum quis facit illud pro quo indulgentie conceduntur a dicta pena liberatur plus & minus secundum indulgentie qualitatem. Notandum tamen secundum Ric. & Boñ. di. xx. quarti Quod fuerunt quidam qui uoluerunt distinguere forum dei & forū ecclesie Et hi dixerūt īdulgētias ualere q̄tū ad foꝝ ecclesie ñ q̄tū ad forū dei. Ratio aūt ipsoꝝ erat quia nullus inferior pōt absoluere a pena ad quam ligat superior. Sed deus remitteudo culpā ligat ad aliquā penam temporalem ergo uidetur ꝙ nullus possit de illa aliquid dimittere. Et propterea dicunt indulgentias ualere ī foro ecclesie remittendo penas taxatas a iure uel a iudice non tñ aliqd remittendo a pena taxata a deo. Veruntamen ista opinio satis impia est & contraria ratiōi qa si sic esset tunc ecclesia absoluendo a penis satisfactoriis transmitteret ad penas purgatorii & ad grauiora supplicia. Iō sīpliciter dicēdū est ꝙ relaxatio satisfactiōis que fit in indulgentiis ualet etiam in foro dei quia deus habet pro condonato quod sic condonatur. Modus autem intelligendi q̄liter fieri possit talis est presupponendum nāq; est ꝙ bonum obtinēus ex triplici merito. s. ex merito proprio & ex merito capitis & ex merito ecclesiastice unitatis. Et ꝙ ita sit in se manifestum est quia quilibet meretur sibi ꝑ gratiam quam habet ꝙ christus meruerit nobis nemo dubitat nisi q fide caret. Quod ecclesia mereat̄ nobis & eius merita patet per uerba Aug. d. in li. de penitentia. Credēdum est ꝙ omnes orationes & elemosine ecclesie & opera iustitie succurrunt recognoscenti mortalitatem suam per hunc mōm sicut triplex est meritū obtinendi bonū sic & meritum liberandi a malo Meritum. s. proprium. Et hoc est meritum nostre contritionis & per hoc meremur liberari a pena eterna ita ꝙ simul sunt hec duo

Sicut i angelis gratia & gloria. Scd'o ē meritū xp̄i & hoc operatꝰ isacramētis & ptāte clauiū & per hoc remittiꝰ pars pene. Tertio est meritū ecclesiastice unitatis & per illud adhuc fit remissio Et sic scd'm triplex meritum fit triplex pene condonatio ut sic currat mīa cum iustitia & in q̄libet est mutatio maioris in minus. Vn̄ pēa eterna p̄mo mutatꝰ in temporalē cū remittiꝰ culpa. Scd'o tpalis magna & supra uires cōmutatꝰ i penā cōpetētē uiribus i sacerdotis absolutione & ꝙ residuū est reseruatꝰ in purgatorio. Tertio uero pena illa ad q̄m qs tenetꝰ mutatꝰ i minorē idulgentiis hoc aūt pōt facere ecclesia ex dīna auctoritate. Thesauꝝ.n.meritoꝝ.s.xp̄i martyꝝ confessoꝝ ac uirginū recōmendauit ecclesie dispensandū cū ecclesie in prelatis tradidit claues regni celoꝝ. Et per hoc solui pōt rō eoꝝ qui dicūt ꝙ inferior non pōt absoluere a pena ipōita a supiore. Nā licet n̄ possit auctoritate ꝓp̄a pōt tn̄ auctoritate ipsius supioris. Vel pōt dici ꝙ prelatus dās indulgentias n̄ absolute omnino condonādo sed soluendo de thesauro ecclesie. Sed aliquis posset obiicere ꝙ ecclesie non sunt date claues quia claues aut sunt ad claudendū aut ad apiendū. Sed dicitur apoc.iii.xp̄s aperit & nemo claudit claudit & nemo apit.ergo ecclesie n̄ sūt date claues Veruntn̄ in contrariū est qd' xp̄s dixit Petro Math.xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Ex qbus uerbis patet ꝙ mediante Petro ecclesia claues accepit. Quod notatur.xxiiii.q.i.c.Manet.c. Quodcūq̄.c.Omnibus consideratis. Rn̄det ergo Ric.di.xviiii. quarti. Quod claues regni celoꝝ date sūt ecclesie Et accipiūtꝰ hic claues ad similitudinem clauiū materialiū p quas hostiū clauditur & apitꝰ. Claues.n.ecclesie sūt quedā ptās data ecclesie in p̄latis suis ad apiendū & claudendū hominibus regnū celoꝝ qd' clauditꝰ hoi p peccatū uel p obligationē ad penā ꝓ peccato & apitꝰ p remotionem utriusq̄. Est aūt ptās triplex apiendi celum & claudendi. Prima est auctoritas que est i solo deo qui solus apit affectiue p infusionem gratie & claudit pmissiue pmittendo iusto iudicio hoiē ruere in peccatū gratiā n̄ conferendo. Scd'a est clauis excellentie que est in xp̄o rōne hūane nature qui celū apit p meritū passiōis sue & claudit p ptātē iudicialē sibi traditā. Tertia est clauis ministerii.s.in p̄latis ecclesie qui celum apiūt mīstrando sacramenta que opantꝰ i merito passiōis xp̄i & uirtute. Ad auctoritatē ergo apoc. dicendū.ꝙ clausura regni celoꝝ tripliciter potest accipi uel ꝓ illa qua erat clausū generi hūano ꝓpter peccatū primoꝝ pentū.uel

pro illa qua claudet orbus reprobis in iudicio p sniã diffinitiuam uel pro illa qua claudit interim hoi p culpã & penã remittendas. Prima clausura fuit uniuersalis & ñ ppetua & hãc xps aperuit merito passionis sue. Et de hac dicitur aperit & nemo claudit. Alia similiter clausura erit perpetua de q Math. xxv. Clausa est ianua & de hac dicit claudit & nemo apit. Alia clusura est pticularis & nõ ppetua & hãc plati ecclesie pñt ministraliter apire ppterea nõ mediocriter errãt hi q dñt idulgẽtias ñ ualere cũ tota ecclesia rõ/nabiliter cõtrariũ asserat & affirmet.

De auctoritate cõcedẽdi idulgẽtias & illaꝝ uaria cõcessiõe & de cãis ꝑ qbus cõcedũt. .Cap. ii.

Cũm mysteriũ de idulgentiis declarandũ dicit cõcessio i quo de ipsaꝝ cõcessione tria consideremus. Primo auctoritatem. Scdo uarietatẽ. Tertio cãlitatẽ. Pmo cõsideremus auctoritatẽ quis. s. auctoritatẽ indulgẽtias concedẽdi. Et rñdent doc. s. Boñ. & Ric. ubi supra: Quod illi soli pñt indulgentias dare quibus dis/pensatio thesauri ecclesie cõmissa ẽ & scđm mensurã cõmissiõis sue Et qa xps uicario cõmissa ẽ plenitudo ptãtis ab ipso xpo ut patet extra de pe. & re. c. Cũ ex eo. Iõ dare potest indulgentias p totã ecclesiã militantẽ & tãtas qñtas sibi dare placuerit si adsit rõnabilis cã. Alia aũt tantũ hñt de hac ptãte qñtũ eis a xpi uicario cõcessum ẽ. Ipse aũt p ius cõe hoc non concessit nisi epis uel electis in epos & legatis. Et iõ nulli alii idulgẽtias pñt dare nisi ex speciali cõmissi/one nec possunt legati dare indulgentias nisi in prouīcia sua nec epi nisi in suo epatu. Archiepi tamẽ possunt eas dare in epatibus suffraganeoꝝ suoꝝ ut patet de pe. & re. c. Nostros in textu & in glo. Isti tamen in dedicatione basilice siue dedicetur ab uno siue a pluribus non debent extendere indulgentias ultra annum nec in anniuersario dedicationis ultra. xl. dies. Limitata est. n. eis ptãs a papa ne p immoderatas remissiones claues ecclesie contemnerentur & pñalis satisfactio eneruaret. extra de pe. & re. c. Cũ ex eo. Et si diceret φ omnis sacerdos habet claues ergo potest indulgentias concedere. Rñdet Boñ Quod claui non est tota rõ uirtutis indul gentias faciendi sed potestas clauis cũ iurisdictione & auctoritate thesauri dispensãdi que ordinarie solis cõpetit epis & sacerdotibus si eis ab epis cõmittat. Scdo consideremus circa confessiones indul gentiaꝝ uarietatẽ. Secundum. n. φ apparet ex usu ecclesie solẽt indulgentie uariari tripliciter. Cõcedunt nanq Aut scđm numeꝝ

dieꝝ uel annoꝝ. Aut ſcd̃m partem peccatoꝝ. Aut ſcd̃m plenariã remiſſionẽ. Quãdo cõcedũt̃ ſcd̃m numeꝝ dieꝝ uel annoꝝ utputa quia danẽ centũ dieſ uel centum anni de indulgentia Tunc q̃ illã lucranẽ abſoluũt̃ a pn̄ia quam facere debuiſſent pro peccatiſ ſuiſ p centũ dieſ uel p centũ annoſ ſiue in hac uita ſiue in purgatorio Quãdo uero cõcedũt̃ ĩdulgentie ſcd̃m pt̃e peccatoꝝ utputa quia cõcedit̃ tertie uel q̃rte ptiſ remiſſio peccatoꝝ tunc qui illa lucranẽ abſoluũt̃ a pena quã tenebãt̃ exſoluere p illa parte ſiue illa pena ſit centũ annoꝝ ſiue mille ſiue pluriũ Quando autem concedũtur indulgentie ſcd̃m plenariã remiſſionẽ tũc qui illaſ lucrãt̃ abſoluũt̃ ab omni pena ita q̃ ſi tũc ex hac uita decederent ſtatim ad celum euolarent & inter ciueſ celi nullo obſtaculo impediti collocarẽtur Tertio conſideremuſ circa conceſſionẽ indulgentiaꝝ cauſalitatẽ p qua cã cõcedi pñt & debẽt indulgentie. Et reſpondet Boñ. Quod ſicut uidemuſ in pollicitiſ & cõitatibuſ humaniſ q̃ theſauruſ rei publice propter duo maxime cõſueuit pferri & cõicari. exteriuſ ſic in ſpũlibuſ eſt intelligendũ pferẽ nanq; theſauruſ extra ppter gloriam principiſ ſicut faciũt regeſ curialeſ quemadmõm fecit rex Aſſueruſ ut habet̃ Heſter Alio modo propter utilitatem cõitatiſ ſiue neceſſitatem . Vñ quando ledit̃ cõitaſ pfer ũtur ſtipendia & donatiua militibuſ ut eãt ad pugnam. ſic theſauruſ eccleſie ab hiſ qui habent diſpenſare dupliciex cã debent apiri. ſ. ppter gloriam principiſ & laudem. Lauſ uero & honor dei eſt in ſanctiſ ſuiſ. Et ſancti honorentur in cõſtructione baſilicaꝝ uiſitationem eaꝝdem cõmemoratione uirtutũ ſuaꝝ & idẽ fit ĩ pdicatiõibuſ & ſermõibuſ Ideo pro hiſ oĩbuſ indulgẽtie recte fiũt Cõiſ aũt utilitaſ ẽ defẽſio terre ſãcte defẽſio fidei pmotio ſtudii & cõſimilia p quibuſ adhuc recte indulgentie conceduntur. Et ſi diceretur q̃ non licet dare p temporalibuſ ſpũalia quia illud eſſet ſymoniacũ. Sed ĩ iſtiſ indulgentiſ danẽ ſpiritualia p temporalibuſ. ſ. remiſſio pene p pecũniſ & aliſ rebuſ loco elemoſine oblatiſ ergo uidet̃ q̃ nõ licet cõcedere huiuſmodi indulgentiaſ Rñdet Ric. & Boñ. q̃ non dantur ſpũalia pro tpalibuſ niſi p accidenſ Cũ. n. dantur indulgentie pro eccleſiiſ uel hoſpitalibuſ conſtruendiſ non dãtur ut illiſ temporalibuſ ſiſtãt̃ ſed propter utilitatem ſpiritualem conſequentem. Vñ non dantur pro temporalibuſ niſi in quantum ordinãtur ad ſpiritualia. Idõ qñ prelatuſ dat indulgentiam nõ dat eam pro elemoſina exteriori ñ cõſideranſ datũ ſed fructũ uidelicet q̃a ex radice bone uolũtatiſ

procedit.

De fructu ĩdulgẽtie respectu exñtiũ ĩ mortali & eoꝝ q̃ sũt ĩ purgatorio & illoꝝ q̃ post illaꝝ acq̃sitionẽ erũt ꝓpter alia peccata damnandi. Cap. iii.

Ertiũ mysteriũ de indulgẽtiis declarandũ dicit̃ fructificatio ĩ quo de fructu indulgentie circa tria p̃cipue dubitat̃ Prio utꝝ indulgentie ꝓsint exñtibus in mortali. Scd̃o utꝝ ꝓsint his q̃ sũt in purgatorio. Tertio utꝝ ꝓsint his qui illas lucrant̃ & postea propter alia sua peccata dãnãt̃ ad infernum. Ad primum dubium Rñdet Ric. Quod non põt fieri remissio pene manente culpa. Et iõ cũ p indulgentias ñ remittat̃ culpa exñtibus in mortali peccato nõ remittit̃ eis p indulgentiã aliq̃d de pena Si tñ aliquis existens in mortali peccato facit illud quod continet̃ in forma indulgentie prudẽter facte q̃a bona facta in peccato mortali aliquo mõ peccatorẽ disponunt de congruo ad pniã & illa mediante ad susceptionẽ remissionis peccatoꝝ p diuinã miã. hec Ric. Boñ. uero. d. Quod ad hoc ut indulgẽtie ualeãt req̃rit̃ duplex cõditio. Ex p̃te dãtis s. ptãs uel auctoritas de q̃ supradictũ ẽ. Et honesta & rõnalis cã. Vnde non esset credenda indulgentia alicuius ualoris si quis daret eũtibus uidere torniamenta. Similiter ex p̃te accipientis duplex cõditio req̃rit̃. s. cõfessio cũ uera cõtritiõe & fides cũ uera deuotõe ut uere de peccatis sit pẽitẽs & uere cõfidẽs ꝙ pastoris ĩdulgentia sibi ualeat. Scd̃o cõtigit dubitare utꝝ ĩdulgẽtie ualeãt his q̃ sũt ĩ purgatorio Et q̃busdã uisũ ẽ ꝙ sic et arguũt ꝙ oẽs aĩe sc̃tẽ aut sũt de ecclesia triũphãte aut militante. Sed aĩe exñtes in purgatorio sancte sũt nec sunt de ecclesia triũphante quia in ea nulla ẽ pena ergo sunt de ecclesia militante. Sed omnibus habentibus gratiam ĩ ecclesia militante ꝓsunt indulgentie. ergo prosunt illis qui sunt in purgatorio. Alii uero tenent cõtrariũ quia ut scribit̃ de pe. di. i. c. Si cui. ꝟ. Alii econtra. dñs. par ius soluendi uoluit esse & ligãdi Si prelati ecclesie nõ pñt ligare illos qui sunt in purgatorio ergo nec eos soluere. Quod uerum non esset si illis prodessent ĩdulgẽtie Respondet Ric. Quod indulgentie nõ prosũt illis qui non sũt de iurisdictione illius q̃ eas cõcessit ut patet extra de pe. & re. c. ꝙ aũt Nec illis qui non faciũt illud pro quo dant̃ indulgentie quanuis uoluntatem habeant faciendi. Nam licet nõ potenti operari uoluntas reputet̃ pro facto quantum ad p̃miũ essentiale non tamen hoc est uerꝫ quantum ad quodlibet premiũ accidentale. Vnde nec

ꝑ facto reputat̃ q̃ntū ad remissionē pene p indulgētias obtinēde.
Illi aūt qui sunt in purgatorio nō sūt sub iurisdictione ꝓlatorū
ecclesie quod satis datur intelligi cum dixit dñs Petro Quodcunq;
solueris sup terram etc. concedendo ei ptātem sup eos tm̄ qui sunt
uiuentes in hac mortali uita. Nō pñt etiā hi qui sūt ī purgatorio
facere illud pro quo dat̃ indulgentia. idcirco indulgentie eis non
ꝓsunt directe. Indirecte tamen eis ꝓsunt inq̃ntū existentes ī hac
uita faciūt pro eis illud quod cōtinet̃ in forma indulgentie maxīe
si dent̃ indulgentie sub hac forma. Quicunq; fecerit hoc uel illud
pro se uel pro patre suo defuncto uel alia persona in purgatorio
existente damus tot dies īdulgentie. Et sic etiam scd̄m cōem opi/
nionem doctoꝝ prosūt per modū suffragii & nō p modū īdulgētie
Ad argumentū uero factum pro oppositone cōtraria dicit Ric.
Quod illi qui sunt in purgatorio cum ecclesia militante quodāmō
cōicant in pena & cum triunphante cū īpossibilitate peccandi cū
utraq; in caritate. Et iō qa coniuncti sunt cū militante ecclesia p
caritatē & maxime auxilio indigēt quia non sunt in statu in quo
possint penam assumere uoluntariā p quā citius admitterentur ad
uisionē beatā iō ecclesia potest eis iuuare cōicādo eis merita uiuoꝝ
non tamen p modū auctoritatis p quam directe iuuantur illi qbus
directe prosunt indulgentie. Tertio contingit dubitare. Utrum
indulgentie prosint his qui illas lucrantur si post illaꝝ adeptionem
propter alia peccata per eos commissa damnent̃ in inferno Sed ad
intelligendā hāc difficultatem necesse est scire an p culpā sequētē
peccata dimissa redeant. Et ad hoc nos dicimus ex sñia Ric. i. iii.
& dñi Boñ. di. xxii. Quod peccata dimissa redire potest intelligi
dupliciter. Aut quantū ad culpam Aut quantū ad penam. Primo
modo peccata dimissa redire non possunt quia nulla res anihilata
redire potest eadem in numero nisi p dīnam potentiam iuxta illud
Auicenne. iii. meta. Quod anihilatū est non redit. Peccatum autē
cum remittit̃ anihilatur & p opationem dīne potentie reuerti nō
potest quia ut ait Aug. li. lxxxiii. q. Deo auctore non fit homo
deterior Dñr tamē peccata dimissa redire inquantū sequens culpa
magis grauatur q̃ si peccata illa non fuissent dimissa. quantū uero
ad penā utꝫ damnatus pro peccatis que cōmisit post peccata dīssa
puniat̃ tantū ꝓ illis pro quibus damnatus est aut ꝓ aliis dimissis
Et sic peccata redibunt q̃ntū ad penam. Rñdet Ric. ꝙ pena que
debebatur pro peccatis dimissis aut est tota expleta aut sequens

mortale aut non. Si non tunc dico q̄ remanet obligatus peccator ad solutionem residui pene si in illo peccato mortali moriatur pro peccatis illis remissis quo ad culpam non quo ad penam. Et idõ pro illis in inferno pena eterna punietur. Sed p accidens q̄a in peccato mortali nulla pena ē satisfactoria i conspectu dei. Et idõ q̄cūq̄ puniatur semper remanebit obligatus ad penam. Illa tamē pena erit minus intensa q̄ si illa peccata non fuissent ei dimissa. Si uero pena est soluta ante sequens mortale peccata remissa non redeunt nisi inq̄ntū aggrauant sequens peccatū propter quā aggrauationē si maior pena debetur. propter hoc dicitur. Naū. i. Nō iudicabit deus bis i idipsum Et de pe. di. vi. Versus finem. Diuina clemētia dimissa peccata ulterius in ultionem uenire non patit. Cum ergo existentibus in caritate p indulgentias remittatur pena temporalis pro peccatis debita si post propter alia peccata sequentia tales in inferno damnentur non amplius punientur pro peccatis illis pro quibus iam remissionem pene īdulgentus mediantibus obtinuerūt Ergo currant peccatores sicientes ad fōtem pietatis & clementie dñi nostri Iesu xp̄i et de suis peccatis ueri cōfessi penitentes indulgentias que conceduntur procurent acqrere ut sic a pena liberati scādere ualeāt regna celo⁊ ubi xp̄s deus dei filius regnat cū patre & spū scō p īfinita seculo⁊ secula. Amē.

Feria quinta quarte ebdomade in quadragesima de uiduitate seruanda & de eius laudibus atq̄ preconus quibus sublimat̄

Sermo. l. i.

Et uidua erat & turba ciuitatis multa cum illa quam cū uidisset dominus misericordia motus super illam dixit illi. Noli flere. Scribuntur hec uerba Luce. vii. c. & in euangelio hodierno. Visus ē pietate multa saluator noster erga uiduā unicū filium suum morte iam extinctū dolenter & amare lugentem ip̄ā quidem & euangelica lectio testatur primo consolatus est uerbis demū suscitatum filium ei benigne restituit Quo exemplo claresci quanta sit uiduali statui gratia quantusue decor quantum etiam & meritum. Sed quoniam multi sunt qui ignorant pretium eius ideo ad instructionem penitentium hodierna die de uiduitate conficiamus sermonem. De quo tria mysteria principalia erunt declaranda. Primum dicitur obseruatiōis. Scdm commendatiōis. Tertiū regulatiōis.

Qualiter post primū mar. tū melius est tenere & obseruare

uiduitatem quam denuo nubere tum propter iudicium castitatis tum propter signum caritatis. tum etiã ꝓpter bñficium libertatis. Cap. i.

Rimum mysterium dicitur obseruationis in quo declarãdũ ẽ q̃re post p̃mũ maritũ melius ẽ obseruare & tenere uiduitatẽ q̃ ad secũdas nuptias transire. Et assignari possunt tres p̃ncipales rationes. Prima est propter indicium castitatis. Secunda propter signum caritatis. Tertia propter beneficium libertatis. Prima rõ est propter indicium castitatis. Quando. n. mulier nubit totiens ẽ signum magne continentie. Vnde Hiero. cõtra Iouinianũ refert Quod portia minor cum laudaretur quedã bene morigerata que secundum acceperat uirũ respondit. Felix & pudica matrona nũq̃ p̃ter semel nubit & Valerius li. ii. Qui uno fuerant cõtẽte matrimonio corona pudicitie honorabantur. Veruntamen disputandũ est. Vtrum secunde nuptie sint licite. Et nonnulli arguunt q̃ ñ. Nã Criso. xxxi. q. i. c. Hac ratione ait. Secũda. s. uxorẽ accipe secũdum preceptum ap̃. licitum est. secũdum autẽ ueritatis rõnẽ fornicatio est. Item rõne uidet̃ pa bigamus non potest ꝓmoueri ad sacros ordines Sed pena ñ infligit̃ nisi ꝓ culpa. ergo ĩ bigamia est culpa. Sed in contrariũ est auctoritas Hiero. q. xxxi. q. i. c. Apiant ait. Apiant queso aures obtrectatores mei & uideant me scd̃as & tertias nuptias in domino concessisse. Et iterũ in eo. c. ait. Non damno bigamus imo nec trigamos & sic dici põt octogamos Et Aug. in. c. Deus inquit. Deus masculum & feminam ꝓpagãdi generis cã nuptiali castitate coniunxit & secundas nuptias que in uno quoq; testõ ꝑmittuntur licitas esse mõrauit. Et ut August. exponẽs illud apostoli Quod si dormierit di. Quod si dormierit uir eius non dic primus uel secundus uel tertius nec nobis diffiniendũ est quod non diffiniuit apostolus. Vnde nullas debeo damnare nuptias nec eis uerecõdiam inferre numerositate. Respõdẽt ergo doc. in. iiii. di. xlii. s. Ric. Boñ Petrus de palude. Tho. & ceteri. Quod non tantum secunde nuptie sed etiã tertie & q̃rte & plures sũt licite. Rõ quia ꝑ mortem alterius cõiugum tollitur ĩpedimẽtũ primi matrimonii Vñ dicit Petrus de palude Quod si q̃s resuscitaretur a mortuis nõ posset ad uxorem uiuentẽ redire quia ñ ãplius sua uxor nec ipse uir eius nisi denuo cõtraherent propterea dixit apostolus. i. cor. vii. Si dormierit uir eius liberata ẽ a lege uiri cui uult nubat tantum ĩ dño. Beatior tñ erit si sic ꝑmanserit scd̃m meũ

cõsiliũ. Ad dictũ ergo Criso. rñderi põt. Quod ꝓpe & largissime
fornicationẽ sũt. s. ꝓ naturalis cõcupĩe ardore q maxĩe cõsueuit
mouere ad scd̃as nuptias cõtrahẽdas. Ad scd̃m uero argumẽtũ di.
Boñ. ꝙ nõ posse ad sacros ascẽdere ordines. nõ ẽ pena qa etiã nec
mutus uel alius naturaliter ĩpeditus põt ascẽdere ad sacros ordines
qđ nõ fit ei ĩ penã sed qa ñ ẽ idoneus. Sũt ergo licite scd̃e nuptie
& plures & nõ sũt ĩhonorabiles. Iõ Hiero. ad Gerũtiã ĩqt. Vide
q̃lia sũt scd̃a matrimonia que lupanaribus ꝑferũẽ. Ait.n.s. apost.
Melius est nubere q̃ uri Adolescẽtula uidua que cõtinere nõ põt
maritũ potius accipiat q̃ diabolũ. Apostulus uero. i. cor. vii. ait.
Dico in nuptis & uiduis bonũ ẽ illis si sic ꝑmaneant sic & ego ꝙ si
nõ cõtineãt nubãt melius ẽ.n. nubere q̃ uri Et Hiero. ĩ epistola
ad Gerũtiã narrat de quodã rome q habuerat. xx. uxores quas
sepelierat. Et de muliere que sepelierat. xxii. maritos qui fuerunt
copulati matrimonio & fuit magna expectatio qs eoꝝ afferetẽ ad
sepulchꝝ ab alio & uicit maritus. Vñ Hiero. seqẽ. d. Obsecro ut
illa testimonia nõ noueris qbus ĩcõtinẽtibus & miseris subuenitẽ sed
potius lectites qbus pudicitia coronatẽ. Facit insup ad uiduitatis
laudẽ ꝙ & turtures illã seruãt ꝙ Ambrosius ĩ examerõ ait. Discite
mulieres q̃nta sit uiduitatis gratia que etiã in auibus ꝑdicatẽ. Scd̃a
rõ q̃re melius ẽ obseruare uiduitatẽ q̃ transire ad scd̃as nuptias est
ꝓpter caritatis signa. Vt. s. oñdat uxor q̃ta caritate uiꝝ defũctũ
dilexerit. Vñ Virgilius. iiii. eneidos. Ille meos ꝑmus q me sibi iũxit
amores Abstulit. ille habeat secũ seruetq sepulchro. Et Hieron.
cõtra Iouinianũ scribit. ꝙ cũ Valeria rogaretẽ scd̃m uiꝝ accipe.
Rñdit se hoc nõ posse facere qa ꝑmus adhuc uiuebat. Quãdiu. n.
inqt uixero uir meus ꝑ amorẽ uiuet in corde meo. Et iteꝝ ibidem
recitat ꝙ dũ Martia catõis nollet iteꝝ nubere & uiꝝ defũctum
sẽp lugeret interrogata quẽ diẽ haberet ultimũ luctus ait. Quem
& uite. querere tñ posset hic aliqs Vtꝝ scd̃e nuptie sit sacramẽta
les. Rñdet Boñ. ꝙ dupliciter ẽ loq de scd̃is nuptiis. aut in se. aut
ĩ relatiõe. Ad ꝑmas si ĩ se sic. Cũ sit ibi cõsẽsus exꝑssus ĩter ꝑsonas
legitimas sũt utiq sacramẽtũ nec ẽ ibi carnis diuisio sed uĩo carnis
uiri & mulieris. Si aũt loq̃mur in cõparatione ad ꝑcedẽtes sic manet
in eis sacramẽti rõ ĩcõpleta ꝓpter carnis diuisionẽ qa ĩ ꝑmis carnẽ
suã uniuit cũ uno ĩ scd̃is cũ alio. Et talis diuisio tollit de plẽitudĩe
significatiõis. Tertia rõ quare melius ẽ uiduitatẽ seruare ẽ ꝓpter
bñficium libertatis. Vidua enĩ sua est domina & in pace uiuit &

uirũ accipiat discrimini se expõit ut forte inueniat irosũ litigiosũ & se tribulantẽ Vñ Hiero.cõtra Iouinianũ narrat. q cũ quedã rogaretᵉ ut scd̃o nuberet.Rñdit se hoc nõ facere qa bonũ habue/rat uirꝫ & si scd̃m acapet aut ille esset bonus aut malus. Si bonus sp esset i timore ne illũ pderet Si malus semp esset in dolore qa post bonũ uirꝫ aliũ nũq̃ sustineret ꝑpter assertiões iã tactas colligi põt q̃nta ẽ pemmẽtia uiduitatis. Verꝫtñ ut p̃dictũ est sique mulieres post uiroꝫ mortẽ uoluerit nubere faciãt aĩo libero.Notãdũ tñ q alique leges dñt mulierẽ nõ posse nubere infra tps luctus.i.unius anni post mortẽ uiri ut patet. C.de scd̃is nuptiis.l.i. Tñ p lñiam apostoli & auctoritatẽ põt id fieri ĩmediate post mortẽ & ĩfamia nubentis aboletur qa in his seculares leges non dedignantᵉ sacros canones imitari patet extra de secundis nuptiis.c. Super illa &.c. Cum secundum.

Qualiter commendabilis est uiduitas tum propter diuinam uisitationem tum propter acceptationem tum etiam propter diuinam preceptionem. Cap.ii.

Ecundum mysterium contemplandum de uiduitate dicitur commendationis. Ostenditur quantum sit commendabilis triplici ratione. Primo ratione diuine uisitationis. Secundo rati/one diuine acceptationis. Tertio ratione diuine p̃ceptiõis. Primo rõne dĩne uisitatiõis qa deus uiduas gratiosissime uisitauit. Vnde iii.Reg.xvii. Tempore famis missus est a deo Helias ad uiduam sareptanã que postq̃ dedit comedere Helie iuxta uerbũ eius hy/dria farine eius nõ defecit miraculose & lechitus olei nõ ẽ imminutus oĩbus illis diebus.Et Iudith p totũ habetᵉ q̃ grata fuerit uidua illa oĩpotẽti deo cui tãtã cõtulit gratiã ut ꝑpriis maĩbus interficeret Holofernẽ liberaretq; populũ ab ĩpetu & furore illius Luc.uero ii.c.dicitur q erat anna ꝑphetissa uidua usq; ad annos.lxxxiiii. que uixerat cũ uiro suo annis.vii.a uirginitate sua. Et hec non discedebat de templo ieiuniis & obsecratiõibus seruiens deo die ac nocte.huic Iesus puulus sicut & Symeõi p̃buit se uidẽdum illamq; dignatus ẽ uisitare que cõfitebatᵉ dño & loquebatᵉ de illo oĩbus qui expectabãt redẽptionẽ israhel. Scd̃o dignitas uiduitatis apparet rõne dĩne acceptationis. Luc.nãq;.xxi.scribitᵉ q̃ntũ accepta fuit oblatio uidue paupcule de qua etiã Hiero.i epistola ad Iulianũ sic loqtᵉ paupcula uidua que duo era misit i gazophylaciũ cũctos in oblatiõe muneꝝ dei dicitᵉ supasse locupletes que nõ pondere sui

sed offerentiũ uolũtate pẽsant. Tertia rõ dicit dĩne preceptiõis. Dedit nanque deus preceptũ omnibus regibus pncipibus iudicibus & aduocatis omnibusq̧ hoĩbus ut uiduarum causas tuerẽt neque illas opp̃merent & molestarẽt. Vnde Isa. i. Dominus ait Querite iudiciũ subuẽite opp̃sso iudicate pupillo defendite uiduã Et exo. xxii. ait. Vidue & pupillo non nocebitis Si leseritis eos uociferabunt ad me & ego audiam clamorẽ eorum & indignabitur furor meus percutiamq̧ uos gladio & erunt uxores uestre uidue & filii uestri pupilli Et p Hier. xxii. Facite iuditiũ & iustitiã & liberate ui opp̃ssũ de manu calũniatoris Aduenã & pupillũ & uiduã nolite cõtristare neque opprimatis inique Et iterũ Hieronimus. v. Dominus de his qui uiduas spernunt & abiciunt sic loquitur pretereunt sermones meos pessime. Causam uidue non iudicauerunt causam pupilli non direxerũt & iuditiũ pauperũ nõ iudicauerũt Nũquid super his nõ uisitabo dicit dominus aut super gentem huiuscemodi nõ ulciscetur aĩa mea Et Iob. xxii. ait. Viduas dimisisti uacuas & lacertos pupillorum comminuisti propterea circundatus es laqueis & conturbat te formido subita. Iacobus uero. v. c. Religio uero munda & ĩmaculata apud deum & patrem hec est uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum Sed hodierna die non solum non uisitantur quinimo uexantur expoliantur & turbantur a multis rapiuntur sua bona & querunt iustitiã nec inueniunt illam Et qd̃ his deterius est ultra damnum rerum patiuntur falsas grauesq̧ criminationes. Taceo reliquas molestias que eis inferunt. O uiduarum persecutores. O lupi rapiẽtes illarum bona. O crudeles aduocati & iudices. O falsi notarii. O ĩiqui testes. Quis docebit uos fugere a uentura ira? Vt. n. patet ex dictis inter omnia peccata grauia maximũ scelus ẽ opp̃mere uiduas.

Quod uidue debent esse mortificate & aliene a cõuersatiõe hoĩm ac deuotiõi feruẽter iuigilantes.

Ca. iii.

Ertium mysterium declarãdũ de uiduitate dicit regulatiõis. In quo scire licet q̧ tres sũt regule quas uidue seruare tenẽt Prima dicitur mortificationis. Secunda conuersationis. Tertia deuotionis. Prima regula uiduarum dicitur mortificationis. Debẽt uidue esse mortificate & castigate ieiuniis & uigiliis & disciplinis in eis aliter pudicicia tuta esse ñ potest. Vñ Paulus. i. thi. v. Vidua que in deliciis est uiuens mortua est. Et Hieronimus in epistola ad

Furiam ait. O filia ſi apoſtoluſ corpuſ ſuum in ſeruitutem redegit
ne cum aliiſ predicaret ipſe reprobuſ efficeretur quoniam tu iuuē/
cula ad huc in feruore iuuentutiſ poſita dapibuſ & uino plena eē
poteriſ de caſtitate ſecura. hec ille Reprehenſibileſ itaq; ſūt uidue
ille que ocio uacanteſ comedunt & bibunt ſplendide dormiūt ſatiſ
poliunt cutem & ornantur licet ſe uidualibuſ induant ueſtimētiſ.
Secunda regula uiduarum dicitur conuerſationiſ. Debent euitare
quantum poſſunt conuerſationem hominum non ſolum ſecularīū
ſed ſacerdotum & religioſorum ac quorumcunq; qui ſpiritualem
uitam profitentur quoniam reuera nihil tam uiriſ q̄ mulieribuſ eſt
adeo periculoſū ſicut crebra & frequentata etiam ſub ſpetie boni
conuerſatio & collocutio maxime etaſ ubi conſentit ad uitium. hic
Hieronimuſ ad Nepotianum ait. Matrem ita tu uide ne per illam
uidere cogariſ quarum uultuſ ita cordiſ inhereant & tacitū uiuat
ſub peccatore uulnuſ. Et Iohanneſ baptiſta ſanctam matrem ha/
buit pontificiſq; filiuſ erat et tamen nec matriſ affectu nec patriſ
opibuſ uincebatur ut in domo parentum cum periculo uiueret ca/
ſtitatiſ hec ille. Et. xxxii. di. c. Hoſpiciolum. Hoſpiciolum tuum
aut raro aut nunquam mulierū pedeſ terant quia non poteſt toto
corde habitare cum deo qui feminarum acceſſibuſ copulatur. Si
igitur periculoſum eſt uiriſ uolentibuſ deo ſeruire cum mulieribuſ
conuerſari q̄ntomagiſ & mulieribuſ ipſiſ que debilioriſ ſunt animi
inferioriſq; nature? Debent enim uidue cauere omneſ malaſ ſuſpi/
tioneſ. hinc Hieronimuſ ad Saluiniam Caueto omneſ ſuſpitioneſ
& quicquid rationabiliter fingi poteſt ne fingatur ante de uita.
Debent adhuc uidue libenter inhabitare domum audireq; Hier.
d. ad Euſto. Raruſ tibi ſit egreſſuſ ī publicum matreſ tibi querāt
in cubiculo. Et non tantū uirorū ſed & matronarum n̄ frequētare
domoſ cū Hieronimuſ dicat iterum ad Eſto. Nolo habeaſ cōſor/
tium matronarum. nolo ad nobilium accedaſ domoſ. nolo te uideri
frequenter ut contemnaſ quod eſſe uoluiſti. Cur faciſ iniuriā uiro
tuo? Ad hominiſ coniugem dei ſponſa quid properaſ? Diſce in hac
parte ſanctam ſuperbiam. Scito te illiſ eſſe meliorem. hec ille.
Tertia regula uiduaꝝ dicitur deuotioniſ Debent itaq; eſſe deuote
timenteſ diligenteſ deſiderанteſ & colenteſ deū Vnde & apoſtoluſ
i. thi. v. ait. Si q̄ uidua filioſ aut nepoteſ habet diſcat primū do/
mum ſuam regere & mutuam uicem reddere parentibuſ. Hoc. n.
acceptum eſt coram deo Que autem uere uidua eſt & deſolata

speret in deum & instet obsecratiōibus & orationibus die ac nocte huiusmodi uiduis compatitur deus easq; consolatur tribuens ī hoc seculo suam gratiam & in futuro sempiternā gloriā ī qua uiuit & regnat deus p īfinita seculoꝝ secula. Amen.

Feria sexta quarte ebdomade ī quadragesima de diuinitate domini nostri Iesu christi q licet uerus fuerit homo fuit etiā uerus deus eiusdem cum patre & spiritu sancto nature.

Sermo. lii.

V es christus filius dei uiui qui in hunc mundum uenisti.

Scribuntur hec uerba Iohannis undecimo. c. & ī euangelio hodierno. Deridetur tam a gentilibus q̄ a iudeis immaculata fides nostra quoniam predicat confitetur & adorat christum crucifixū tanquam uerum deum dominatorem celi & terre. Veruntamem ueritas ista tā multipliciter est declarata ut amplius merito negari ñ possit Ad confusionem tamē omnium eorum qui contrariū tenēt astruuntq; christum purum hominem fuisse non deum in presenti sermōe curabimus ostēdere. Quod christus est uerus deus dei filius ab eterno a patre genitus eiusdē cū patre & spiritu sancto substātie siue nature. Et diffuse de sua diuinitate loquemur illam confitebat̄ deuotissima Martha cū dicebat uerba premissa ī themate Quare cum omnibus ueritas elucescat ꝙ filius uirginis qui ꝓ nobis in cruce pependit fuerit deus uerus diuinitatem eius tripliciter insinuabimus. Primo auctoritate. Secundo experimento. Tertio ratione.

Quomō auctoritate ueteris testamenti & sibyllarum ostenditur xp̄m uerum deū & hominem fuisse.

Cap. primum.

Rimo insinuemus auctoritate ꝙ christus fuerit uerus deus. Et adduci possūt utriusq; pagine scripture ueteris. s. ac noui testamenti. Vnde Isaie nono. c. ait. Paruulus natus est nobis. Et filius datus est nobis per hec uerba pronuncians cristi humāitatē Deinde sequitur. Et uocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Et ut dicit Nicolaus de lira. Translatio septuaginta interpretum habet & uocabitur nomē eius magni cōsilii āgelus Et trāslatio chaldaica dicit Et uocabit̄ nomen eius permanēs ī secula Messias ī qbus uerbis exp̄mitē christi diuinitas. Et Hieronimus. xxiii. scribitur Ecce dies uēiunt dicit dominus & . s. d. g. iii. Translatio chaldaica habet Statuam

Messiam iustum. Et sequitur. Et hoc est nomen quod uocabunt
eum dominus iustus noster. Et secundū Nicolaum de lira ubi nos
ponimus dominus in hebreo ponitur nomen dei Tetragramaton
quod est nomen significans solam essentiam unam diuinam ut di.
Rabi Salomon per hec uero uerba diuinitas & humanitas christi
manifestatur. Et Baruch. iii. c. Hic est deus noster & non existi-
mabitur alius ad alium post hec ī terra uisus est & cum hominibus
conuersatus est. Et Sibylla herictbera ut Augustinus meminit.
xviii. libro de ciuitate dei uersus quosdam composuit de fine mūdi
Quorum prime litere iuncte sonant. Iesus christus filius dei saluator
Alie etiam Sibylle nasciturum predixerūt christum filium dei de
uirgine immaculata. He omnes secundum Isidorum ethi. libro Et
Lactancius ī primo libro Diuinarum insti. decem fuere. Prima
persica que de persis. Secunda libyca. Tertia delphica. in templo
delphici apollonis genita que ante Troiana bella uaticinata est
cuius plurimos uersus operi suo homerus īseruit. Quarta chimeria
in italia. Quinta herictbrea de quo Paulo ante tactum est noīe
herophyla in babylone orta que grecis Illiō petētibus uaticinata
est parituram esse troeam & homerum mendatia scripturum. Dicta
autem herictbea quia in eadem insula eius inuenta sunt carmina.
Sexta Samia a samo insula uñ fuit cognomīata. Septīa cumana
que & cumea de qua Virgilius. Vltima Cumei uenit iam carminis
etas Dicta autem Cumana a cumis ciuitate que est in campania.
Cuius sepulchrum adhuc est in sicilia. Octaua elespontina ī agro
troiano nata. Nona phrygia. Decima Tiburtina Ab his omnibus
diuinitas christi per multa ante tempora q̄ in uterum uirginis de-
scendisse e prophetata fuit. Quarum dicta & si simul collecta legerī
tamē qa unde originaliter fuissent extracta inuenire non potui
hic minime uolui inserere preter illud quod dictum est per Aug.
de Sibylla herictbrea Memini etiam me legisse & uidisse ī castro
papiensi propetiam Sibylle delphyce que de christo sic cōtinebat
In ultima etate hūiliabitur deus & humilibitur proles dīna iūget
humanitati deitas & puellari officio educabitur deus & hō. Signa
precedent apud iudeos mulier uetustissima .s. Helisabeth puerū
concipiet. stella orbis mirabitur ducatum prestabit scilicet magis ad
ortum. s. christi hic habens pedes. i. annos. xxxiii. Eliget sibi de
piscatoribus electis numerum duodenarium unumq; diabolum. s.
Iudam. non in gladio bello ue eandem urbem regesq; subiciet.

Sed in hamo piscatoris. detectione & pauperie superabit diuitias & superbiam conculcabit huic quatuor animalia id ē euangeliste surgent in testimonium sectantes iustitiam legemq; irreprehensibilem huic contradicetur a bestia. s. antichristo. & surget stella mira. i. pau. quatuor animalium habēs imaginem. Erit aūt bestia horribilis. s. Maugmeth ab oriente ueniens cuius rugitus usq; ad gentes punicas audietur. hucusq; Sibylla que satis aperte diuinitatem christi pronuntiauit. In historiis uero romanorum legitur q; tempore Constantini Imperatoris & Helene matris eius inuētū fuit in ciuitate Constātino politana sepulchrum quoddam in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore ī qua scriptum erat. Iesus christus filius dei nascetur de uirgine Maria. Credo in eum. O sol sub Constantini & Helene temporibus iterum me uidebis. Simile exemplū inueniē in Cronicis regum castelle. Dicitur enim ibi. Quod apud Toletum in quodam saxo inuentus est liber satis uetustus qui scriptus erat litera ebraica greca & latina loquens de triplici mundo mystico Et in illo iter cera dicebaē. In ꝓncipio tertii mundi christus filius dei nascetur de uirgine Maria & pro salute hominum patietur. At & Calcidius super. ii. thimei platonis de stella que apparuit magis in ortu christi sic loquitur. Non fuit stella illa morbum & mortem denuncians sed aduentum dei uenerabilis quam cum suspexissent chaldeorum profecto uiri sapientes recentum ortum dei. Iosephus uero in. xviii. Antiquitatum libro de Cristo ait. fuit autem predictis temporibus sapiens uir si uirum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector & doctor hominum eorum qui libenter que uera sunt audiunt & multos quidem iudeorum multos quoq; ex gentilibus sibi adiunxit Christus hic erat. hunc accusatione primorum nostre gētis uiroꝝ cum Pilatus ī cruce agendum decreuisset non deseruerunt hi qui ab initio dilexerunt eum. Apparuit enim eis tertia die iterū uiuēs secundum q; diuinitus inspirati prophete uel hec uel alia de eo innumera miracula predixerunt. Angelus autem q̄ uirgini cōceptū nasciturī dei nuntiauit Luc. primo. c. subdidit. q; enī ex te nasceē sanctum uocabitur filius dei. Et Iohannes baptista de Christi diuinitate sic dixit Vidi & testimoniū perhibui quia hic est filius dei Idipsum dixit Nathananabel. Iohānis primo. Et Petrus Math. xvi. capittulo Audiamus iterum & Paulum heb. i. d. Multifariā multisq; mōis oli deus loquēs patribus in ꝓphetis nouissime diebus

ibus locutus est nobis in Filio quem constituit heredem uniuersorũ
per quem fecit & secula. Et Ro.i. ꝙ ãte promiserat per prophe/
tas in scripturis sanctis de filio suo Et ad Thitũ secũdũ Apparuit
gratia saluatoris nostri dei. Et ne prolixitate dicendi tedium au/
dientibus ingeratur dimissis aliis testimoniis que Christũ acclamant
deũ uerũ subnotabimus uocẽ illam paternam que insonuit ĩ mõte
ut patet. Mathei.xvii.c. Hic est filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui ipsum audite. Et Iohannis duodecimo. Cum xp̃s
dixisset. Pater clarifica filium tuum audita est uox de celo. Et
clarificaui & iterum clarificabo. Et quidam de turba confusum
sonum illius uocis audientes dicebant tonitruum factum esse. Alii
autem dicebant angelum illi fuisse locutum. Sed non desunt he/
retici maledicti scilicet Cherintus Hebion Paulus Samosetanus
Fotinus & alii qui secundum Thomam .in.iiii. summe contra gẽ/
tiles tam preclara ualidissimaq; de Christi diuinitate testimonia
infirmare & deiicere satagunt. Aiunt enim ꝙ de similibus idem est
iudicium. Sed omnes illi ĩ quibus deus habitat per gratiam uocãẽ
in scripturis filii dei per nuncupationem & adoptionem & tamen
non sunt eiusdem nature siue substantie cum ipso deo. ergo a si/
mili dicetur de Christo ꝙ est dei filius per participationem per
adoptionem uel nuncupationem non autem per naturã Probare
autem possumus per scripturas ꝙ iusti uocantur dei filii & dii. Vñ
Dauid in psalmo ait. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. Et
Iohannis primo dicitur Dedit eis potestatem filios dei fieri.b.qui
c.in.n.e. Et Iohannis decimo. Illos deos dixit ad quos sermo dei
factus est. Et prime sue canonice.c.iii. Videte qualem caritatem
dedit nobis deus ut filii dei nominemur & simus. Et Ro.vii. Ipse
enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro ꝙ simus filii dei
Et Iac.i. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis huiusmõi
probationibus heretici uenosi suum uirus effuderunt. Cõtra quos
egregius Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus. De xp̃o
ita loquitur. Natus est secundum ueritatem nature ex deo dei fi/
lius natus est secundum ueritatem nature ex homine hominis fili/
us ut non appellatione non adoptione sed natura in utraq; nati/
uitate nascendo filii nomen haberet Ex quo dicto doctores the.
distinctione.x.tertii libri. Colligunt unam ꝓpositionem. Quod
hec locutio Christus filius dei per adoptionem nullo modo est ad/
mittenda siue proferatᷣ simpliciter siue cum determinatiõe utpote

ſi addatur in quantum homo quia filiatio reſpicit perſonam eo ꝙ Chriſtuſ eſt unuſ filiuſ & ñ duo filii licet in eo ſint due natiuitateſ ſcilicet eterna & temporaliſ. Adoptio autem preſupponit quandã extraneitatem que nullo modo conuenire poteſt perſone Chriſti Ad illud uero quod heretici obiiciũt. ſ. de ſimilibuſ idem eſt iudicium Reſpondet. Thomaſ. in. iiii. ſumme contra gentileſ. Quod aliter ſcriptura loquitur de Chriſto ꝙ ſit filiuſ dei aliter de nobiſ De Ipſo enim dixit Iohanniſ. iii. & Iohanniſ ſexto ꝙ deſcendit de celo. ergo erat antequã de celo deſcendiſſet. dicit eum unigẽitũ Iohanniſ primo. Et Ioh. octauo Ipſe dixit. Antequam Abrahã fieret ego ſum. Que omnia diuinitatiſ eiuſ ueritatem oſtendũt.

Quod experimento miraculorum Chriſti oſtẽditur eiuſ diuinitaſ. tum propter ſpetiem operum tum propter modũ. tũ ꝑpter documentũ. Cap. ii.

Ecundo inſinuemuſ experimento uel exemplo ꝙ Chriſtuſ fuerit ueruſ deuſ eiuſdem cum patre nature. Et de hoc ipſe Chriſtuſ dixit iudeiſ in templo in porticu Salomoniſ quando circundederunt eum iterrogante ſi eſſet Chriſtuſ. Loquor uobiſ & nõ creditiſ opera que ego facio in nomine patriſ mei hec teſtimonium perhibẽt de me Iohanniſ decimo Et cum propter huiuſmõi uerba uoluiſſent eum lapidare dixit. Voſ dicitiſ quia blaſphemo quia dixi filiuſ dei ſũ. ſi non facio opera patriſ mei nolite credere mihi. Si autem facio & ſi non creditiſ mihi operibuſ credite & cognoſcatiſ & credatiſ quia pater in me eſt & ego in patre. Ex hoc dicit Thomaſ in tertia parte queſtione. xliii. Quod miracula xpi fuerunt ſufficienſ teſtimonium diuinitatiſ ſue propter tria. Primo propter ſpetiẽ operum. Secundo propter modum. Tertio ꝑpter documẽtum. Primo propter ſpetiem operum que tranſcendebant omnem poteſtatem create nature propterea fieri nõ poterant niſi uirtute diuina. Vnde Iohanniſ nono. Cecuſ illuminatuſ dicebat. A ſeculo non eſt auditum quia aperuit quiſ oculoſ ceci nati. Niſi eſſet hic a deo non poterat hec ſigna facere. Secũdo miracula que fecit chriſtuſ fuerũt ſufficiẽſ teſtimoniũ diuinitatiſ ſue qa faciebat miracula ꝓpria uirtute Et auctoritate. Vñ Lu. ſexto ſcriptũ ẽ Virtuſ de illo exibat & ſanabit omneſ. Et Luce ſeptimo. Reſuſcitanſ adoleſcentulum imperatiue locutuſ eſt. Adoleſcenſ tibi dico ſurge. Et quando reſuſcitauit Lazarum Iohanniſ undecimo ait. Lazare ueni foraſ. Neque audiendi ſunt qui dixerunt animam

beatam & precipue aímam Christi uirtute propria posse miracula facere. Quoniam ut dicit Richardus distinctione decimaqrta. iii. libro. Miracula ñ possunt fieri aliqua creata uirtute. Vnde q̃uis Christus quia est deus & homo possit ratione diuine potentie miracula facere hoc tamẽ anima eius potest. Vnde Richardus libro primo de trinitate. c. secundo ait Illa ꝓdigia & signa que fuerunt facta ad confirmationem fidei nostre non nisi per diuinã uirtutẽ fieri potuerunt. Et si dicatur ꝙ in suscitatione Lazari xp̃us egit gratias deo patri Respõdetꝰ ꝙ aliud ẽ gratias referre & aliud suffragium impetrare. propterea Christus dixit loquens ad patrem. Ego.n. sciebã ꝙ semper me audis sed propter populũ qui circũstat dixi ut credant quia tu me misisti. Ideo imperatiua uoce clamauit Lazare ueni foras. Alii uero qui miracula fecerunt non ea fecere uirtute propria sed uirtute dei uel uirtute ipsius Christi icarnati Vnde & Petrus ut scribitur in actibus apostolorum dixit ei q xl. annis iacuerat infirmus ad portam templi in nomine Iesu surge & ambula. Tertio miracula sunt sufficiens testimonium Christi diuinitatis propter documentum quia filium se dei predicabat. Vnde Iohannis quinto dixit Pater meus usq; modo operatur & ego operor. Et Iohannis sexto. Sicut misit me uiuens pater & ego uiuo propter patrem. Et Iohannis septimo. Si me sciretis forsitã & patrem meum sciretis. Et Iohannis octauo. Ego & pater unum sumus. Et Iohannis. xvi. Exiui a patre & ueni in mundum itez relinquo mundum & uado ad patrem. Nisi hoc fuisset uerũ neq̃q̃ et astitisset diuina uirtus in miraculoꝝ patratione Nam ipossibile est ipsum deum tam scelesto mendatio ferre testimonium p opera infinite uirtutis que sũt miracula uera Ex hoc Gregorius i omelia de Epiphania contra duros iudeos sic pulchre loquitur. Omnia elementa auctorem suum uenisse testata sunt. Vt enim de his q̃si quodam humano usu loquar deum hunc celi esse cognouerunt qa protinus stellã miserũt Mare cognouit quia sub eius plãtis se calcabile prebuit. terra cognouit quia cõtremuit sol cognouit quia lucis sue radios abscondit. saxa & parietes cognouerunt quia ẽpe mor" eius scissa sunt. Infernus cognouit quia hos quos tenebat captiuos reddidit. Et tamen hunc quem deum omnia elementa insensibilia senserunt adhuc infidelium iudeorum corda deum esse minime agnoscunt & duriora saxis ad penitentia scindi uolũt eũq; confiteri abnegãt quẽ elemẽta ut diximus aut signis aut scissiõibus

deum clamant.

Quod apparet diuinitas Christi ratione sanctificationis animarum remissionis peccatorum & productionis mundi

Cap. Tertium.

Ertio insinuemus diuinitatem Christi ratione. Quecunque enim attribuuntur secundum ueritatem alicui illa que non possunt conuenire nisi soli deo. ille est deus Sed xpo attribuuntur secundum ueritatem ea que conueniunt soli deo ergo ipse est deus. Sunt autem illa principalia tria. Primum est animarum sanctificatio. Secundum peccatorum remissio. Tertium mundi productio. Primum quod deo conuenit est animarum sanctificatio. Ideo ipse leuit. xix. c. ait. Ego dominus qui sanctifico uos. hoc ipsum dicitur de christo Vnde heb. ultimo Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Secundum quod deo couenit est peccatorum remissio. propterea per Isa. xliii. Ipse sic loquitur. Ego sum q deleo iniquitates uestras. Sed & de Christo Mathei secundo Angelus dixit Ioseph. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ex hoc Mathei nono. c. Habetur. Quod cum quidam ex scribis murmurarent intra se quia Christus dixerat paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua Christus respondit. ut quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata tua an dicere surge & ambula. Vt sciatis autem quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata tunc ait paralitico. Surge tolle lectum tuum & uade in domum tuam. Tertium quod deo conuenit est mundi productio. hic est quod per Isa. xlviii. capitulo ait. Ego ipse ego primus & ego nouissimus Manus mea fundauit terram & dextera mea mensa est celos. Sed de Christo etiam dicitur Iohannis primo. In principio erat uerbum etc. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Et mundus per ipsum factus est & mundus eum non cognouit Non cognouerunt iudei quia in propria uenit & sui eum non receperunt. Non cognoscunt infideles quia ipsum purum hominem existiantes deum uerum adorare recusant. Non cognoscunt & mali xpiani qui ut dicit Paulus ad Titum secundum Confitentur se nosce deum factis autem negant. O mundanorum superbia detestanda. O temeraria mentis humane curiositatis. O denique ingratitudo maligna Certe ille qui in cuna uagijt in presepio pannis fuit inuolutus in terris cum hominibus conuersatus est in cruce in medio latronum

pependit in ſepulchro uſq; in diem tertium latuit ipſe uerus deus ẽ qui a mortuis reſurgens aſcendit in celum & ſedet ad dexteram dei Ipſe propter nimiam caritatem ſuam qua dilexit nos cum ĩ forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus ut hõ ut dicit̃ phil. ii. c. O immenſa pietas. O ardentiſſima caritas patris noſtri dei. de quo dicit̃ Ioh. iii. Sic deus dilexit mundũ ut filium ſuum unigenitũ daret ut oĩs qui credit in illũ non ꝑeat ſed habeat uitã eternã. hoc Greg. conſiderans xp̃m in cruce nudatũ clauis confiſſũ uulneribus plenũ coronatũ ſpinis extictũq; morte crudeli cũ admiratione ad deũ ac pietate clamabat. O inexiſtimabilis dilectio caritatis ut ſeruum redimeres filiũ tradidiſti. Nos uero cũ ipſo tã feruidũ amorẽ recolẽtes referamus gratias bñfactori noſtro deo & dño Ieſu xp̃o cui ſit laus & gloria ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

Sabbato q̃rte ebdomade in q̃dragesima de ueritate q̃litate ſeu tẽporalitate horribilis illius beſtie. ſ. antixp̃i q apparebit in ultimis temporibus cum conſumata fuerit iniquitas hoĩm

Sermo. liii.

Ego ſum lux mundi. Qui ſequit̃ me nõ ambulat in tenebris

Verba ſũt redẽptoris noſtri originaliter ſcripta Ioh. viii. c. & in euangelio hodierno. In ultimis tẽporibus cum cõſumata erit iniq̃tas hominũ apparebit deo ꝑmittente horribilis illa beſtia que uocabo cõi dicit̃ añxp̃s. ſ. xp̃o contrarius. ꝓpterea ſaluator noſter p̃monuit oẽs ut ſolidi eſſent atq; cõſtantes in fide neq; deſererent ipſũ ſaluatorem qui uerbo & exẽplo ſalutis uiã nobis oñdit. Erat enim lux uera que illuſtat omnẽ hoĩẽ uenientem in hũc mundum Ioh. i. Quoniã aũt tẽpore perſecutionis añxp̃i multi deficient qui xp̃m derelinquentes añxp̃m ſequent̃ & colẽt curentq; luce relicta poſt tenebras errorum ac uitioꝝ. Idcirco in preſenti ſermone pro eruditione preſentiũ de añxp̃o erimus tractaturi eo q nõ ipſe ſed xp̃s eſt omni ſtudio atq; conatu ſequentibus. De ipſo itaq; añxp̃o tria myſteria p̃ncipalia declarabimus. Primũ dicit̃ ueritas. Scd̃m q̃litas. Tertium tẽporalitas.

Quod ꝑ auctoritates ſcripture & teſtimonia ſanctoꝝ oñdit̃ futurus añxp̃s. Cap. i.

Primum myſterium de añxp̃o declarãdũ dicitur ueritatis.

In quo apte debemus oſtendere qualiter uerũ eſt q añxp̃s

ſit uenturuſ qui eccleſiam dei arctiuſ expugnabit & Chriſtianoſ
crudeliſſime perſequetur q̄m fecerit unq̄ quicunq; aliuſ Chriſtiani
nominiſ inimicuſ Ad hoc autem probandum ſūt auctoritateſ ſcrip/
ture & ſanctoꝝ teſtimonia que ſequuntur Scribitur nanq; Geñ.
xlix. capittulo. Quod Iacob patriarcha in extremo uite ſue p̄di/
cenſ filiiſ que uētura erant dixit de Dan fiat Dā coluber ī uia ce/
raſteſ in ſemita mordenſ ungulaſ equi ut cadat aſſeſſor eiuſ retro.
Et licet ut dicit Magiſter in hiſtoriiſ ſcholaſticiſ intelligant iudei
hanc propheciā de Sanſone qui fuit de tribu Dan ut patet Iudic.
xiii. Et iudicabit populum ut habetur ibi. xvi. capitulo. Tamen
ordinaria dicit ibi ſic Dan non ſolum coluber ſed ceraſteſ uocatur
qui ſerpenſ eſſe cornutuſ prohibetur. quo digne āñchriſti aduētuſ
aſſeritur quoniam contra ſanctoſ morſu peſtifero & cornu p̄ratiſ
armabitur Ambroſiuſ uero libro de benedictione patriarcharum
dicit prefatam prophetiam de āñchriſto debere intelligi. Ait enim
antichriſtuſ futuruſ eſt de tribu Dan ſeuuſ iudex & tyrannuſ im/
maniſ qui populum iudicabit & tanq̄m ſedenſ ī uia ſerpēſ deiicere
temptabit eoſ qui uiam ambulant ueritatiſ. hec ille. Sicut enim
duodecim fuerunt apoſtoli de quorum numero cecidit unuſ loco
cuiuſ ſucceſſit Mathiaſ ſic in numero duodecim tribuum filiorum
iſrahel una tribuſ ruit. ſ. Dan que in antichriſto perſequet̄ xp̄m
loco cuiuſ apoc. octauo in uiſione beati Iohāniſ ſuppletur tribuſ
Manaſſē qui fuit filiuſ Ioſeph ut dicitur Geñ. xxxviii. Quare
prophetia Iacob recte pronuntiauit antichriſtum futurum. Da/
niel uero nono. c. ita īquit. Adhuc aliud tempuſ erit. ſ. antichriſti
ſecundum Nicolaum de lira & faciet rex. i. antichriſtuſ iuxta ſuā
uoluntatem & eleuabitur & magnificabitur aduerſum omnem deū
& aduerſum deum deorum loquetur magnifica & dirigetur. i. p/
ſperabitur donec compleatur iracundia. ſ. dei. propterea quippe ē
diffinitio q̄ſi dicat. ſic eſt determinatū in dei preſcientia Et deum
patrum ſuorum non reputabit Et erit in cōcupiſcentiiſ feminaꝝ
nec quenq̄ deoꝝ curabit qa aduerſū uniuerſa conſurget Et Dañ.
viii. c. Cum creuerint iniq̄tateſ conſurget rex impudenſ facie. ſ.
antixp̄ſ inuerecunduſ ad omne malum etiā intelligēſ propoſitiōeſ
Et roborabit̄ fortitudo eiuſ ſed nō in uiribuſ ſuiſ. ſ. qa in uiribuſ
diaboli. Et ſupra quā credi pōt uniuerſa uaſtabit. Et pſpabitur
& faciet & interficiet robuſtoſ. ſ. illoſ q inuēient̄ firmi in lege dei
uolenteſ ei obedire & populū ſanctoꝝ ſcd̄m uolūtatem ſuam Et

dirigetur doluſ in manibuſ eiuſ & cor ſuũ magnificabit. Et ĩ copia rerum omnium occidet plurimoſ Et contra principem principum. ſ. deum conſurget. Et ſine manu conteret̃. ſ. qa illũ deuſ ĩterficiet non per manum hõiſ ſed angeli. De ipſo etiã añxp̃o ꝓphetizauit Ioh. i. ſua canonica. c. ii. Audiſtiſ quia añxp̃ſ uenit. i. ueniet tp̃e ſuo ſecundũ Nicolaũ de lira. Et apoc. xiii. Ioh. ait. Vidi de mare beſtiam aſcendentem habentem capita. vii. & cornua. x. & ſuper. cornua eiuſ. x. diademata & ſuper capita eiuſ nomina blaſphemie Et beſtia quam uidi ſimiliſ erat pdo. Et pedeſ eiuſ ſicut pedeſ urſi Et oſ eiuſ ſicut oſ leoniſ. Et dedit illi draco uirtutẽ ſuã & ptãtem magnam. Et uidi unum de capitibuſ ſuiſ occiſum in morte & plaga mortiſ eiuſ curata eſt. Et admirata eſt uniuerſa terra poſt beſtiã. & adorauerunt dracone qui dedit poteſtatẽ beſtie. Et adorauerũt beſtiam. d. Quiſ ſimiliſ beſtie & quiſ poterit pugnare cum ea. Et datum eſt ei oſ loquenſ magna & blaſphemiaſ Et data eſt ei ptãſ facere menſeſ. xlii. Et aparuit oſ ſuum in blaſphemiaſ ad deũ blaſphemare nomen eiuſ & tabernaculum eiuſ & eoſ qui in celiſ hitãt. Et datum eſt illi facere bellũ cum ſanctiſ & uincere illoſ Et data eſt illi poteſtaſ in omnem tribum & populum & linguam & gẽtem Et adorauerunt eam omneſ qui habitant terram quorum non ſũt ſcripta nomina in libro uite agni qui occiſuſ eſt ab origine mũdi. Sanctuſ etiam Methodiuſ quem commendat Hiero. in prologo ſuper Danielem de quo etiã meminit magiſter hiſtorie ſcholaſtice. c. iiii. ſuper Geñ. ita de añxp̃o dixit in li. quodã ſuo ĩ quo tractat de primiſ & nouiſſimiſ temporibuſ ueniet filiuſ perditioniſ q dictẽ añxp̃ſ & putanſ ꝙ ſit deuſ exultabit cornua eiuſ nimiſ Et Pauluſ ii. theſa. ii. c. Reuelabitur ille iniquuſ quẽ dominuſ Ieſuſ ĩterficiet ſpiritu oriſ ſui & deſtruet illuſtratione aduentuſ ſui. Cuiuſ aduẽtuſ eſt ſecundũ operationẽ ſathane in omni uirtute & ſigniſ & ꝓdigiiſ mendacibuſ & in omni ſeductione iniquitateſ hiſ qui pereunt. De añxp̃o etiam. Dama. dixit in. iiii. li. ſuarum ſententiarum. Decet ſcire quoniam oportet añxp̃m uenire. Et Aug. xx. li. de ci. dei. c. xix. Non ueniet ad uiuoſ & mortuſ iudicendoſ xp̃ſ niſi priuſ uenerit ad ſeducendoſ in aĩa mortuoſ aduerſariuſ eiuſ añxp̃ſ. ſed in quo tẽplo ſeſſuruſ ſit ĩcertũ ẽ utrũ ĩ illa ruina tẽpli qđ a Salomone cõſtructũ ẽ an in eccleſia. Et ſaluator noſter Ioh. v. ait. Ego uẽi ĩ noĩe patriſ mei & ñ accepiſtiſ me. Aliuſ uẽiet ĩ noĩe ſuo & illũ accipietiſ. Et Math. xxiiii. Cum uideritiſ abbominationem

desolationis que dicta est a Daniele ppheta stantẽ in loco sãcto qui legit intelligit. Predixerat quippe Daniel .ix.c. in dimidio ebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ & in templo erit abhoĩatio desolationis. ꝙ declamãs Illarius super Math. dicit Totũ iuditiũ aduentus futuri ponit. d. Cũ uideritis etc. De ãnxp̃i .n. temporibus hec locutus ẽ propheta Abhoĩatio .n. ex eo dicta ẽ ꝙ aduersus deũ ueniens nomen dei sibi uendicet. Desolationis autem abhominatio quia bellis & cedibus terram desolaturus sit. Deprebendimus ergo per tot testimonia uerum esse ꝙ ãnxp̃s ueniet Sed nonnulli hanc ueritatem subterfugere querunt. d. uenisse iam ãnxp̃m. Nã aliq sunt tenentes hereticos omnes antichristos fuisse. Alii opinantur illũ fuisse Neronẽ quidã uero arbitrantur ꝙ fuerit spurcissimus Maugmeth. Sed primis respondemus nõ esse negandũ hereticos omnes mysticos antichristos posse uocari. quia & Ioh. i. canonica. ii. c. Antichristi aĩt multi sunt & Hiero. super illo uerbo Math. Multi uenient in nomine meo. d. Ego sum xp̃s ĩquit. Ego reor omnes heresiarchas antixp̃os esse & sub nomine christi docere que contra christũ sunt. Veruntamen non obstat quin uerus & realis antixp̃s uenire debeat. Contra secundos uero dicere possumus ꝙ Nero non fuit antixp̃s uerus tum quia post ipsum inuenti sunt & alii crudelissimi persecutores xp̃ianorũ ut Domitianus Antonius Seuerus Maximianus Decius Aurelius Diocletianus Maximinus & ceteri. tũ quia antixp̃s regnare debet per tres annos cũ dimidio sicut patet in auctoritate superius allegata apoc. ubi dicitur ꝙ ẽ data illi potestas facere menses. xlii. Et Danielis. xii. c. dicitur. ꝙ persecutio eius durabit per tempus. i. per annum. Et tempora. i. p duos annos & dimidiũ temporis. i. dimidium anni secundum expo/sitionem Hiero. Nero autem secundum Herosium & Eutropium regnauit annos. xiiii. Nõ potuit etiam Nero esse antichristus qa antichristus interficiendus est ab angelo & Nero interfecit seip̃m ut qui aliis crudelis extiterat in seipso crudelitatis officiũ exerceret Sed adhuc quidam dixerunt Neronem resurrecturum & futuꝝ antixp̃m. de quibus dicit Augustinus li. xx. de ci. dei. Multũ mihi mira hec opinantium tanta presumptio. Alios uero qui dixerunt Maugmeth. fuisse antichristum conuincere possumus ex uerbis christi dicentis Mathei. xxiiii. Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro persecutio autem Maugmeth durauit iam per annos octingentos persecutio autem antichristi licet grauior

& terribilior futura sit qualibet alia abbreuiabit͂ propter electos Quare expectandus est antixp̄s de quo Paulus .ii. thesa. c. ii. ait Quod reuelabitur ille homo peccati filius perditiōis qui aduersat͂ & extollit͂ supra omne qđ dicit͂ deus.

De q̄litatibus seu cōditiōibus añxp̄i q̄ntū ad eius natiuitatē malignitatem & ptātem. Ca. ii.

Scđm mysterium declarandum de añxp̄o dicit͂ qualitatis in quo notare debemus triplicem eius conditionem. Prima dicit͂ natiuitatis. Secūda malignitatis. Tertia potestatis. Prima añxp̄i conditio dicitur natiuitatis secundum Methodiū nascetur in chorozaim nutrietur in bethsaida. Sed quibusdam uidetur ꝙ nascet͂ in Babylone ut dicit glosa super scđo thesa. Et Hieronimus super Danielem Veruntamen nec hoc uidetur consonum ueritati nisi intelligamus Babylonem mystice prout significat confusionem eo ꝙ Babylon illa magna cecidit & facta est inhabitabilis. Ex quo dubium uidetur ī quo loco determinate sit nasciturus antichristus De gente uero credibile est & uerisimile ꝙ nasciturus sit ut Hie. dicit super. xi. c. Dañ. de populo iudeorum. De modo autem licet quidā dicant ꝙ opere demonis generabitur sicubi. s. qui in assūpto corpore in specie mulieris supponet se uiro & incubi q. s. postea in specie uiri commiscebit se mulieri Tamen hoc nulla auctoritate probari potest. Et ut Hieronimus dicit ad Paulinum. Quod de scripturis sāctis auctoritatem non habet eadem facilitate cōtēnit͂ qua probatur. Idcirco inherendum est sententie. Dama. qui ait. Non ex fornicatione generabitur & suscipiet omnē actū sathane Secunda conditio añxp̄i dicitur malignitatis. Erit quidem homo malus uiciosus & nequam sicut unquam aliquis fuerit in hac uita. Sed apud nonnullos dubium uidetur Vtrum añxp̄s erit diabolus incarnatus quemadmodum xp̄s fuit deus incarnatus. Et quibusdā uidetur ꝙ sic quia Gregorius. xvi. mor. ait. Caput iniquorum ē diabolus qui ultimis tēporibus illud uas perditionis īgressus añxp̄s uocabitur. Veruntamen Hieronimus expresse contrarium dicit. super illo uerbo Danielis septimo. c. Ecce oculi hominis erant in cornu illo Non putemus inquit iuxta quorundam opinionē illud cornu id est antixp̄m diabolum esse uel demonem sed unum de hominibus in quo sathan habitaturus est corporaliter. quod dictū intelligendum est non ꝙ istud fiat per assumptionem & unionem in supposito quia ut puto inconueniens est suppositum quodcū꜃

creatū paſſe naturam extraneam aſſumere quia hoc eſt priuilegiū ſigulare ſuppoſiti īcreati. quare dicendū eſt qꝫ diabolus ī āxp̄o habitabit per totalem illius hoīſ poſſeſſionē. Et ad hūc intellectū trahenda ſunt uerba Gregorii Hoc etiā ipſum ſentire uidet Ioh. Dama. qui de āxp̄o ait preſciēſ deus iniquitatē future uolūtatis eius concedet in eo habitare ſathanam. Erit itaqꝫ āxp̄s hō uerus & purus licet diabolo familiariſſimus ex cuius commertio multa ſcire & facere poterit unde Gregorius xxix. li mor. ait. Sicut. n. cedrus arbuſta cetera in altum creſcendo deſerit ita etiam āxp̄s mundi gloriam temporaliter obtinens menſuras hominum & hoīes culmine & ſignorum poteſtate tranſcendet ſpiritus quippe in illo ē qui in ſublimibus poſitus potentiam nature ſue non perdidit uel deiectus. Cuius idcirco uirtus nūc mīme oſtenditur qa diſpēſatiōe diuine fortitudinis ligatur. Tertia āxp̄i conditio dicitur pātis. Accipiet nanqꝫ poteſtatē a deo ſinente & permittēte ſup uniuerſā terram. attrahet nanqꝫ paucis dumtaxat exceptis ad ſe omnes gentes facietqꝫ nō ſolum obliuiſci uerum etiam blaſphemari nomē illud quod eſt ſuper omne nomen. nomen. ſ. dñi noſtri Ieſu xp̄i Multaqꝫ impia loquet & dicet cōtra honorē eius & uirgīs matris ac omnium ſanctoꝝ celi īducetqꝫ omneſqꝫ populos ut ipſū colant p deo. Et ut dicit Math. xxiiii. c. Erit. n. tūc tribulatio magna q̄lis nūq̄ fuit ab initio mūdi uſqꝫ modo neqꝫ fiet. Inuadet ſiqdem ille hō peccati uniuerſū orbē terraꝝ manu armata cōgregabitqꝫ ī plūi copias īcredibiles nec erit q poſſit ſe defēdere a furore illaꝝ Largiet adhuc ampla munera & largiſſima dona hiſ q ei ſponte ſua adherebūt. Seducet & alios ſignis & pdigiis mēdacibus. Et ut dicit Math. xxiiii. Surget pſeudo xp̄i & pſeudo pphete & dabūt ſigna magna ita ut ī errorē īducāt ſi fieri pōt etiā electi. Ceſſabūt tūc deo pmittente oīa miracula uera. Cruciabuntur p xp̄o illi q feruentes erūt & nulla cōſolatione uiſitabūt O qd erit tunc tātes nouitates inſpicere. O q̄nta horribilitas uidere dirui templa & eccleſias dei religionē deleri cōtēni uirtutes. pphanari ſacra & pollui uirgīes ac torqueri ſine ulla pietate xp̄iāos O q̄ta ignomia occupabit tūc mūdū qñ licebit cūcuiqꝫ p libito ad carnalitates & ſpurcitiā omnē & ad laſciuias laxare habenas. Sed breue erit tp̄s illud in quo proſperabitur diabolicus antichriſtus. Quoniam ut predictum eſt poſt tres annos cū dimidio deo iubente interficitur ab angelo.

Quod secundum aliquos uicinum est tempus antixp̄i. tum prophetiarum prenunciatione. tum etatú annumeratione: tum etiam iniquitatum consumatione. Capitulum. III.

Ertium mysteriú declarandú de antixp̄o dicit t̄eporalitas. in quo uidendum est an proximum sit & uicinum tempus quo apparere debeat pessimus antixp̄s. Et saluo iudicio meliore dicunt quidam ꝙ sic propter tria. Primo propter prophetiarum prenúciationem. Sc̄do propter etatum annumerationé. Tertio propter iniquitatum consumationem. Primo prophetiarum prenúciationem. Aiunt enim abbatem Ioachim spiritu claruisse prophetico. Ipse uero papalistam depinxit in quo multa futura de statu ecclesie prenunciauit. Ibiq̄ ponit duos post istū qui Paulus sc̄ds uocatur summos pontifices esse futuros. post quos & tercius depingitur qui coronā exhibet antixp̄o. Sed & ego dico ꝙ licet multa p̄dixerint Ioachī Sancta Brygida Methodius Merlinus & ceteri qui spiritum habuerunt prophetie tamen ut mihi uidetur dicta eorum non intelliguntur. Nam de Nicolao Calixto Pio & Paulo pontificibus maximis nihil inuentum est. Quod papalista sonat secundum ueritatem. Quod si uerum sit relinquo arbitrio sapientium dicendum. Et propterea reprehensibiles potius iudico q̄ laude dignus ees qui p̄phetias que in scriptura sacra nō habēt nimis curiose legere & interpretari student quoniam sepius inueniuntur decepti. Scio etenim etiam graues ac sanctos uiros in hoc ipso defecisse. Nam quidam egregius & sanctus predicator diebus nostris catalogo sanctorum ascriptus bono zelo ductus publice & sepissime predicauit immo super inde tractatum copiosissime scripsit. Quod suo tempore natus erat antixp̄s habebat ipse q̄sdam prophetias aliquasq̄ rationes quibus inducebatur ut ita crederet & predicaret. Sed reuera euidencia facti declarat ipsum fuisse deceptum. Et sic non audeo per aliquam prophetiam quam non intelligo temere diffinire ꝙ tempus iam immineat antixp̄i. Sc̄da ratio que mouit aliquos ut dicerent proximum iam fore antixp̄i tempus est propter etatú annumerationem. Dicunt enim nos esse in sexta etate mundi. ex qua preterierunt. M. cccc. lxvi. anni. Et ex consequenti in breui múdus habebit finem. Et cú antixp̄s anteq̄ mundus finiatur uenturus sit. ergo ueniet in breui. Sed q̄d ad hoc dicendum sit diffusius habebitur in sermone de contemptu mundi. Tertia ratio qua pleriq̄ astruere nituntur antixp̄m cito

esse uenturam est propter iniquitatum consummationem. Dicunt enim impletam iam & consumatam esse mensuram iniquitatum & peccatorum ac per hoc instare tempus de quo. ii. thi. iii. c. dicitur. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. & erunt homines seipsos amantes cupidi elati superbi blasphemi parentibus nõ obedientes ingrati scelesti sine affectione sine pace criminatores incontinentes immites sine benignitate proditores proterui tumidi uoluptatũ amatores magis q̃ dei habentes quidem speciem pietatis uirtutem autem eius abnegãtes hec illi. Quia uero o͞ia supradicta inuoluerunt homines mortales miserosq; & potissimũ eos qui nomẽ xp̄ianum profitentur. propterea & si ratio tertia non concludat de facto q̄ ultimum sit tempus antixp̄i satis tamen efficax est ad nos monendum ut illud timeamus tempus. heu heu. Quis sine horrore cogitare queat quantum hodie superhabundauit iniquitas & refrigerata est caritas multorum. O xp̄iana religio. O decora & inuiolata fides persequũtur te hodie deturpant & inficiunt nõ tantũ alienigene. sed & tui qui fideles & xp̄iani uocari gloriant̃. Illi sunt qui modicam aut nullam habent ad dei cultũ reuerentiã. Illi qui ecclesiasticas dignitates p̄ explendo ābitionis sue appetitu furantur & rapiunt. Illi sunt qui collocauerunt uineam domini sabaoth. i. ecclesiam sanctam non agricolis fidelibus sed ut ita dicã atrocissimis hostibus. Illi sunt qui ecclesiarũ bona lacerant dissipant in usus malos expendũt & deuorant sicut lupi. Illi sunt q̄ p̄ncipãt imperant & dominantur populis sine iustitia sine ueritate sine clementia. Illi sunt qui precepta dei uiuẽtes negligũt & contẽpnũt. Non colunt deũ non amãt nõ uenerant̃ & blasphemant nomen eius sanctũ & in illo putant dies festos non seruant parentes aspernantur inuidi sũt iracundi litigiosi sediciosi percussores homicide humanum sanguinem crudeliter effundentes. Non erubescunt quasi iã publice adulterari fornicari & q̄ his fedius est cõtaminari fedissimo uitio sodomie. Auaritie autem locum dederunt ita ut nulla sit amplius ueritas nulla fides nulla caritas in eis. Lucrantur per usuras fraudes simulationes deceptiones & alios indebitos mõs. Licentiarunt linguam ut loquatur criminationes mẽdacia testimonia falsa detractiones susurrationes scurrilitates contumelias improperia & conuitia. Aperuerunt cor suum ad concupiscendũ huius seculi bona & ad desiderandum delectari in peccatis carnis. Fregerũt multi uotũ q̄d deo fecerant. Finxerũt multi bonitatẽ

uite acceperunt ouium uestimenta intrinsecus autem sunt lupi rapaces. O quanta peccata & q̄ enormia latent sub ouina pelle. O magne deus. O sapientissime domine. Tu omnia uides. tu oīa denique nosti. Nos uero merito propter tanta facinora timere debemus ne in nos deseuiat ira sua. sinatque p antixp̄m uexari mundū tempestate magna. A qua nos liberet redemptor noster pijssimus qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Dominica de passione in mane de bonore parentū exēplo xp̄i qui in euangelio suum patrem honorare se asserit .s. quo ad dilectionem subiectionem & conuersationem.

Sermo. LIIII.

Go honorifico patrem meum. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Ioh. viii. c. & hodierno euāgelio annotata. Facti sūt adeo ut plurimū ipsi filii ad pētes suos ut merito quilibet pater aut mater dicere possit illud Isa. i. Filios enutriui & exaltaui ipsi autem spreuerunt me. Vt igitur etiam & ipsi iuuenes & adolescentes ac pueri parentes colendo ad ueram penitentiam reducātur in presenti sermone de honore parentum dicere statui. Nā exodi. xx. c. Dominus deus dixit. Honora patrē tuum & matrem tuam ut sis longeuus super terram. Christus uero in euangelio hodierno patrem se honorare fatetur ut sic nos etiā suo exemplo instrueret quid agere debemus. De ipso itaque pentū honore tria mysteria declarabimus.

Primū dicit dilectiōis. Secundū subiectionis. Tertiū conuersatiōis. Quod honorādi sūt pētes pp̄ter bn̄ficiorum multiplicitatē pp̄ter parētū caritatē & pp̄ter irrōnabiliū exēplaritatē. Ca. I.

Rimum mysterium declarandum de parentum honore dicitur dilectionis. Dicunt utique filii qui parentes honorare uolunt illos diligere & ex corde amare propter tria. Primo propter beneficiorum multiplicitatem. Secundo propter parentū caritatē. Tertio propter irrationabiliū exemplaritatem. Primo filii debēt parentes diligere propter beneficiorum multiplicitatem. Quisnam explicet quot a parentibus filii beneficia receperunt? Ab illis eqdē sumpserunt esse qđ bonū tam grande est ut ipsum sit fundamentū omnium aliorum bonorum. Nam qui non habet esse nullū aliud bonum habere potest non diuitias non gloriam non famam non scientiam non uirtutes non gratiam non uitam eternam. Ipsum

etiam eſſe bonũ ab omnibuſ eſt deſiderabile. Vnde Ar. ii. de aĩa inquit. Omnia appetunt eſſe & illiuſ cauſa agunt quecunq; agũt ſcd̃m naturam. propter hoc bonum a parentibuſ habitum libro de ebdomadibuſ ait. Omnium bonorum ipſum eſſe bonum eſt. hinc etiam ſapienſ eccleſiaſtici. vii. c. ait. Honora patrem tuum & ge/nitum matriſ tue ne obliuiſcariſ. Memento quoniam niſi per illoſ non fuiſſeſ. Et Hieronymuſ in epiſtola de honore parentum ait Honorandi ſunt parenteſ quia primo ſunt nobiſ cauſa naſcendi hoc beneficio motuſ. Coriolanuſ romanuſ conſul ab urbiſ rome obſidione ceſſauit. Scribit nanq; de illo Eutropiuſ q̄ poſtq̃ uicerat uolſcoſ & corioloſ. unde poſtea nomẽ accepit exul factuſ romaniſ ad uolſceſ in exilium mittitur cum quibuſ gratioſe uiuenſ ab eiſ contra romanoſ dux factuſ eſt. Et poſt multaſ ciuitateſ & terraſ ab eiſ adeptaſ ad foſſaſ quinq; milliũ paſſuũ ab urbe caſtra poſuit. ſecunduſ poſt Tarquinium ſuperbum qui contra patriam duxiſſet exercitum. Populatur inde romanũ agrum cuſtodibuſ inter po/pulatoreſ poſitiſ. Quod ſecundũ Frontinũ de re militari faciebat ut diſcordia oriretur inter patreſ & populum. Multitudo tandem ingenſ pacem expectanſ ſenatũ mouit ut ad Coriolanũ oratoreſ mitteret. Qui cum non obtinuiſſent iterum miſſi alii non recipiũt in caſtriſ. Mittuntur poſtea ſacerdoteſ cum ſuiſ inſignibuſ uelati qui minuſ fecerunt q̃ primi. Tunc matrone ut ſcribit Valeriuſ ſub rubrica de pietate erga parenteſ ad Vecturiam matrem Co/riolani Volũniãq; uxorem frequenteſ conueniunt ut ipſa mater & uxor Coriolani duoſ eiuſ filioſ in hoſtium caſtra ducerent & urbem precibuſ liberarent quam armiſ tutari difficile erat. Cum ergo ad caſtra uentũ eſt nũciatur Coriolano adeſſe ingẽſ mulieꝝ agmen. qui ſpreuit eaſ. Mox quidam familiarium. niſi me inquit decipiant oculi mater tua coniunx & liberi tui adſunt. Tũc Co/riolanuſ cum matri obuiẽ amplexum ferret dixit mater. Priuſq̃ amplexũ accipiam dic an ad hoſtem an ad filium uenerim & utꝝ captiua in caſtriſ tuiſ ſim. In hoc me longa uita & ſenectuſ traxit ut exulem te deinde hoſtem uiderẽ. Potuiſti populari hãc terrã que te genuit & nutriuit. Si ego te non peperiſſem roma non oppugnaretur. Si filium non haberem libera in patria mortua eſſem. Vxoriſ deinde ac liberoꝝ amplexuſ ab omni turba mulieꝝ ſtrauere uirũ. Tunc ad matrem uerſuſ ait. Expugnaſti & uiciſti iram meam Patriã ergo utero tuo dono. repenteq; agrũ romanũ

armis hostibus liberauit. Recordatus ergo fuit Coriolanus quantū
matri debebat in cuius utero suscepit esse. hinc Hieronymus de
honorandis parentibus ait. Prebeatur patrū amori iusta formido
qui primi nobis sunt causa nascendi Exhibete patribus filii quod
uos potestas paterni nominis cogit que adeo est eorum meritis at/
tributa ut ipsa de uobis exigat: quod natura iubere non potuit.
Matribus quoq; debitam impendite reuerētiam que uobis uteri
liuore seruientis pondus corpis uestri tolerāt atq; ignocā portātes
infantiā famulatum quendam exhibent obstetricis. Illo tempore
non tm̄ sibi mater esurit nec acceptos sola digerit cibos. Materno
uictu aliter & ille qui latet cuiusq; mēbra alterius comestiōe pascūt
ut homo futurus alienis morsibus saturetur. hec ille. Sunt & alia
beneficia filiis a parentibus oblata. Nam ut in pluribus ipsi filios
nutriūt aut nutriri faciūt ipsos ī etate īfantili cū magna diligētia.
ab omnibus contrariis ꝓtegunt & defendunt. Ipsi eis prouident de
uita & tegumēto. Ipsi eis alludunt applaudūt & blādiūt ut a plāctu
reuocent. Ipsi eos docent ut loqui sciant imo ut sepissime ut bonos
mores sequant̄ Propterea Hieronymus de honore parentum ait.
Memento parentū quia talis es quorum manibus īcremēta sūpsisti.
Secūdo filii debent parentes diligere ꝓpter parentum caritatem
Nam quātūcūq; filii diligant patrem & matrem tamen ab his plus
diliguntur. Et hoc secundum Aris. viii. ethi. prouenit ex triplici
ratione. Prima ratio est diutūnitatis temporis. Namquanto amor
magis durat tanto uehemētior perficitur. amor autem parentum
ad filios diuturnior est q̄ filiorum ad parentes. Statim. n. cū filii
nascūt̄ parentes diligunt eos non tn̄ statim filii diligūt parentes.
quia nō statim sunt tante cognitionis ut possint cognoscere quid
sit diligendum diutūior ergo est amor parentum ad filios q̄ econ/
uerso & fortior est & uehementior. Secūda ratio est certitudinis
prolis. Parentes igit̄ sunt magis certi de sua prole q̄ ipsa de paren
tibus. Et sic matres plus q̄ patres. Tertia ratio est unionis qui
filii uniuntur parentibus eo ꝙ ipsis habent esse & non ecōuerso
Ideo dicit Alex. in. iii. uolumine sūme. ꝙ de amore filius exhi/
bendo non datur p̄ceptū sicut nec de amore sui ipsius quia ad hoc
sufficienter īclinat natura. Vnde sicut humor ascendit a radice ad
ramos & non econuerso sic naturaliter a pentibus ascendit amor
ad filios & nō ecōuerso. Idcirco amor pentū ad filios est naturalis.
Amor uero filioꝝ ad pentes debet esse gratuitus. hic Hierōymus

ni epistola de honorandis parentibus ait. Sit tibi grata uita parentum quibus carior est uita tua q̄ ppria. Redde amoris uicem colende pietatis. De hoc autem amore parentum ad filios est exemplum de Dauid clemētissimo. ii. Reg. xviii. Cū. n. Absolō filius eius tēptasset eum pellere regno ac Dauid cōtra eum mouisset exercitū. cū ipse Dauid remāsisset in porta ciuitatis precepit Ioab & Abisai quibus cōmissa erat summa belli. d. seruate mihi puerum Absolon. Itaq; egressus est populus contra absolonem & suos in campum et factū est prelium. Debellataq; est ab exercitu Dauid gens Absolonis. Accidit aūt ut Absolō occurreret seruis Dauid sedens mulo. Cūq; īgressus fuisset mulus subter cōdensam quercum adhesit caput eius quercui & illo p capillos suspēso mulus cui sedebat ptrāsiuit. Quod cū nūciatum fuisset Ioab tulit tres lāceas ī manu sua & infixit eas ī corde Absolōis. Cūq; adhuc palpitaret cucurrerūt decē iuuenes armigeri Ioab & īterfecerunt eū. Cum uero nuncius curreret ad Dauid qui sedebat inter duas portas & speculator diceret. Video aliquē uenientē dixit Dauid. O si bonus ē iste nūcius. Et appīquās nūcius ad Dauid ait. Salue rex. Benedictus dñs deus qui dispersit oēs cōtrarios regi meo. Et ait rex. ē ne pax puero Absolō? Qui rñdit. q īterfectus erat O Dauid pater pijssime O pater amātissime. Nō cogitauit Absolonis rebellionē. non dixit. uolebat filius meus subripe regnum meū. adeo merito est īterfectus. imo paterno amore deuictus cōstrictus ē lacrimas fundere & ascendit cenaculū porte & fleuit & sic loquebat. Fili mi Absolon. Absolon fili mi. qs mihi tribuat ut ego moriar pro te Absolon fili mi. fili mi Absolon Vicebat ergo paternus affectus Dauid animū ut de mortuo filio licet sibi īimico non gauderet sed potius angustiaret. Tertio filii debent parentes diligere ppter brutorū & irrōnabilium animalium exemplaritatē. Ipse eqdē seuissime fere & aīalia siluestria serpētes feroces uolucresq; rapaces ad parentes suo mō pietatē exhibent & amorē. De ciconia. n. in li. de natura animaliū legit q senescēs pater aut mater eius ab ea nutritur alis cōfouetur & ciconia filia quecūq; pōt bñficia parētibus īdulget. Quare ut dicit Ambrosius in examerō auis pia romanorū ātiquo more appellari solebat. Sed dum hec loquimur admirari debemus unde est q ī multis filius tāta iniquitas reperit. Nam usq; adeo pleriq; in patrem aut in matrem crudeles effecti sunt ut non solū eos odiāt non solū non ament sed mori illos desiderent & affectēt. imo usū ē tēporibus nris M. cccc.

lxx. in ciuitate Bari filium gladio interimere ꝓpriam matrem. O genimina uiperaꝝ. O oĩſ hũanitatiſ inimici. O in exoratiſſimi filii. O ſocii ꝓditoriſ Iude. Et quid nequiuſ cogitari aut dici poteſt uel audiri q̃ erga pẽteſ urõſ urã iniqua & mala uolũtaſ. Sed ut arbitrari poſſum triplex eſt cauſa cur filii parenteſ exoſoſ hñt. Prima cã ẽ filioꝝ ſupbia ꝓpter quã egre ferũt ſi a parentibuſ corrigãt. ſi illoꝝ rep̃mãt audacia. ſi moneãt ut bñ uiuant. Contra taleſ eſt aureũ illud dictũ Salomoniſ. Audi fili mi diſciplinã priſ tui & ne dimittaſ legem matriſ tue ut addatur gracia capiti tuo & torqueſ collo tuo. Secũda cã q̃re filii odiũt parenteſ eſt auaricia. Cupiũt eqdem dominium & ptãtem habere ſup paterniſ & materniſ boniſ & cum id aſſequi non ualeant contra parenteſ concipiunt odium. Nonnulli uero uiduaſ matreſ & uetulaſ nũc p̃cibuſ nũc blãdiciiſ falſiſ inducũt ut de ſua dote liberã eiſ faciãt donationem. Qui cũ cũ id obtinẽt nullã de matribuſ curã gerunt Et propterea caute agendũ eſt ut q̃diu qſ põt eſſe bonoꝝ ſuoꝝ dñſ nõ det alicui bona ſua. Ex hoc ſapienſ ecclesia. xxxiii. c. ait. Filio & mulieri fratri & aico non deſ ptãtem ſup te ĩ uita tua. & nõ deſ alieniſ poſſeſſionẽ tuã ne forte peniteat te & dep̃ceriſ ꝓ illiſ. Tertia cã q̃re multi filii parenteſ odiũt illoꝝ luxuria. Ve. n. dicit̃ Eſdre. iii. c. Multi dementeſ facti ſũt ꝓpter uxoreſ ſuaſ. ꝓpter illaſ qñq; filii pẽteſ moleſtãt expellũt de domo & q̃ſi ãpliuſ uidere nõ pñt. O filii diligite uxoreſ ueſtraſ ſed non ĩmoderato amore ne parẽtũ ueſtroꝝ obliuiſcamini. Mementote ſemper q; magiſ diligũt uoſ parenteſ ueſtri q̃ uxoreſ ueſtre.

Qualiter filii debẽt parẽtibuſ eẽ ſubiecti & de triplici gradu ſupioritatiſ ſpiritualiſ temporaliſ & corporaliſ. Ca. ii.

Eeundũ myſterium declarandũ de honore parẽtũ dicit̃ ſubiectio Debent utiq; filii eſſe pentibuſ ſubditi. illiſq; obedire Et de hoc dicit̃ col. iii. Filii obedite parentibuſ ueſtriſ p oĩa. Et eph. v. Filii obedite parentibuſ ueſtriſ ĩ dño. hoc. n. iuſtũ eſt. honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã quod eſt mandatũ p̃mũ in ꝓmiſſione ut bñ tibi ſit & ſiſ longeuuſ ſup terrã. Et Hieronymuſ ĩ epiſtola de honorãdiſ parentibuſ ait. Imitamĩ filium Machabeũ q matri ſuadenti mortẽ obediuit & duꝝ imperiũ gratanter aggreſſuſ ẽ ne offenderet genitricem. Et redemptor noſter humilitatiſ magiſter ut dicit̃ Luce. ii. c. Erat ſubdituſ illiſ. ſ. Ioſeph & uirgini matri. Et deutro. xi. c. qñ lex currebat ſeueritatiſ & iuſticie dixit deuſ.

Si genuerit hō filiū contumacē & proteruū q non audiat patris ac matris imperium & coartatus obedire cōtempserit apprehēdēt eum & ducēt ad seniores ciuitatis & ad portam iudicii dicentq ad eos. Filius noster iste proteruus & cōtumax est. monita nostra audire cōtemnit comessationibus uacat & luxurie atq cōuiuiis lapidibus eū obruat populus ciuitatis & morietur ut auferatis malum de medio uestri & uniuersus Israhel audiens pertimescat. Notādū tamē scd'm Alex. in. iii. q triplex ē gradus suꝑioritatis. secundū quem debet esse ordinata obediētia. Prima est superioritas spiritualis. Secūda temporalis. Tertia corporalis. Prima suꝑioritas spūalis in qua ē prelatus cui obediēdū ē in spūalibus & non in tp̄alibus nisi per accidens sequantū temporalia q̄nq ordinari possunt ad aliquē finem spūalem. Scd'a est superioritas temporalis in qua preest dñs tēporalis q mādare pōt ea que cōcernūt publicū & cōmune bonū eiq sub pena peccati obediēdū ē ut dicit. xi. q. iii. c. Qui resistit. c. Si bonū. c. Iulianus. Et di. viii. c. Que contra mores. Tertia est superioritas corporalis in qua paterfamilias preest filiis & omi domui sue. & scd'm hanc pater potest precipere ea que pertinēt ad necessitate uel utilitatem. Et scd'm hoc filii debent parētibus obedire. Vnde si parentes mandarent illa que pertinēt ad superiores spirituales utputa q filii ieiunarent in pane & aqua quod ē officiū cōfessorū aut mandarent ea que pertinēt ad superiores tēporales sine ipsoꝝ uolūtate & auctoritate non esset eis obediendū. Multo minus etiā non debent filii parentibus obedire in his que cederēt in detrimentū ppie salutis & esset contra diuinū honorē. Vnde Vgo de sancto Vic. ait. Obedire debemus parentibus i omnibus exceptis his in quibus dei patris dilectio offenderet. Et Hieronymus ad Furiā. Honora patrem tuū sed si te a uero patre non sepat tādiu scito sanguis copulā q̄diu ille suū nouerit conditorē. Aliogn tibi Dauid primus clamat & dicit. Audi filia & uide & obliuiscere populū tuū & domū patris tui. & concupiscet rex decorē tuum. hec ille. Ex quibus omnibus colligimus q grauiter errent filii hi q filios aut filias non ex leuitate sed ex uolūtate bona deo seruire uolentes impediūt ac a pposito bono reuocare nitūtur de quibus diffusius in sermone de religiōe dicemus. Nūc autē hortari tm̄ sufficiat iuuenes propter xp̄m non dubitare parentibus non obedire. Ipse enim dixit Math. x. Qui amat patrem aut matrem plus q̄ me nō est me dignus. Sic confortabat sāctus Sebastianus

iuuenes illos fide & sanguine ac passione germanos Marcum. s. & Marcellianũ dũ pro fide xp̄i decollari debebãt. Ad quos aduenere parentes ut eos a sancto proposito reuocarent. Aduenit & primo mater que soluto crine. scissisq; uestibus ubera ostendens aiebat. O ꝑdulces filii. circũdat me inaudita mesticia & intolerabilis luctus. Heu me miseram amitto filios ad mortem ultro tendentes quos si mihi hostes auferrent ꝑ media sequerer bella raptores si uiolenta iudicia concluderẽt carcerem irrumperem moritura. Nouum hoc ꝑeundi genus est in quo carnifex rogat̃ ut feriat. uita optatur ut peat. mors inuitatur ut ueniat. Nouus hic luctus. noua miseria in qua natoꝝ iuuentus spõte amittit̃. & parentum miseranda cogit̃ se/nectus ut ueniat. hec dĩce matre. pater senior adducitur manibus seruuloꝝ & puluere asperso capite huiusmõi uoces dabat ad celum. Ad mortem ultro proficiscentibus filiis ualedicturus adueni ut que mee sepulture paueram i filioꝝ sepulturas expendã ĩfelix. O filii baculus senectutis mee & geminũ uisceꝝ meoꝝ lumẽ Cur sic mortẽ diligitis? Venite huc iuuenes & flete sup iuuenes sponte pereuntes Venite huc senes & mecum super filios plãgite meos. Deficite plo/rando oculi mei ne uideã filios meos gladio cedi. Aduenerunt etiã cõiuges cum filiis lamentantes. inter hec ceperunt corda martirum molescere. quos tñ sanctus Sebastianus suis uerbis dulcissimis con/fortauit adeo ut ꝑ xp̄o aĩo se pati nõ dubitarent. Et sic decollati sũt. Quo exẽplo edocẽt iuuenes nõ esse illis curandũ si in his que ad aĩe salutem ꝓprie & ad dei spectant honorẽ a parentibus con/trarium precipitur & ob hoc sint eis inobedientes ut deo pareant.

Quod filii debẽt cum parentibus conuersari cũ benignitate cum humilitate & cum pietate. Ca. iii.

Ertiũ mysterium declarandũ de honore parentũ dicitur cõuersationis. debent utiq; filii cũ parentibus cõuersari ut debent & expedit tripliciter. Primo cũ benignitate. Scd̃o cum humilitate. Tertio cum pietate. Primo cũ benignitate ut sint eis benigni ad consolandum eos non ad contristandũ. Nam ut inquit Hieronymus habet qnandã senectus infantiã. Solent utiq; senes esse tediosi. suspiciosi. querulosi. ĩmũdi. & in domo inutiles. non tñ ꝓpterea filii debent per ĩpatientiã uerbis illos exasperare. Vnde Hiero. ĩquit. Nemo parẽtes asperis uerbis ledat. hoc ora filiorum aspernẽt quod parentes ledat audire. Et idẽ Hiero. de honorãdis parentibus ait ad filios. Audite filii salutiferam iussionem et ꝑcepta

ligii affectu debiti amoris implete. Seruite patribus futuri patres & matres uestras tenera diligite pietate. & ut uestre cōiuges mere- ant matrū nomine nūcupari. Nemo patrē asperis uerbis ledat. nō fiat amara dulcedo. hoc tamen sit inter parentes & filios q̄ domino iubente natura continuit Affectamē sonet qcquid lingue dixerit liberorū. Inter caras cōiūctasq̄ personas pietatis iura seruent̄. hoc filiorū ora loquāt̄ quod delectat parētes audire. Et iterū supra- dicto libello idem ait Meret̄ enī cecitatis sue subire supplicitū qui parētū uultus uel toruo uisu despexerit & elatis oculis leserit pi- etatem. Si quicq̄ sapitis filii eo anī̄o uidete uenerabiles facies quo nosipī conspiciūt et eorū labris dulcibus osculis inherete quia eorū oscula adhuc habetis ī mēbris. Senibus seruire pfacile ē quos nemo potat nemo nutrit succo corporis sui. foueat̄ itaq̄ parentum sene- ctus & factis eorū uicissitudo reddatur. hec ille. Contrarium autem facientibus multa mala eueniunt . Vnde idem Hiero. ubi supra: Irreuerēs autem filius quod a dn̄o ipse mereatur Salomonis dicta testant̄. Contumeliis afficiens patrem et cōtemnēs senectā matris confūdet̄ & ī obpbrii erit. Filius derelinquēs custodire disciplinā patris meditabit̄ sermones malicie. Maledicenti patrem & matrem extinguet̄ lumen & pupille oculorum eius uidebūt tenebras. Audi fili patrem qui genuit te nec cōtempseris quia senuerit. mater tua Parcat patri lingua quā genuit & matrē suā nemo crudeli uerbo pcutiat. Sic te rapiet fili iuuenilis etatis auctoritas ut noueris uñ sis natus. Memento scripture sancte ubi spiritu sancto loquente dictū est. Qui maledixerit patrem aut matrem morte moriat̄. hec ille. Que oīa breuibus uerbis cōprehēdēs sapiēs ecclesiastici. iii. c. ait Fili suscipe senectā patris tui & nō contristes eū in omni uita tua Si defecerit sensu ueniā da illi . Suscipe inquit senectā laboriosam & onerosā recordans infantie tue qñ flebas turbabas domū īgeta- bas dormiētes fatigabas matrē fedabas pānos & alia faciebas q̄bus īfantilis etas solet esse molesta. Sicut. n. tolerauit mater aut pater īmo suscepit & adiuuit infantiam tuam sic & tu suscipe & non ab- horreas senectā illorū. Sequit̄ sapiens in auctoritate preallegata d. patris tui non alieni non canis non inimici sed patris tui cari ge- nitoris amatoris & benefactoris. O q̄ dulce uocabulum pater aut mater. O q̄ gratum uerbū filius aut filia. Hinc Hieronymus ad matrem & filiam in Galliis cōmorantes ait. Mater & filia nomina pietatis officiorū uocabula uincula nature. hec ille. Caueant autem

filii ne quod absit deficiētes sensu parētes derideant & maledicant. sicut et Cham qui maledictus fuit eo ꝙ Noe patre suo dormiente eū discoopertū irrisit ut habet Genesis. ix. c. Secundo filii debent cum parētibus cōuersari cū humilitate illos reuerēdo atq̧ timēdo. Maxime aūt filii timere debent ne sua culpa aut defectu a patre uel matre maledicantur. Est enī hoc modo paterna aut materna maledictio sagitta uulnerās & penetrās intima cordis filioꝝ maloꝝ. Vnde Augustinus. xxii. li. de ci. dei. narrat ꝙ apͣ Cesariam Capadocie quedam nobilis matrona fuit uiri destituta solatio. x. filios habēs septem mares & tres feminas. Quadam autem uice mater ab eis offendit & maledictionē filiis imprecat. Subito imprecationem matris diuina uīdicta subsequitur & omnes pena horribili & simili feriūt. Nam omnes tremore sunt horribiliter ꝑcussi. Quapropter nimiū dolentes & ciuiū suorum oculos non ferētes per totū orbem uagari ceperūt. Et quocūq̧ ibant omniū in se ꝓuocabāt aspectū Ex his autem duo frater & soror Paulus & Palladia Hyponiam uenerunt & Augusto quod sibi aduenerat narrauerunt. Cūq̧ iam xv. diebus ante pasca ecclesiā beati Stephani frequentantes sanitatē ab ipso martire multis precibus postulassent ī ipso die pasce cū frequēs populus presens esset oratione facta ante altare sācti Stephani ambo frater & soror surrexerūt pariter sani. O filii superbi. O filii uestris parentibus insultantes. O filii irreuerētes inobediētes & contumaces timete paternā & maternā maledictionē. Timere insup & diuinum iudicium. nam sicut longa uita sperāda est ab illis qui parentes honorant ut habetur exo. xx. c. & .iii. ita & breuis uita & infelicitate plena a malis filiis est pertimescenda. Tertio debent filii cum parentibus conuersari cum pietate illis. s. ī infirmitatibus necessitatibus & antiquitate pie subueniendo cū facultas adest. Vnde Hieronymus ubi supra ait. Exolue fili quod debes & officia debita qualicūq̧ exhibe famulatu parentibus uero nemo reddere potest quantū tenet. Et Ambrosius sup Lu. ait. Si paueris īquit matrē nō reddidisti ei cruciatus quos ꝑ te passa est nō labores quibus te gestauit. nō alimēta que tibi ministrauit. Audi etiam Hiero. O ingrate fili ubi supra. d. Quid ipsa memorem nutrimēta et tenere infantie dulces iniurias quas nutritoris affectus de suis parabolis sumit? Quid cibos ī matre confectos qui feminteis manātes ex mēbris lacteum soluūtur in succū & in uallidas fauces liqdo sapore perfundunt. Cogente nature sumūt īfantes de matre

qđ bibāt & dēte nō nato hoc sibi currētibus labris elicitur qđ non sit necesse mordere. Seruiūt materna posteris pectora seruiūt ipsis i cunabulis manus & terga mēbris deuoluta lactētū gratos artus accipiūt. optat mater paruulū crescere optat cito uidere maiorē quem minus iuuenē nutrire festinat nūq sibi forsitan seruituq. his tot tantisq pcedentibus factis parentibus et matri tota debet alacritate seruiri. hec ille. p ut fecit illa filia licet pagana quā laudat Valerius rubrica de pietate erga parētes. hec matrem adiudicatā ut fame moreret i carcere per dies plurimos fingēs se uisitationis causa ad eā accedere uelle impetrato a carceris custode aditu tamē bene excussa ne sibi alimenta portaret proprio lacte sustentauit. Quod dū iudici innotuisset matri donauit uitā admirās filie pietatē. Curēt igitur seruare filii que dicta sunt. patres uero & matres caueāt ne ipsis pro quibuslibet minimis defectibus maledicāt. hoc ideo dico quia solent plures mulieres non posse loqui absq maledictionibus & blasphemiis. O feroces matres cur filios uestros quos portastis in utero tot maledictionibus iugulatis. Ut tamē propiciꝰ sit deus omnibus tam parentibus q̄m filiis consulo ut hac die q̄primū intrauerītis domū anteq comedere incipiatis omēs filii et filie corā patribus & matribus genuflexi ueniā petant & postulent benedici At & ipsi parētes eos amplexantes dulciter osculent & benedicant sicq acquiretur i hoc seculo dei gratia & in futuro eterna gloria in qua uiuit et regnat Marie uirginis filius amorosus redemptor noster Iesus qui ut nobis daret exēplū honorādi parentes ut dicit Lucas. erat subditus illis Ioseph & Marie ut dictū ē supra. Amē.

Dn̄ica de passione īfra diem de maledictionibus diuersaꝝ creaturarū irrōnabiliū & itellectualiū & ipsius dei omniū creatoris. Sermo. lv.

Emonium habes. Iudeorꝝ blasphemantiū xp̄m uerba sunt ista originaliter Io. viii. c. & in euan. hodierno. Cōtremescūt uiscera mea & cor meū fit gelidū totum cum cōsidero detestabilem horribilemq xp̄ianorū abusum qui presūpserūt tā publice relaxe linguas suas ad maledictiōes & ad blasphemias dei & sanctorꝝ celi. Est autē hoc malum adeo cōmune adeo generale adeoq antiquū atq inueteratū ut pptereа uideat plerisq aut puum aut satis leue peccatum uel certe nullū. quo fit ut tam in uicis in plateis in domo in foro i ciuitate in agro resonet contumelia dei sūmi & benedicte matris eius & aliorum sanctorum. Et licet nōnulli confiteantur &

accusent se maledñdo & blasphemãdo peccasse nihilominus nolũt credere peccati huius grauitatem. Eapropter in presenti sermone de peccato maledictionis sub quo & blasphemiam intercludemus aliqua necessaria studebimus declarare ut sic qui ad penitẽtiã uerã uoluerint redire intelligant quantũ ipsis cauendum sit a maledictis Nam & iudei pessimi domino Iesu Christo maledicẽtes merito ui-dentur abhorrendi. multo fortius & ipsi xp̄iani qui fidem eius ꝓ-fitent. Distinguemus ergo triplicẽ maledictionẽ. Prima est factu-re irrõnalis. Scd̃a creature intellectualis. Tertia nature diuinalis.

Quod non debẽt xp̄iani maledicere creaturis irrõnabilibus eo ꝙ ordinãtur ad hominẽ per subuentionem significationẽ & per modum continentis. Capitulũ primũ.

Rima maledictio est facture irrõnalis cum. s. quis maledicit terre lapidibus arboribus aĩalibus pluuie uentis soli & lune ac similibus. Et de hac maledictione sanctus Tho. ii. ii. q. lxxvi. iqt Maledicere rebus irrõnabilibus iquãtũ sunt creature dei ẽ pctm̃ blasphemie maledicere autem eis scd̃m se cõsideratis est ociosum & uanum & ꝑ consequẽs illicitũ. Sed posset aliquis arguere oñdendo non esse illicitũ maledicere creaturis irrõnabilibus. Primo quia ut habetur. ii. Reg. i. Audita Dauid morte Saulis & Ionathe male-dixit montibus gelboe. Secũdo quia xp̄s ut habet̃ Math. xxi. & Marci. xi. Maledixit ficulnee i qua non iuenit nisi folia. Tertio quia Iob ut dicit̃ eiusdem. iii. maledixit diei suo & dicebat. Pereat dies in qua natus sum & nox in qua dictũ est conceptus est homo dies ille uertat̃ in tenebras. Rñdet Tho. ubi supra ꝙ benedictio & maledictio ꝓprie potest ptinere ad illam rem cui potest bonũ aut malum cõtingere. s. rationali creature. Ipsis ergo irrõnabili-bus dicitur contingere bonum aut malum i ordine ad creaturam rõnalem ꝓpter quã sunt. Ordinãtur autem creature irrõnales ad hominẽ tripliciter. Primo ꝑ modũ subuentionis inquantum ex eis subueniẽ humane necessitati. & hoc mõ a deo. Geñ. iii. post pctm̃ primoꝝ parentum maledicta est terra ut. s. ꝑ eius sterilitatem hõ puniret̃. Et deutero. xxviii. Deus dixit Si audire nolueris uocẽ domini dei tui ut custodias & facias oĩa mãdata eius & cerimonias quas ego precipio tibi hodie. uenient sup te omnes maledictiones iste & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate. maledictus i agro. maledictũ horreũ tuũ & maledicte reliquie tue. maledictus fructus uẽtris tui & fructus terre tue. armẽta boũ tuoꝝ & greges

querelas matris ingeminantis & dicentis sibi uocabulum illud quod p triginta & tres annos cū tanta dulcedine utriusq; cōmēorauerat in passione uero illud proferebat cum corde pleno dolore merore & amaritudine. Poterat ergo uirgo illa sanctissima lamentari & dicere. Fili mi anime mee olim consolatio & gaudium. nunc autem gladius penetrabilior ōi mucrone acutissimo. Fili mi quem nouem mensibus in utero tenui quē paruo lacte paui quem toties infantē & paruulum pānis inuolui in cuna reposui & amorosis āplexibus strinxi inter ubera mea & osculata sū. O q̄ felix mihi & tibi facta est dies ista Et quis poterit mederi uulneribus dolorum meorum. & mitigari angustiam miselle matris tue cum inspiciam te filium meū ui leprosū factum qui speciosus eras pre filius hominū ut maleficū & reum cum iniquis deputatū? Qui sanctus sanctorum es ut fatuū & stultum cerno in quo reconditi sunt omnes thesauri sapiētie dei ut hostem & omnium inimicum qui omnibus affabilis benignus & humanus semper astitisti. Et sup omnia uelut oblitum mei uidue matris tue. Nam ecce iam morieris & nil mihi dicis. Et quid faciam ego sine te filio meo? Quo diuertam? Ad quē confugiā? Tu mihi pater. Tu mihi frater. Tu mihi blandus filius eras. Tu mee diuitie. Tu mee delitie. Tu mea gloria. O me desolatam que tantū filium i cruce uideo deficere. O amātissime fili Loquere mihi matri tue. Loquere ut audiā uocē tuā cigneo canore dulciorē. Loquere iq̄ ut sic saltem audiēs uerba tua patientior fiam ad tollerandam que me cruciat pro amore tuo penā. Nō deneges mihi quod postulo. Exaudi me & uerbo tuo consolare ne deficiā in hac tribulatione. O fili mi lumen oculorum meorum condescendisti latroni miseri/corditer loquens ei. Acquiesce itaq; uoto matris tue & dic mihi qd factura sim. Cui me orphanam derelinquis? His aūt uel similibus querelis pulsabat mestissima mater aures afflictissimi filii sui q non minorem penam experiebat in mente pter teneritudinē matris quā sentiebat in corpore a planta pedis usq; ad capitis uerticem uulnerato. Ideo scd'm quendā deuotū tacitus in suo corde dicebat carmē illud uulgare siue eius sentētiā. Matre mia benedeta multo te uego afficta. El tuo lacrimare e una sagitta. Che el cuor mio ha passato. Non piagnere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chio sia da morte resuscitato. Secūdo doluit Xps pter recordationem. In talibus namq; mysteriis recordabatur & in seipso conferebat dicens. O mi mater quomodo omnia gaudia

ouiű tuaꝝ. Scđo ordinanē creature irrōnales ad hominē p modū significationis. ⁊ sic xp̄s maledixit ficulnee i significationē sinago/ ge ⁊ iudaice gentis que non habebat nisi folia. uerba. s. legis sine fructu. et ppterea merito debebat arescere ⁊ auferri ab ea regnū dei quod significatū fuit i ficulnea a xp̄o maledicta. Tertio ordi/ nanē creature irrōnales ad ip̄m hominē ppter modū continentis auc tēporis aut loci. Et sic Iob maledixit diei in q̄ natus erat ppter culpam originalē quam nascendo contraxerac. Ita q̄ maledictio illa nō arguit in eo aliquā impatientiam sed tm̄ arguit ⁊ explicac q̄ die qua natus est ⁊ conceptus contraxit originalem culpā que radix est omnū passionū quas patimur in hac uita. Dauid insuper maledixit montibus gelboe ad explicādum cedem que in eis facta fuerat. ppterea dicebat cum fletu ⁊ lacrimis. Montes gelboe nec ros nec pluuia ueniat super uos in quibus ceciderunt incliti Israhel Saul ⁊ Ionachas amabiles ⁊ decori aq̄lis uelociores leonibus for/ tiores. Filii Israhel super Saul flete. Et ego doleo super te frater mi Ionacha. quare non est trahendū in consequētiam ut unusq̄sq̄ pro suo libitu facturis irrationalibus maledicat.

Quod hō non debet maledicere creaturis intellectualibus. s. creature i fernali creature terrestri ⁊ celesti. Ca. ii.

Ecūda maledictio est creature itellectualis que ad huc tri/ plex est. Prima creatura itellectualis infernalis qui est dia/ bolus cui inquātum creatura dei est non licet maledicere Vnde in Epistola Iude. Cum altricaretur Michahel cum diabolo de cor/ pore Moysi non fuit ausus in eum iudiciū inferre blasphemie. Al/ tricatio autem illa ut dicit glosa erat quia diabolus uolebac ſuenire corpus Moysi quod post mortem ut habetur deutero. deo uolente ubi sit ignoratur. ⁊ diabolus uolebat ut sciret ut sic traheret po/ pulum ad idolatriam Sed angelus prohibebat ⁊ tamē cū diabolo cōtendens nolebat blasphemare eum. Idcirco Hieronymus. xxiii. q. iii. c. Si igitur ait. Si igitur Michahel non fuit ausus diabolo ⁊ certe maledictionis dignissimo iudiciū inferre blasphemie. q̄nto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus Merebatur diabo/ lus maledictum sed per os archangeli blasphemia exire non debuit Secunda creatura intellectualis dici potest terrestris. s. homo cui potest quis tripliciter maledicere. Primo ex conformatione dei ⁊ amore iusticie. Et de hac dicitur. xxiii. q. iii. c. Cum sancti uiri. Cum sancti uiri maledictionis sententiam proferunt non in hanc

ex uoto ultionis ſed ex iuſticie amore prorumpunt. Sic Geneſiſ ix. dicit Noe. maledictuſ Cham ſeruuſ ſit fratrum ſuorum. Sic actuũ viii. Petruſ maledixit Simoni dicenſ Pecunia tua tecum ſit in p/ditione. Secundo poteſt quiſ homini maledicere ex quadã leuitate uel ſubreptione ſicut ſolent multi facere licet ocioſe & beſtialiter qui neſciunt loqui cum ſocio ſine maledictione dicẽteſ ſiſ ſuſpẽſuſ per gulaſ. naſcatur tibi uermiſ caniſ et ſimilia. Tertio poteſt qſ homĩ maledicere ex liuore odio et animo malo: et hoc cũ ſit con/tra caritatem peccatum eſt mortale. Tertia creatura intellectu/aliſ dicitur celeſtialiſ cui nullo pacto maledicere licet. Sed heu qd referam? Nam tanta eſt corruptela chriſtianorum ut pro nihilo ducant blaſphemare ſanctoſ & glorioſam uirginem Mariam. Et ſicut hi qui boni ſunt deuotionem habent ad uirginem & ultra illã ſuum patronum & aduocatum fecerunt ſanctum Anthoniũ. Aliq ſanctum Franciſcum. aliqui ſanctum Nicolaum. aliqui ſanctam Katherinam & huiuſmodi ita peſſimi & maligni blaſphematoreſ blaſphemant uirginem beatam & pro ſua deuotione aliqui ſanctũ Anthonium. aliqui Franciſcum . Claram & huiuſmodi. O ingra/tiſſimi peccatoreſ. O furẽteſ animi. O uenenoſa & amariſſima li/gua. O deniq proditiſſimi hoſeſ. Ecquid mali fecere uobiſ ſancti? In quo nocuerunt uobiſ? An non aſſidue pro ueſtra ſalute inter/cedunt ad dominũ? Nõne & uirgo illa piiſſima mater gratie fonſ miſericordie pro uobiſ indefeſſa eſt aduocata? Quid ergo blaſphe/matiſ illam & reliquoſ ſanctoſ? Sed reuera ſi ſeruarẽt illud quod dicitur in c. Statuimuſ extra de malefic. ſ. q publice blaſphemã/teſ deum uel uirginem ſanctiſſimã uel aliquem ſanctorum publica penitentia per ſeptem ebdomadaſ punirentur in quarum ſcilicet qualibet ſexta feria in pane & aqua ieiunarẽt facerentq alia que continentur ibi profecto non ita de leui prorumperẽt in blaſphe/miaſ. & licet penitentie ſint arbitrarie ut tactum eſt ĩ preceden/tibuſ tamen laudo ut hi qui audiunt confeſſioneſ ipſoſ blaſphemoſ non ita de leui abſoluant quia facilitaſ uenie tribuit incentiuum delinquendi. propterea arguent illoſ aſpere increpent dure & pe/nitentiam iniungant ſalutiferam & fructuoſam. Quiſnã nõ uidet quanta diligentia opuſ ſit ad blaſphemoſ & maledicoſ emendatoſ? Difficile eſt utiq malam cõſuetudinẽ derelinquere. O uere mala conſuetudo qua homineſ chriſtiani iniuriantur deo & ſanctiſ eiuſ In hac ſoli chriſtiani demerſi ſunt quoniã non ẽ aliqua natio neq

iudeoꝝ neq́ gentilium & paganorum ĩ qua tot sint blasphemie & maledictiones sicut in populo christiano.

Quod peccatũ maledictionis & blasphemie deteẽ graue. tũ ratione abbominationis. tum ratione superationis. tũ etiam ratione contrariationis. Ca. iii.

Ertia maledictio est nature diuinalis. cũ scilicet quis de deo male loquitur conuitia & contumelias maiestati sue iferendo Et de hoc dicit. Ric. de sancto Victore. Sceleratissimum genus peccati est quando quis in dei uituperium delectatur. Et glosa sup illo uerbo Isa. xviii. c. Ad populum terribilem etc. Oĩe peccatũ blasphemie comparatum leuius est. Et iterum ibi. Nihil est horribilius blasphemia que ponit os suum ĩ celum. quantum uero graue sit peccatum maledictionis & blasphemie colligi potest ex triplici ratione. Prima dicit abbominationis. Secunda supationis Tertia cõtrariationis. Prima dicit ratio abbominationis. In ueteri siqdẽ testamento abbominabantur patres antiqui usq́ adeo peccatum blasphemie ꝙ ex mandato dei de blasphemia cõiunctũ lapidabãt Vnde leuit. xxiiii. dixit dominus. Educ blasphemũ extra castra & ponãt omnes qui audierũt manus suas super caput eius & lapidet eum omnis populus. Insuper priores illi patres audire detestabant eos qui blasphemabant. Ideo actuum. ix. Arbitrantes licet falso Stephanũ blasphemare cum dixit. Video celos appertos etc. Cõtinuerunt aures suas ne scilicet sedm glosam audirẽt blasphemãtem. & non solũ audire sed etiam nominare nõ audebãt uocabulũ maledictionis. Vnde cum accusarent Naboth ut habet. iii. Reg. xxii. Benedixit deo & regi. i. maledixit Et Iob ut habet eiusdẽ. i. Offerebat holocausta pro filiis suis. Dicebat. n. Ne forte peccauerint filii mei & benedixerint deo. i. maledixerint. Similiter & temporibus his abbominabilis est blasphemia apud infideles. Nam quicunq́ blasphemaret deum in terris turchorum aut sarracenorũ grauiter puniretur. Ob quod aut nunq̃ aut satis raro sentiuntur ibi uerba blasphemie & maledictionis. O christiani principes. O potestates seculares. O cuiuslibet rei publice patres curate & uos legibus honestis punire blasphemos ne deteriores infidelibus habeamini. Secunda ratio ostendens grauitatem maledictionis & blasphemie dei dicit superationis. Supat enĩ tria peccata grauissima & execranda. Primum est peccatum paganorum seu infideliũ qa ut ait Thomas. ii. secunde. q. xiii. Infidelis ea de deo dicit & logẽ

que licet falsa sint tamen credit esse uerba. Christianus uero blas/phemans loquitur contra ueritatem quam credit. Secundum est peccatum homicidarum. ut enim dicit Thomas ibidem quantū ad nocumentum maius peccatum est homicidium q̄ blasphemia eo ꝙ magis nocet homicida homini interfecto q̄ blasphemus deo blas/phemato. Sed quantū ad obiectum maius peccatū est blasphemia q̄ homicidium quia homicida licet interficiendo hominē offendat deum tamen principaliter intendit offendere hominem. Sed blas/phemus & maledictus intendit principaliter & directe offendere, ipm deum. Tertium est peccatum iudeorum crucifigentiū Xp̄m Vnde Augustinus ait Magis peccāt blasphemātes deū triūphātē in celis q̄ qui crucifixerunt eū ambulantem in terris Ratio huius est scd̄m Alex. in. ii. summe. tū quia iudei non cognouerunt ip̄m esse deum Vnde Apostulus ait. Si cognouissent nūq̄ deum glorie crucifixissent. Sed qui deum blasphemant cognoscunt illum esse deum. tum etiam quia iudei non promiserunt ei fidem in baptismo sicut christiani. tum quia fit maior iniuria ratione maioris status. Tertia ratio ostendēs grauitatē peccati maledictionis & blasphe/mie dicitur contrariationis. Cōtrariatur nāq̄ blasphemia & male/dictio dei. Primo nature. Secundo scripture. Tertio creature. Primo contrariatur nature que dictat benefactorem suum esse cognoscendum. nā & suo modo hoc faciūe aues celi & pisces maris & bestie terre quātomagis ad id obligat homo rationalis & tamē inter omnia beneficia que magna & multa sunt a bono deo bo ni collata beneficium lingue est unū singulare prestātissimū & egre/giū. O blasphemator ingrate. O feralis mens. O impudica lingua Cur non solum deo tuo gratias non agis sed quod peius est illum crudeliter maledicis? Cur nō solū benefactori tuo laudes impēdis sed illum potius turpiter uilipendis? Cur tantum benefactorē non solum non recognoscis. sed potius ita inhoneste blasphemas? Dedit tibi ipse linguam ut tu cum illa laudares eum & benediceres nomē sanctū eius. Secūdo blasphemia contrariatur scripture. Ipsa utiq̄ admonet & hortatur nos ut benedicamus deum. Vnde Tobie. iiii. c. scribitur. Omni tempore benedic deum. Et ecc. xxxix. Bene/dicite dominum in omnibus operibus suis. Et Dauid psalmo. xv. Benedicam dominū qui tribuit mihi intellectū. Et psalmo. xxxiii. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo Et psalmo. cxliiii. Per singulos dies b. t. & l. n. t. i. e. & s. s. s. Et

Ro.xii. Benedicite & nolite maledicere. Tertio blasphemia contrariatur creature. omis enim creatura laudat & benedicit deum Vnde Augustinus in sermone unius martiris inquit. Oia quecuq fecit deus laudant deum. Audistis in benedictionibus & audistis in omni sollēnitate quando leguntur quoniam omnia laudant deum celestia terrestria āgeli homines luminaria celi arbores terre flumina maria quicquid deus creauit siue in celo siue in terra siue in mari laudant deum. hec ille. & sancta mater ecclesia in matutinis cantat hymnum trium puerorū in camino ignis omnes creaturas inuitātium ad laudes & benedictionem dei. Quid respondetis igit̄ O blasphemi ad uoces omnium creaturarum? angeli celi laudāt & dicunt clamātes. benedictus deus. Sol luna stelle & omnia celestia corpora dicunt benedictus deus. Terra aqua aer ignis & cuncta que in eis sunt dicunt benedictus deus. Boni & recti uiri dicunt benedictus deus. & uos contra morem omnium aliarum rerum maledicitis nisi forte dixeritis ꝙ exēplū sumitis ab his qui sunt damnati in inferno de quibus dicitur apoca.xvi. Blasphemauerunt deum celi pre doloribus & uulneribus suis. O ergo infernales homines. O blasphemi diabolici qui non nisi cum damnatis blasphemando & maledicendo conformatis & concordatis. Idcirco apparet q̄ graue sit peccatum uestrum. propterea clamabat Isa.i.c. Ve genti peccatrici populo graui iniquitatis semini nequā filiis sceleratis. blasphemauerunt deum Israhel abalienati sunt retrorsum. & merito propheta coīatur blasphemātibus & maledicentibus quia propter blasphemias & maledictiones īdignatus deus etiā ī presenti seculo blasphematores flagellat & exterminat. Est de hoc exemplū.iiii. Re.xix. de Senacherib ob cuius blasphemiā angelus una nocte exercitum illius aggrediens centum.lxxxv. milia hominū interemit ipso tandem Senacherib a propriis filiis interempto. Refert insuper Gregorius in.iii.dia.li.ꝙ Rome puer.v.annorum blasphemus ī brachiis patris existēs iusto iudicio dei a diabolo suffocatus est propter hoc peccatum etiam deus mittit pestilētias famē & guerras ut dicitur.xxxvii.q.ii.c. Flagitia in glosa & in aut. ut non luxurient cōtra naturam. & ut ego uidi diebus meis Italia sepius flagellata ē multis tribulationibus & pestilentiis puto ꝑpter fetorem sodomie & impietatem blasphemie. nā licet multa sint alia peccata que committuntur. hec tamen duo contaminauere quasi omnem carnem. & ut de blasphemia dicam. non sunt ab ea mūdi

& puri domini non ciues non rustici non agricole nõ artifices nõ uiri non mulieres & quod auditu horribile est non sacerdotes non religiosi. Ex omni nãq; statu grandis multitudo extat que loquit̃ uerba blasphemie. O Italia tãto uitio deprauata. O populi tãto scelere deturbati. timeo ne deseuiat cõtra nos furor dei. Corrigat igitur unusquisq; se ipsum & refrenet linguã suam omnesq; pariter laudemus & benedicamus deum qui. b. est & . l. per infinita secula seculorum amen.

Feria secunda quinte ebdomade de peccato inuidie qua laborabãt pharisei contra Xp̃m Iesum. Sermo. lvi.

Iserũt principes & pharisei mĩstros ut apprehenderẽt Iesũ.

Scribuntur hec uerba Iohannis. vii. c. & in euangelio hodierno Cõmouebantur pharisei & scribe cõtra piissimũ Iesum ex liuore & inuidia quia non poterant sufferre ut alicui maior honor exhiberetur q̃ ipsis. & propterea nõ est mirãdum si ita seueri fuerunt contra ĩnocentissimũ filiũ uirginis. Ideo Gilbertus por. ait. Ita obliquat inuidia ut rectũ natura non uideat. Et Seneca ad Lucillum Perit omne iudicium cum res in affectu transit. hoc autem uitiũ satis ĩfestat miseros mortales adeo ut uix possit aliqs ĩmo nullus euadere laqueos ĩuidorũ. Idcirco in presenti sermone de inuidia erimus dicturi de qua tria mysteria proponimus principaliter declaranda. Primũ dicitur diffinitio. Secundũ offensio. Tertium conditio.

Qualiter diffinit̃ a doctoribus quid sit inuidia. & q̄ dolor ex alterius bono potest prouenire ex timore ex defectu & ex malignitate. Ca. primum.

Rimum mysterium declarandum de ĩuidia dicitur diffinitio in quo uidendum est quid sit ĩuidia. Et Io. Dama. li. ii. suarũ sententiarum ait. Inuidia est tristicia de alienis bonis. Pro cuius declaratione notandum sc̃d̃m Alex. ii. uolumine sũme & Thomas ii. ii. q. xxxvii. q̄ dolor de alterius bono põt tripliciter ꝓuenire. Primo ex timore ꝓprio cũ quis dolet de bono alicuius quia ueri/similiter timet sibi uel aliis nocumentũ ĩferri. & hunc dolorẽ Aristoteles in secundo rhetoricorum dicit. non esse inuidiã sed effectũ timoris. de quo Gregorius libro. xxii. moralium ita ait. Euenire plerũq; solet ut non amissa caritate & inimici nos ruina letificet. & rursus eius bonũ sine inuidie culpa cõtristet. cũ ruẽte eo quosdã bñ erigi credimus & ꝓficiẽte illo quosdã iniuste opprimi formidamus.

Rónabiliter nanq; unusquisq; magis diligere debet seipm ꝙ alios & cómune bonú & multorum ꝙ pticulare uel unius. Sic letabãt de malo Pharaonis filii Israbel qui exodi.xv.dicebãt. Cãtemus domio gloriose enim bonorificatus est equú & assessorem piecit i mare. & dum erant in captiuitate in manu eius dolebant de prosperitate illius. Idipm fecerút de prosperitate & aduersitate Holofernis aliorúq; qui populum dei uexare presumpserút. Secúdo potest prouenire dolor de alterius bono ex defectu. cú scilicet qs dolet nó ꝙ proximus bonú illud babeat sed quia sibi illud deficit. & si quis dolet ex defectu boni quod nó est uere bonú male agit sic dolendo ut si quis doleat quia nó fornicatur sicut multi faciút & similia Si uero doleat quia non babet bonú quod ē uere bonú & bonestum recte agit & cum dolor talis circa bonesta uersatur scd'm Aristotelem.iii.rhetoricorum uocatur zelus. de boc dicebat Paulus.ii.cor.xiiii.c. Emulam in spiritualia. Et Hieronymus ad Letam de institutione filie. babeat socias cú quibus addiscat qbus inuideat quaꝝ laudibus moderat. Tertio potest prouenire dolor de alterius bono ex malignitate & iniquitate qñ displicet multis absq; ipoꝝ có modo uel incómodo ꝙ alii babeant bonum. & boc ue plurimum euenire solet ex inani gloria. Vnde Gregorius.xi. moraliú ait. Prima nanq; soboles inanis glorie est que dú oppssam mentem corrumpit inuidiam mox gignit quia dum uani nominis potentiam appetit ne quis banc alius adipisci ualeat tabescit. & ex boc ē ꝙ iuidia solet esse inter pares quia unusquisq; appetit alios i gloria scd'm suum statum aut gradum superare. Vnde núꝙ rusticus aut agricola inuidebit doctori de sciẽtia nec mulier iuidebit militi de strenuitate uel fortitudie nec mercator aut ciuis religioso de fama sanctitatis & sic de aliis. Sed unusqsq; iuidet alteri de bis bonis que uel ipse babet uel babere intendit. Et tamen si boc fiat animo deliberato cum sit contra caritatem peccatum est mortale. Caritas inquit apostulus.i.cor.xiii.c. non emulatur.

Quod maligna bestia inuidie semper offendit uirtuosos & sanctos uiros ut ex multis patet exemplis. Ca.ii.

Ecundum mysterium declarandum de inuidia dicit offensio bec enī bestia maligna offendit semper uirtuosos & sanctos uiros. Vnde Valerius li.iiii. de amore & dilectione ait. Nulla tã molesta felicitas ē que malignitatis détes uitare possit. Et Seneca de consolatione ad Paulinú. Inimica ē semper alienis profectibus

inuidia. Et Ouidius .i. de re. amoris. Súma petit liuor pflant al/tissima uēti Súma petút dextera fulmía missa Iouis. Et Oratius Sepius uentis agitat̄ ingens pinus & celse grauiore casu. Decidunt turres. feriuntq̄ súmos fulgura montes. Et Hieronymus ī epita/phio sancte Paule. Semp̄ uirtutes persequitur inuidia. Feriútq̄ summos fulgura montes. Etenim omnes sancti emulos habuerunt In paradiso quoq̄ serpens fuit cuius inuidia mors intrauit in orbē terrarum. Ipse quoq̄ dominus noster Iesus Christus zelo est cruci/fixus. hec ille. Hec enim est illa inuidia de qua dicitur sapientie. ii. quod ī auctoritate Hieronymi est iam dictum ꝙ scilicet per illā mors intrauit in mundum. Hec est illa fera pessima propter quā fratres Ioseph eum interficere temptauerūt. & tandē uendiderūt hismaelitis dicentes patri. ꝙ fera pessima deuorasset eum. Hec est propter quam Saul odio graui cómotus fuit cótra Dauid tēptās sepius illum perimere quod & fecisset nisi Ionathas pmonuisset eū ut habetur. i. Regum. xviii. Inuidebat autem ei Saul quia post interfectum Goliath & debellatos philisteos ad eum puelle can/tabant. Saul percussit mille & Dauid decem milia. Quid dicam de ātiquis romanis q toto orbe clarissimi & sue reipublice zelatores fuere ꝑcipui? Nōne īuidie morsibus laniati extitere? Patet hoc in Furio camillo de quo scribit Horosius & Titus liuius. ꝙ cū Ro/māus exercitus p. x. cōtinuos ānos magnas clades accepisset creatus dictator cū capanētibus & faliscis maxía cū ꝓsperitate cōflixit & uictis duobus populis ꝑdam īter milites ptitus est. Deīn Veientiū ciuitatē obsedit quā tādem cepit. Ista uictoria fuit cū tanta gloria Romanoꝝ. ꝙ dictator sublatis ad celum manibus precatus est ꝙ si cui deoꝝ Romana felicitas nimia uideret̄ eius inuidia sub aliquo suo incómodo sauciaretur atq̄ inter preces subito lapsu decidit. Quod omen scd̄m Valeriū ad sui damnationē qua postea ꝑssus ē pertinuisse traditur. Nam postq̄ ad urbē triūphans redit tribuni multiq̄ ciues camilli uirtute emuli diffamabāt gloriam eius con/tendentes hostilem predam non equo iure fuisse diuisam. Et ista pendente inuidia faliscorum. ciuitatem Romano subegit imperio Post quod. A. L. Apulegio tribuno plebis accictus ꝓpter īequā Veientiū prede distributionē ītercurrente illis diebus adolescētis sui filii morte ut hinc publico & inde priuato cruciaret̄ īcómodo in exiliū pellit̄ damnatus. xv. milibus eris. Camillus uero ab urbe discedēs humiliter deos precatus ē ut si hoc iniuste pateretur q̄primū

se ciuibus & ingrate patrie necessariũ fieri uellet. Quod subsecutũ est. Nã gallisenones obsessam urbẽ preter capitoliũ cepere. Quare missum est ad Camillũ pro auxilio qui mox ueniens ingratam patriam ab hostibus liberauit ut dicit Augustinus libro quinto de ciuitate dei. c. xviii. De Scipione insuper Africano dicit Valerius maximus q cum post plurimos triũphos uocaretur ad reddendum computum de pecunie quantitate tanq̃ indignatus tale fertur dedisse responsum. Cũ frater meus totã uobis subiugauit Asiã & ego totam Africam nec opes asiane fratrem meum nec africane me ditem fecerũt sed inuidia fecit utrũq glo riosũ. Et ut scribit Liuius Tanta fuit inuidia ciuium cõtra Scipionem q cum accusaretur a tribunis plebis nil aliud ad obiecta respondit sed dixit. O quirites hoc die uici Carthaginem magna sperantẽ & accipe leges nostras iussi. Recordor enim hunc diem ãniuersarium illum esse quo ante aliquot annos uici Hanibalẽ. Et ut scribit Valerius de fiducia sui Lauream suam capiti suo imposuit. & subiunxit. Equũ est dẽ hũc hisbus & iniuris semper immunem esse. Me ergo in capitolium ad Iouem optimum & Mineruam ceterosq deos qui capitolio & arci president cõferam salutandos eo q i die isto & spe ac feliciter pro re publica dimicaui. Vosq oẽs hortor uenire mecũ orareq deos ut uobis mei similes duces omni tempore largiant. His dictis & senatum totum & uniuersum equestrem ordinem & cunctam plebẽ comitem habuit. de eo q paucissimi cum tribunis remanserunt. qui tandem ut inquit Valerius dolore anxii atq inuidia tabescentes & pudore obruti se turbis immiscuere & cum ceteris profecuti sunt reum. Scipio autem non modo capitoliũ sed p totã urbem omnia deoꝝ templa cum populo Romano circuiuit non minore honore reus triũphans de inuidis quã uictor olim triũphauit de hostibus. Et cum uideret necesse esse aut succumbere emulis ulcisci neutrum experiri decreuit sed potius uoluntarium sibi elegit auxiliũ abiitq linternum suam uillulam asperam solitariã & incultam haud pcul a Cumis ciuitate campanie. O igit̃ inuidia rapacissima. O uirtutũ emula. O pestilentissima omniũ uirtuosorum inimica. Ex dictis utiq clarum est qualiter ipsa uirtuosis & sanctis quietem aut pacẽ habere nec sinit nec patitur.

De triplici mala conditione iuidie. s. propria flagellatione charitatis oppositiõe & diabolica assimilatione. Ca. iii.

Ertium misterium declarandum de inuidia dicitur conditio est utiq; triplex mala conditio propter quam iudia ē abbominanda. Prima dicitur propria flagellatio. Secunda charitatiua oppositio. Tertia diabolica assimilatio. Prima mala conditio sui/die dicitur propria flagellatio. Est utiq; officium eius flagellare & affligere proprium subiectum. propterea Isidorus in libro dif/ferentiarū ait. inuidus animo medullitus estuans a semetipso liuo/ris proprii semp exigit penas. Et Hieronymus ad Asellā de fictis amicis exclamat dicēs. O inuidia primū tui mordax. Et Socrates dicebat. Vtinā inuidi i omnibus ciuitatibus oculos & aures haberēt ut de omnibus profectibus torquerentur. Quot enī sunt hominū felicium gaudia tot sunt inuidorum gemitus. Et Oratius. Inuidia siculi non inuenere tyranni maius tormentum. Secunda mala cō/ditio inuidie dicitur charitatiua oppositio. Opponitur siquidem charitati proximi. Illam tamen charitatē docēt nos sancti & ipe sanctus sanctorum Christus Iesus. Vnde Paulus .i. cor. xiii. ait Sectamini charitatem. Et. xvi. c. ait. Omnia opera uestra fiant i charitate. Et ephe. iii. c. In charitate radicati & fūdati. Et. iiii. c. In charitate resistimus. Et. v. c. Estote imitatores dei sicut filii charissimi & ambulate i dilectione sicut & Christus dilexit nos. Et ad colo. iii. c. Super omnia charitatem habentes. Et Iohā. i. ca/no. iii. c. Qui nō diligit fratrem suū i tenebris manet. Et Christus Iesus Iohannis. xiii. Mandatum nouum do uobis ut diligatis in/uicem. Et. xiii. c. In hoc cognoscēt hoīes quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem. Aduertenē igitur spirituales considerēt hi qui p penitentiam se affligunt. cogitent religiosi qui seculum dereliquūt ut deo seruiant quātum malū sit inuidia que cum charitate stare non potest. Ipsa equidem sola uenenum est cuiuscunq; alterius boni. quia ut inquit Augustinus super Iohāne Dilectio sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Signēt se oēs signo crucis baptizenē omnes cantent alleluia intrent ecclesias im/pleant parietes basilicarum non discernuntur filii dei a filiis dia/boli nisi charitate. Magnū idcirco magna discretio. Quicq̄d uis ha/beas si nō habes charitatē nihil hēs. Alias uirtutes si nō habes hanc habe & legem implesti. hec Augustinus. Tertia mala conditio in/uidie dicitur diabolica assimilatio. Ipsa siquidem assimilat homines malignis spiritibus. Nam quid aliud est alterius inuidere felicitati q̄ diaboli officiū exercere? Iō xps iudis pharisei. Iohānis. viii. c.

ait. Vos ex patre diabolo estis. Nos uero curemus eē filii dei om/
nem inuidiam a cordibus nostris expellentes ut sic ualeamus in hoc
seculo acquirere dei gratiam & in futuro sempiternam gloriam in
qua uiuit & regnat ipse benedictus deus per infinita secula secu/
lorum. Amen.

Feria tertia quinte ebdomade in quadragesima de peccato
detractionis a quo abstinere debent qui ueram penitentiam
deoq; acceptam agere uolunt. Sermo. lvii.

Vidam enim dicebāt quia bonus est alii autē nō sed seducit
turbas. Scribuntur hec uerba Iohannis. vii. c. & in euāge/
lio hodierno. Loquitur unusquisq; de altero secūm q; ei afficitur.
ita q; qui diligit non saturatur laudibus. qui uero inuidet aut odit
libenter detrahit & uituperat. propterea pharisei inuidentes xp̄o
sequacesq; sui causa detractionū morsibus lacerabant. Nec potuit
pissimus Iesus uitare oblocutorum dentes quinimo ut patet in ho/
dierno euāgelio publice a multis accusatus est & noīatus peccator
& malus. Ista nāq; solet esse pessima inuidorum conditio ut omnia
in malam partem interpretent & trahāt ac de omnibus maledicāt
Venit īquit Christus Luc. vii. Ioh. baptista non manducās neq;
bibens & dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducās
& bibens & dicunt potator uini est. Cum uero detractio apud q̄/
plures minimum peccatum esse reputet. ideo in hoc sermone de ipa
aliquid differamus ostendentes quantum expediat penitentibus a
tali uitio penitus abstinere de quo tria misteria principalia erunt
declaranda. Primum dicitur malignatio. Secundum modificatio.
Tertium offensio.

Quod maligna sit detractio. tum respectu contrarietatis. tū
respectu generalitatis. tū etiā respectu crudelitatis. Ca. i.

Rimum misterium declarandum de detractione dicitur ma/
lignatio. Est siquidem peccatū hoc satis malignum & graue
triplici ratione. Primo ratione cōtrarietatis. Secūdo ratione ge/
neralitatis. Tertio ratione crudelitatis. Primo ratione contrarie/
tatis. Contrariatur siquidem fame que ut inquit Alex. in. ii. summe
Preciosissima est omnium bonorum temporaliū. Et hoc expͥssius
dixit sapiens prouerbiorum. xxii. Melius est nomen bonum q̄ di/
uitie multe. Et Eccles. xli. Curam habe de bono nomine. Et Au/
gustinus id persuadebat. xii. q. i. in. c. Nolo dicens. Qui fidens
conscientie famā suam negligit crudelis est. Est ergo fama pciosa

corona omnium hominum siue maiorú siue minorum siue dominorú siue ciuium siue prelatorú siue subditorú siue secularium siue religiosorú siue uirorú siue mulierum fame itaq; gradus omnes nitore suo uenustat atq; decorat. Cum ergo detractio hanc ípugnet nó debet peccatum leue censeri propterea ab Alex. sic diffinit̃. Detractio est aliene fame per oculta uerba denigratio. Notandum tamen q̃ differentia est inter cótumeliam cóuitium improperium susurrationẽ & detractionẽ. Cótumelia scd̃m Tho. ii. ii. q. lxxii. Est expressio defectus alterius coram eo p̃ uerba ad ip̃m dehonorandú. Et si fiat animo corrigendi nullum est peccatum quia etiá & sancti hoc fecerút. Vnde Luc. xxiiii. Christus dixit discipulis euntibus in Emaus O stulti & tardi corde ad credendum etc. Et Math. xv. dixit phariseis. Hypocrite bñ prophetizauit de uobis Isa. Et Paulus ad Gal. ii. O insensati galathe quis uos fascinauit Si uero contumelia fiat animo solaciandi aut nullum peccatú aut ueniale ẽ dúmodo fiat discrete qa ludus noxius ẽ í culpa. ii. q. vii. c. Qualis. Si autem contumelia fiat animo iniuriandi quia cótra caritatem est peccatú est mortale. Ex hoc Math. v. Christus dixit. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Est ergo cótumelia cum refertur defectus culpe siue defectus ille sit scd̃m ueritatem siue non in uituperiú alicuius. Cóuitium est cum refertur defectus nature uel pene. ut qui diceret ceco O cece. & surdo O surde. & claudo O claude anío iniuriandi. Et sic. i. Regum. i. Fenenna que multos habebat filios amisit illos qa íproperabat Anne que sterilis erat. Improperiú etiam est cum referẽ alicui bñficium sibi collatú ad ipsum confundendum. Et de hoc sapiens eccles. xli. ait. Cum dederis ne improperes sed imiteris deum. Et. xx: c. Datú insipientis nó erit tibi utile. ná oculi eius septẽplices sunt. Exigua dabit multa impperabit. Idcirco Seneca li. ii. de beneficiis ait. Qui dedit beneficium taceat narret qui accepit. Ista tamen quandoq; sumuntur unum pro alio. Susurratio est cum refertur malum de alio in eius absentia ut ponatur í discordia cum proximis suis. Et de hac plene dictum est in sermone de discordia. Detractio uero ẽ cum dicitur malum de alio í absentia eius ut sua fama denigretur. Et ut inquit Thomas. ii. ii. q. lxxiiii. Susurratio & detractio conueniunt in materia & forma. Sed differunt in fine quia materia tam susurrationis q̃ detractionis est malum proximi. Forma uero est dicere illud in absentia eius. Sed finis susurrationis est discordia

finis uero detractionis ē īfamia. O quot docti ꝓpter detractiões credunē indocti. Quot uirgines creduntur corrupte. Quot uidue continentes & caste luxuriose creduntur & uane. Quot penitētes hypocrite. Quot domi iusticie amatores tyrāni. Quot denique boni reputantur mali. Ideo ait Ambrosius. Tolerabiliores sunt fures q diripiunt bona nostra q̄ detractores qui lacerant famam nostram. Secunda ratio ostendens malignitatem detractionis uocatur generalitas. Sunt nāq multa peccata que & si committantur non tñ in omnibus locis nec omni tempore nec ab omībus pſonis. Vitium autem detractionis nullum excipit locum nullum tempus nullamq personā. Hinc est q glosa super his uerbis prouerbiorū. xxiiii. c. Cum detrahentibus ne commiscearis ait propter hoc uitiū pcīdatē fere totum genus humanū. Et Hieronymus ad Celantiam. Raro inuenies qui ita irreprehēsibilem uelit exhibere uitam suā ut non libenter reprehendat alienā. Tertia ratio ostendens malignitatem detractionis dicitur crudelitas. Est enim peccatū hoc satis crudele propterea dicitur. vi. q. i. c. Summa iniquitas. Sūma ē iniquitas fratres detrahere & accusare. quia omnis q detrahit fratri suo homicida est. Quod intelligēdum est per quandam similitudinē quia sicut homicida extinguit proximi corpus ita & famam detractor Ex hoc cōpat leoni deuorāti humanas carnes. Vñ Eze. xviii. c. dicitur. Leo factus est didicit rapere predā & comedere homines. Et Gregorius. xiiii. libro moraliū exponens illud Iob Quare psequimi me sicut deus & c. m. s. ait. Hi sūt q aliene uite detractione pascuntur & aliorum proculdubio carnibus saturantur. Et glosa super illo uerbo prouerbiorum. xxiii. Noli esse i conuiuiis peccatorum nec in cōmessationibus eorꝫ qui portant carnes ad uescēdū. Carnes iquit ad uescendum est in locutione derogationis uicissim uitia proximi dicere. hoc ergo peccatum feralem facit hoīem imo omni fera peiorem. Quia ut dicit Iacobus. iii. c. sue cano. Omnes nāq aīaliū uolucrꝫ & serpētum nature ab hoīe domite sūt & domātē. Linguā autē hoīm nullus unq̄ domare potuit neq pōt. O igitē detractio pctm̄ dānabile tu nēpe es q multos ad tartara festinātissime cōpellis. Quia ut Iac. v. c. dicit. Si q̄s putat se religiosū eē nō refrenās linguam suam sed seducēs cor suum huius uana est religio.

Quod tribus modis cōmittit detractionis uitium. s. p modum iquū astutū & simulatū. Ca. ii.

Ecūdū mysteriū declarādū de detractiōe dicitᷓ modificatio
Solet equidē peccatum istud pluribus modis cōmitti quos tñ nos ad tres precipuos reducemus. Primus dicitur iniquus. Secūdus astutus. Tertius simulatus. Primus est modus iniquus cū qs ꝓximū infamare studet cū iniquitate. Quod fieri potest tripliciter. Primo reuelando peccata sua secreta non seruando preceptū de frater / na caritate de quo Christus dixit Mathei. xviii. Si peccauerit i te frater. t.u.&.c.e. inter te & ipsum solum. Secūdo fingendo de proximo mala que non commisit. Tertio scribendo contra ipsum famosos libellos uel sicut hodie fieri solet sue ctuas lenocinio uer / borū fucatas cōponēdo & cātilenas. Scđus modus detrahēdi dicitᷓ astutus. Sunt nanqꝫ alii cum astutia detrahentes proximo adhuc tripliciter. Primo tacendo. Nam cum interrogantur de alicuius uirtutibus licet nullum malū dicant tacent tamen uerum & bonū quod sciūt dicereqꝫ debent. Sicut si quis interrogaretur de aliqua puella nubili an esset honesta & ille sciret sic esse tamē aut taceret aut diceret. Nō me interpono de alienis factis. talis utiqꝫ & si non directe indirecte tamen proximi sui famam lederet. Ideo dicebat Gilbertus porrectanus. Grauis rapacitas cum ueram alterius glo / riam & si mendatio non corrumpis silentio preteris. Liuor enim excellentiam propriam semper cogitans alienā obscurat. Secūdo astuti detrahunt negando cum scilicet & si malum non dicant de ꝓximo negant tamen bona que de illo ab aliis narrantᷓ & ṗdicātᷓ. Tertio astuti detrahunt uenenando cum scilicet multa bona dicūt de aliquo uenenando cū aliquo malo interposito sicut plerıqꝫ fa / ciunt semper addentes. sed. uel si. Dicūt eni O si talis nō haberet illū defectū uel illū etc. quot uirtutibus quibus floret laudaretur a cunctis. Vel dicūt. Talis est doctus uel probus sed deficit in hu / militate & huiusmodi. Sicqꝫ detractores astuti ne uideātur detra / here laudant ut tandem uituperent. & simul cum melle porrigunt ad bibendum uenenum. Venena ait Hieronymus ad Lethām nō dant nisi melle circundata. Tertius modus detrahēdi dicitur simu / latus qui est ꝓprius Hypocritarū. Ipsi etenī detrahunt tripliciter Primo dolendo. Fingunt nāqꝫ uoce uultu uerbis gestu suspirus dolēter & ex caritate referre criminationes & diffamationes ꝓ / ximorum suorum cum tamen id faciant ex impietate liuore & in / uidia. Secūdo Hypocrite detrahūt augēdo cum narrant aliquod factum minimū uerbis suis aut factis ampliātes illud & adaugētes

Tertio hypocrite detrahunt notando cū scilicet nominant multos cum laude & post alicui alteri detrahūt. Hi modi & si nō hoc ordine nihilominus in substātia pro maiori parte ponūtur ab Alex. de ales in scd'o uolmīe sūme & a sancto Tho. ii. ii. q. lxxiii.

Quod per detractionem offendūtur detrahentes audientes & patientes. Ca. iii.

Ertium mysterium cōtemplandū de detractione dicitur offensio. Est etenī peccatū hoc offensiuū ualde. offendit nāq tria hominum genera. Primi sunt detrahentes. Secundi audientes. Tertii patiētes. Primi quos detractor offendit sūt ipsi detrahētes Nam ultra hoc q mortaliter peccant scdm Scotum in. iiii. di. xv. Tenentur ad restitutionem fame. Quod secundum Ric. & Tho. fieri habet ad arbitrium boni uiri. Et de mō restituendi talē famā etiam satis ample scripsit sanctus Bernardus in quadragesimali de christiana religione. Ideo non curaui hoc multū ampliare. Verumtamen cum paucissimi reperiantur qui famam uelint restituere his quibus detrahunt magnum periculum est detrahere. Secūdi quos detractor offendit sunt audientes. Illi enim qui detrahentibus beniuolum prebent auditum peccatum non effugiunt. Idcirco Bernardus ad Eugeniū īquit. Velle detrahere & audire quid horum damnabilius sit non facile dixerim. Et Augustinus. Ne accomodes aures tuas detractioni. Detrahenti enim anime & audienti utriusq esca mortis est detractio. Et. xi. q. iii. c. Non solū Non solū ille reus est qui de alio malum profert sed qui cito criminibus aurem prebet propterea caute agendum est ut nō solum nō detrahamus sed ne detrahentes quidē audire uelimus. Ad hoc autē quinq sunt oportuna remedia. Primum est elongatio ut si fieri potest elonget se unusquisq ab his quos detrahere uidet paratos. Et de hoc sapiens prouerbiorum. iiii. ait. Detrahentia labia procul sint a te. Secundū est remedium contristatio. Nam si quis non potest se a detractoribus elōgare ostendat eis detrahere uolentibus uultū tristē significans se non libenter audire & cōtricādo caput spuendo in terrā post tergum respiciendo & faciendo similia refrenet dicentis audaciam. Quia ut inquit sapiens prouerbiorum. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias & uultus tristis linguā detrahentem. Et Hieronymus ad Rusticum monachum. Sicut sagitta si mittatur in duram materiā nonnunq̄ reuertitur in mittentem & uulnerat uulnerantē ita & detractor cum tristem uiderit uultum audientis immo non

audientis sed obdurantis aures suas ne audiat iudicium sanguinis illico conticescit palet uultus silua siccat. Et. vi. q. i. c. Ex merito dicitur. Nemo inuito auditori libenter refert. Tertium remedium ē reprehēsio sicut Christus fecit dū discipuli detrahebāt Magdalene quibus dixit Mathei .xxvi. Quid molesti estis huic mulieri bonū opus etc. Et ad hoc propositū Iob. xxix. dixit. Conferebāt molles iniqui & edentibus illis auferebant predam. Quartum remedium est cordis stabilitio ut nō credat cito omne malum quod dicit quia multi multa loquūtur & sepius falsa q̄ uera. Et ut dicit̄ eccles. xix. Qui cito credit leuis ē corde. De Christo & de Iohāne baptista ut tactum est multi mala loquebantur. Duo senes iudices tanq̄ adulterā mentiendo accusabāt Susannā instantes ut lapidaretur ut patet Danielis. xiii. Sancta Marina uirgo que in habitu uirili incognita aliis deo seruiebat in monasterio infamata fuit q̄ impregnasset iuuenculam quandam. Ob quod fere usq; ad mortē extra monasterium abinde penitentiam egit. Hieronymus etiam gloriosus in epistola ad Asellā de fictis amicis conquerit̄ ualde sic dicens. Si tibi presente a me referri grās posse non sapientia. potens est deus super personā meā sancte anime tue restituere quod meretur. Ego enim indignus nec estimare unq̄ potui nec optare ut tātum mihi in Christo largieris affectum. Et licet me sceleratū quidam putēt & omnibus flagicus obrutū & pro peccatis meis etiā hec parua sint. tamen tu bene facis q̄ ex tua mente malos putas bonos. Periculosū quippe est de seruo alterius iudicare & non facilis uenia praua dixisse de rectis. Veniet ueniet dies illa & mecū dolebis ardore nō puo Ego probrosus Ego uersipellis & lubricus Ego mendax & sathane arte decipiens. Quid enim tutius est hoc uel credidisse uel fuisse de insontibus an etiam de noxiis credere noluisse? Osculabantur quidam mihi manus & ore uipereo detrahebant dolebant labiis corde gaudebant. Videbat dominus & subsanabat illos & miserum me seruū suum futuro cum eis iudicio reseruabat. Quintum remedium est cordis compassio ut cum quis audit aliquos detrahentes referentes etiam ueritatem compatiatur proximis suis peccatoribus consideretq; quia scd̄m cōmunem legē ut Lac. ait li. vi. Nemo potest esse tam circūspectus tam prudēs qui non aliquando labatur. Et ideo quilibet magis timere debet de suo lapsu q̄ de peccatis alienis gaudere. Tertii quos detractio offēdit sunt patientes illi uidelicet quibus detrahitur. Nam ultra hoc

ꝙ illorum fama denigratur cum sepius innotescat eis ꝙ male dicit de illis affliguntur & contristantur. Sed reuera conari debent ut potius letentur & iocundentur quoniam tales detractiones criminationes & oblocutiones false faciunt ad augmentum glorie. Vñ Christus Mathei. v. dixit. Beati eritis cũ maledixerint uobis homines & persecuti uos fuerint & dixerint omne malum aduersum uos mentientes ꝓpter me gaudete & exultate quia merces uestra copiosa est in celis. Seruãda īsup est regula Gregorii q. xi. q. iii. c. Inter uerba ait. Inter uerba laudantium uel uituperantiũ semp ad mentem est recurrendum. Et si non inuenitur in nobis malum quod de nobis homines dicunt in magnam debemus leticiã prosilire Et rursus si non inuenitur in nobis bonum quod de nobis homĩes loquuntur magnam tristiciam generare debent. Videãt itaq; detractores & bilingues quanta mala faciunt detrahẽdo. Penitẽtes ergo prohibeant linguam suam a malo & labia sua non loquanť īiqua ut sic diuine gratie munera in seculo hoc possint participare & tandem peruenire ad eternum regnũ beatoꝝ in quo Christus saluator noster cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per infinita seculoꝝ secula. Amen.

Feria quarta quinte ebdomade in quadragesima de piurii uitio a quo maxīe penitẽtes cauere debẽt. Sermo. lviii.

On estis ex ouibus meis. Verba sũt redemptoris nostri originaliter Iohannis. x. c. & in euangelio hodierno. Quod de iudeis locutus est Christus in uerbis premissis hodie non immerito dici potest de christianis malis. Ipsi eteni uocẽ Christi contẽnẽtes diuina mandata obseruare non curant quinimo grauius offendũt ꝙ cetere nationes que sub quacunq; falsa religione uiuunt. Inter cetera autem mala atq; peccata que ab eis commicti solent est illud unum execrandũ ualde uiolatio scilicet & fractio iuramenti. Istud nanq; peccatum ita inoleuit ut a multis ob publicam communẽ pniciosamq; consuetudinem minimum esse credatur. Eapropter ꝑ presentium eruditione i hoc sermone de periurio uerba faciemus quoniam periuri ex ouibus Christi esse non possunt. proponemus ergo de periurio principaliter tria misteria declaranda. Primum dicitur diffinitio. Secundum commissio. Tertium malignatio

Quid sit periuriũ & an iurare sit licitum quoe sũt iuramenti comites & que sit iuramẽti forma. Capitulum ṗmũ.

Rimum misterium declarandum de periurio dicitur diffinitio in quo uidenda sunt quatuor. Primum quid est periuriũ Secundum utrum iurare sit licitum. Tertium quot sunt iuramenti comites. Quartum que sit iuramenti forma. Primum uidendum est quid est periuriũ. Et respondet Ray. in summa sua dicens. Periurium est mendaciũ iuramento firmatum. Et quia dicit iuramẽto Notandum scd̃m Alex. de ales. iii. summe ꝙ duplex est iuramẽtũ Vnum assertorium cum scilicet iureiurando asseritur aliquid sic eẽ uel non esse. Secundum est iuramentum promissorium cum promittitur aliquid fieri uel non fieri. & in utroq; mentiendo piuriũ consistit. Sed hoc plenius declarabit' in sequẽti misterio. Vgo uero de sancto Victore qd sit piuriũ expressius declarat sic. Periurium est falsa uel indiscreta iuratio seu iuramenti transgressio. Secundũ uidendum utrum iurare sit licitum. & ꝙ sic uidetur primo exẽplo dei Ipse etenim iurauit. Vnde Genesis. xxii. Per memetipsum iuraui dicit dominus. & psalmo. cix. Iurauit dominus & non penitebit eũ. Et Hiere. xliiii. Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait dominus. Et Amos. iiii. Iurauit dominus deus in sancto suo. Et Luce. i. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum etc. Secundo ꝙ iurare sit licitum patet exemplo patrum tam ueteris q̃ noui testamẽti. Scribitur enĩ Iosue. xiiii. Iurauit Moyses in die illo dicens. Terra quam calcauit pes tuus erit possessio tua & filiorum tuorũ ineternũ quia secutus es dominũ deũ tuum Et Iudicũ. xxi. Iurauerũt filii Israhel ĩ Masphat & dixerũt. Nullus nostrum dabit filiis Beniamin de filiabus suis. Et. ii. Regũ. xxi. Iurauerunt uiri Dauid. d. Iam non egrediens nobiscum in bellum ne extinguas lucernam Israhel. Et. ii. parali. c. xv. dicitur de filiis Iuda & Beniamin qui uenerant in Iherusalem. Iurauerũt domino uoce magna & ĩ iubilo & ĩ clãgore tube. Et Ro. i. Iurauit Paulus dicens. Testis est mihi deus cui seruio in spiritu meo & in euãgelio filii eius ꝙ sine intermissione memoriã uestri facio semper in orationibus meis. Et Phili. i. Testis est mihi deus quomodo cupiã oẽs uos in uisceribus Iesu Christi. Et Hieronymus ĩ descriptiõe Pauli primi heremite ĩquit. Testor deũ & angelos eius uidisse monachos etc. Tertio ꝙ iurare sit licitum probatur ex ordinatione ecclesie & sacrorum conciliorum. Nam ordinata sunt iuramenta. Romani ĩperatores. ut patet in Clẽmẽ. Romani principes de iureiurãdo hereticorum qui abiurant heresim. ut notatur de conse. di. ii. c. Ego

bellengarius. & extra de hereticis. c. Ad abolendam prelatorum. ut de electione. iii. c. Significasti. Et sic de aliis iuramentis que sacri canones ponunt. Quarto ꝙ iurare sit licitum probatur auctoritate. Vnde deutero. vi. Dominum deum tuum timebis & illi soli servies & per nomen illius iurabis. Et deutero. x. c. Iurabis in noīe eius. Et psalmo. lxii. Laudabūt omēs qui iurant in eo. Et Hiere. iiii. iurauit. Viuit dominus in ueritate & in iudicio & in iusticia Ad idem facit quod scribitur. xxii. q. i. c. Omne. c. Non est. c. In nouo testamento. c. Vt noueritis. c. Ita. c. Tu manifestum facis. c. Et iurabit. c. Considera. c. Si peccatū esset. Quīto ꝓbatur ꝙ sit licitum iurare ratione. Nā actus uirtutis est licitus sed iurare per deū est actus latrie quia sicut Hieronymus in glosa sup illud Mathei. v. Reddes domino iuramenta tua. Hoc per quod quisq; iurat ueneratur. Venerari autē deū actus latrie est. ergo actus iurandi per deum est licitus. Sed contra arguunt aliqui ex auctoritate saluatoris dicentis Mathei. v. Ego dico uobis nō iurare oīo Et ex auctoritate Iacobi qui. c. v. sue canonice. ait. Ante omīa fratres mei nolite iurare. Respondet Augustinus in libro de mendacio & in epistola ad Plebeculā. Quod in his auctoritatibus predictis non probibetur iuramentū in quocūq; casu. Sed interdicitᷣ immoderatus & nimius usus eius ne sic perueniatur in periurium. Tertium uidendum quot sunt iuramenti comites ut debito mō fiat Respondet Hieronymus. xxii. q. i. c. Animaduertendum. ꝙ sunt tres scilicet ueritas iudiciū & iusticia. Idem ponitᷣ in. c. Et si xp̄us extra de iureiurando. Prima cōditio uel comes iuramenti est ueritas ut scilicet fiat cum ueritate. Secunda est iudicium ut fiat discrete. Tertia cōditio ē iusticia ut fiat de re iusta & licita. Quartum uidendum erat que sit iuramenti forma. Et respondet Inno. & Ray. ꝙ alia fuit forma iuramenti in ueteri lege in qua iurare solebāt dicētes Viuit deus Viuit aīa mea. ut patet. i. Reg. xxiiii. & xxv. Alia fuit forma iuramti ī ecclesia ꝑmitiā. Tunc. n. iurātes dicebant Testis est mihi deus ut supra dictū est de Paulo. Hodie uero forma iuramenti solet esse ad sacra dei euangelia. Omnibus tamen modis qbus deus iuratᷣ iuramētū est.

Quot modis cōmittatᷣ iuramentū & ꝙ q̄tuor sunt iuramenta indebita. s. falsa iiusta icauta & omissa. Ca. ii.

Ecundum misterium contemplandū de periurio dicitur cōmissio. In quo ex dictis notare debemus ꝙ piurium cōmitti

potest quadrupliciter scd'm quatuor indebita iuramenta. Primum est iuramentum falsum. Secundum iniustum. Tertium incautum. Quartum omissum. Primo committitur periurium respectu iuramenti cum quis iurat falsū siue in iuramento assertorio siue promissorio. Aduertendū tamen scd'm Augustinū. xxii. q. ii. c. homines. ꝙ aliquis potest iurare falsum intentione fallendi & talis peccat & periurus est. Aliquis potest iurare falsum sine intētione fallendi & tunc si adhibuit diligentiam debitā ne iuraret falsum licet illud iuraret non peccat. quia ut dicitur in dicto capitulo. Ream linguā nō facit nisi rea mens. Potest etiam quis iurare uerum cum intentione fallendi & talis peccat & quantū in se est periurus efficitur. Scd'o committitur periurium iuramento iniusto uel illicito & tunc peccatum est sic iurare & peccatum est tale iuramentum obseruare. Vnde Isidorus in. c. Que malis. xxii. q. ii. ait. In malis promissis rescinde fidem in turpi uoto muta decretum. quod incaute uouisti ne facias. Impia promissio est. Ad idem est. c. Si aliquid. c. Non solum. c. Vnusquisq;. c. Incommutabilis. c. Magne. c. Non sp. c. Diffinitio. c. Si ad peccatum &. c. Mulier. Propterea non excusatur Herodes qui iussit amputari caput Iohannis baptiste ne uiolaret iusiurandum. Iurauit nāq; dare puelle saltanti quicquid peteret licet dimidium regni eius. At illa petiit dicens Da mihi in disco caput Iohannis baptiste ut dicitur Marci. vi. c. Ideo dicit Ambrosius libro de officiis. Herodes saltatrici premium turpiter promisit crudeliter soluit. Turpe est ꝙ regnū pro saltatione promittat'. Crudele ꝙ mors ꝓphete pro iurisiurandi religione donat'. Tertio committitur periuriū in iuramento īcauto siue indiscreto in quo deest iudicium sicut solent facere multi qui pro omni minima re iurant per deū ꝑ sanctos sanctasq; per corpus & sāguinē Christi & huiusmodi qui audire debent uerbum sapientis dicentis Eccles. xxiii. Iurationi non assuescet os tuū. Multi enim sunt casus in illa. Et iterum ibi Vir multū iurans implebitur iniquitate & nō discedet a domo eius plaga. Qui autē sic consueuerunt iurare difficile corriguntur. Vnde & ego scio in ciuitate quadā Italie epm quendam qui nesciebat loqui nisi diceret per corpus Christi & in nomine diaboli. Cum uero nullus auderet illū corrigere dominus ciuitatis caritate motus hoc officium in se suscepit. Quare inuitauit episcopum ut secū pranderet & finito prandio dominus traxit epm ad partē satisq; reuerēter & honeste dixit ei. Pater reuerēdissime

multi de te aiunt q̄ nescis uerbum proferre sine iuramento & inuocatione diaboli. At episcopus in impatientiam uersus respondit In nomine diaboli & quis de me ita dicit. Per corpus Christi non est uerum. Cui dominus. Iam a teipso testimoniū accepi sicq̄ episcopus ille cum rubore discessit. Illi uero similes plurimi inueniunt̄ qui etiam dum confitētur ob iurandi longam cōsuetudinem iurare non erubescunt. Quarto cōmittit̄ periuriū in iuramento omisso. cum scilicet non seruantur ea que seruari debent & possunt etiā iuramento firmata. O si seruarent reges principes duces comites marchiones barones officiales publici capitanei potestates rectores iudices aduocati procuratores notarii & certe multi alii que iureiurando promiserunt. quot iniustissime cessarent quot impietates deessent quotue mala deficerent. De prelatis autē curā aīaꝝ habentibus nihil dico tamen unū assero q̄ multi ex his qui in dignitatibus sunt cōstituti tam spiritualibus q̄ temporalibus ex euidentia facti ipsoꝝq̄ operibus periuri esse cognoscunt̄.

Quod periurium ostenditur peccatum malignum & graue tum propter transgressionem tū ꝑpter prouocationem tum ꝑpter assimilationē tū etiā ꝑpter punitionē. Ca. iii.

Ertium misteriū de periurio declarandū dicit̄ malignatio. Est siquidem peccatū satis graue atq̄ malignū quadruplici ratione. Primo ratione transgressionis. Secūdo ratione prouocationis. Tertio ratione assimilationis. Quarto ratione punitionis. Prima ratio dicitur transgressionis. Transgrediūtur siquidem ipsi periuri preceptū domini qui ait Exodi. xx. e. Non assumes nomē dei tui inuanum. Et Leuit. ix. Non periurabis in nomine meo. O quantum confundi debent christiani periurantes quando apud infideles tantam uim habet iusiurandū ut Mar. regulus mori potius elegerat q̄ iurata per illum uiolare. Inquit enī Augustinus de illo libro primo de ciuitate dei. Marcus regulus imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit qui dum sibi mallent a Romanis suos reddi q̄ eot um tenere captiuos ad hoc impetrādū hunc preopue Regulum Romam miserunt prius iuratione constrictum si quod uolebant minime peregisset rediturum esse Carthaginem. Perrexit ille atq̄ in senatu cōtraria persuasit quia nō uidebatur esse utile romane rei publice mutare captiuos nec post hoc a suis ad hostes redire cōpulsus ē tamē quia iurauerat id spōte compleuit. Carthaginenses autem ut dicit Valerius sub rubrica de

crudelitate eũ grandibus cruciatibus necauerũt Inclusum quippe
angusto ligno ubi stare cogeretur clauisq; acutissimis referto ut
se in nullã partem sine penis atrocissimis inclinare nõ posset etiam
uigilando peremerũt. O christiani periuri. O uiolatores fidei. O
fractores iuramenti. Animaduertite & considerate q̃ uituperabile
est q̃ue damnabile peccatum uestrum & in exemplo Marci reguli
discite quanta diligentia teneri debeat iusiurandum. Secũdo pec/
catum periurii est graue atq; malignum ratione prouocationis Ex
illo nãq; prouocatur deus ad indignationem & iram quia sicut in/
uocantes nomen eius protegit & defendit ita illud falsificantes &
cõtemnentes abhorret & persequitur. Dixit enim Ioel. ii. c. Oẽs
qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Et per Dauid in psal.
Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Et prouerbi/
orum. xviii. Turris fortissima nomen domini. Sic econuerso ex/
pugnat illos qui nomen eius irreuerenter tractant. Propterea
Asdrubal a Carthaginensibus missus ad romanos legatus pro pace
firmanda postq̃ Scipio deuicit Hanibalẽ ut dicit Titus liuius cũ
orasset in senatu flexissetq; ad misericordiam patres uni eorum q
pre omnibus Carthaginensium fraudes celarat dicenti. Per quos
deos iurabitis nobis quos alias iurando fefellistis. Respondit per
eosdem quos tam aduersarios experimur contra iurata frangentes
Legitur etiam in uita sancti Nicolai ꝙ uir quidam ab uno iudeo
quandam summã peccunie mutuo accepit iurans super altare sãcti
Nicolai ꝙ q̃citius posset eam sibi redderet. Tenente illo diu pecu/
niam iudeus eam expostulat sed ille eam sibi reddidisse affirmat.
Ducitur res ad iudicium & iuramentum indicitur debitori. At ille
baculum cauatum quem auro minuto impleuerat secum detulit ac
si eius adminiculo indigeret. Volens igitur facere sacramentum
iudeo ibidem existenti baculum tenendum dedit. Iurauit itaq; ꝙ
plus reddiderat q̃ acceperat facto iuramẽto baculum suũ repetit
quem iudeus ignarus astutie sibi reddidit. Rediens autẽ qui fraudẽ
fecerat i quodã biuio oppressus somno corruit. currusq; cũ impetu
ueniens eum necauit & plenum auro baculũ fregit & aurũ effudit
Audiens hoc iudeus concitus illuc uenit. Cumq; dolum uidisset &
a multis ei suggeretur ut aurum reciperet omnino renuit nisi qui
defunctus fuerat ad preces beati Nicolai ad uitam rediret asserẽs
si hoc fieret se baptisma suscepturũ. Continuo igitur qui defũctus
fuerat surrexit & iudeus in Christi nõie baptizatus ẽ. In ciuitate

uero Litii fuit quidam qui Anthonius pedulus dicebatur quē ego
cognoui hic dũ coram officialibus iurasset falsum addidissetq; ꝑcor
deũ celi ut si mentior faciat me morte subita interire statī cecidit
in eodem loco & miserrimus expirauit. Tertio periurium est pec/
catum graue atq; malignum ratione assimilationis. Facit utiq; ho/
minem similem proditori Iude qui Christũ osculando & salutãdo
tradidit inimicis suis Sic periuri inuocantes nomē dei ueritatem &
iusticiam opprimunt & occidunt. Quarto periurium est peccatum
graue atq; malignum ratione punitionis. Nam per ciuiles leges pu/
nitur ut patet ex textu multarum legum ciuilium quas causa bre/
uitatis omitto. Nam uidemus iuramentum uiolantes truncatione
manus affici ita ut omnibus sint eos uidentibus in exemplum & ut
sibi caueant monimētũ. Per leges autē canonicas punitur piuriũ
grauiter ut patet. xxii. q. v. c. Qui piurat. c. Si quis coactus. c.
Si quis conuictus. licet hodie ut tactum est in precedentibus pe/
nitētie sunt arbitrarie. Sũt etiã periuri īfames ut patet. vi. q. i. c.
Infames. Ex quibus omnibus colligimus quantum hi qui ad peni/
tentiam uenire uolunt curare debent ut abstineant a periurio.
Hoc siquidem peccatum est quo maximus christianorũ numerus
ad tartara ruit. Hoc pctm̃ ē quo nutriuntur fraudes deceptiones
simulationes & iniusticie. Hoc peccatũ ē propter quod opp̃mũtur
pauperes uexantur uidue pupilli & orphani tribulantur quia ut
superius dictũ est Si hi qui uel ecclesie uel reipublice presunt ser/
uarent iuramēta sua cũcta recte sancte iustissimeq; fierēt essētq;
de ouibus Iesu Christi qui nobis omnibus suam largiatur gratiam
& ī fine sempiternam gloriam. Amen.

Feria quinta post dominicã de passione de Maria Magda/
lena. s. de triplici eius statu uidelicet offensionis conuersiōis
& gratificationis. Sermo. lix.

Emittuntur ei peccata multa quoniã dilexit multũ. Verba
sunt redemptoris nostri originaliter Luce. vii. c. & in euã/
gelio hodierno. Relucet ī exēplo Marie Magdalene benignitas
& clementia saluatoris nostri dei Suscepit penitentem & peccata
oĩa remisit illi. Propterea sancta mater ecclesia legit hodie euã/
gelium in quo res tam pia tamq; dulcis exprimitur & narrat ut sic
peccatores non diffidãt de clementia Iesu Christi benedicti quare
equũ est ac rationabile ut & nos tota mente cōtemplemur Marie
Magdalene penitentiam & conuersionem. Ipsa est que in peccatis

deũ offendẽdo diu tius fuerat imorata. Ipsa ẽ que corde cõpuncta Christum audiuit peccata sua sibi remittẽtem. Ipsa est in qua ꝑus abundauit delictum & postremo superabundauit & gratia. Qua/propter de ea loqui uolentes in pñti sermone triplicem eius statum consideremus. Primus dicitur offensionis. Secundus conuersionis. Tertius gratificationis.

De statu offensionis Marie Magdalene in quo uidendum ẽ an hec mulier fuerit soror Lazari & an peccatum eius fuerit corde & opere perpetratum ac que potuit esse causa peccati eius. Capitulum primum.

Rimus status Marie Magdalene quẽ cõsiderare debemus dicitur offensionis. hoc notatur in euangelio cum dicitur Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix scilicet notoria publica & infamis. Virgilius quarto Eneidos. Fama malum quo nõ aliud uelotius ullum Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo. Parua metu primo mox sese attollit in auras Ingrediturq; solo & caput inter nubila condit. Pro cuius clariore noticia tria dubia emergũt declaranda. Primum utrum ista peccatrix de qua Lucas meminit fuerit Maria Magdalena soror Lazari. Secundum utrum huius mulieris peccatricis peccatũ fuerit tantum corde aut simul & ope perpetratum. Tertium Que potuit esse causa ut Maria Magda/lena rueret & peccaret. Ad primũ dubium dixerunt aliqui ꝙ hec peccatrix cuius mẽtionẽ Lucas facit non fuit Maria Magdalena sed quedam alia. cum quia nomen eius non exprimitur. cum quia uidetur eis inconueniens nobilissimam mulierem qualis fuit Maria Magdalena ad tantam infamiã infamemq; uitam potuisse pueñire Sed ego dico ꝙ qui hanc oppinionẽ sequitur minus bene sentiũt Nã & si Lucas nomen illius peccatricis non expressit hoc fecit ad denotandũ scd̃m morem scripture ꝙ in statu peccati non deo erat cognita per approbationẽ. Dicitur enim uirginibus stultis ideo q omĩa nouit cognitione simplicis noticie. Mathei. xxv. Nescio uos quia illas non cognoscebat ut approbaret que ab eo per peccatũ erant separate Sic & Luce. xvi. exprimitur nomẽ Lazari q erat scriptus in libro uite & tacetur nomen diuitis qui erat reprobatus. Sic a simili dicimus de Maria Magdalena. Qualiter autem ipsa nobilis genere & soror Lazari tanta potuit ĩfamia deturpari de/clarabimus in tertio dubio. Hic uero proprie debemus dicere ꝙ

Lucaſ de ipſa Maria magdalena uere & realiter ē locutuſ. Ad hoc autem facit primo auctoritaſ Auguſtini qui in libro de conſenſu euangeliſtarum aſſerit hāc peccatricē Mariam magdalenā fuiſſe Et hoc ipſum aſſerit Gregoriuſ qui in omelia preſentiſ euangelii ſic ait. Cogitanti mihi de Marie penitētia flere magiſ libet q̄ aliqd dicere. Cuiuſ enim uel ſaxeum pectuſ ille huiuſ peccatricıſ lacrime ad exemplum penitendi non emoliunt. Conſiderauit nanq; quid fecit & noluit moderari quid faceret Super conuiuanteſ ingreſſa eſt non iuſſa uenit inter epulaſ non erubeſcit. Hanc uero quam Lucaſ peccatricem mulierem Iohanneſ Mariam nominat illā eē mariā credimuſ de qua Marcuſ. vii. demonia eiecta fuiſſe teſtat᷑. Et quid per ſeptem demonia niſi uniuerſa uitia deſignantur. hec ille. Iohanneſ autem. xi. c. ait. Maria erat que unxit dominum unguento & exterſit pedeſ eiuſ capilliſ ſuiſ cuiuſ frater Lazaruſ infirmabat᷑. Marcuſ etiā ultimo capitulo ſic de ipſa ſcribit. Surgenſ Ieſuſ mane prima ſabbati apparuit primo Marie magdalene de qua eiecerat ſeptem demonia. Inſuper patet hanc peccatricem Mariam magdalenam fuiſſe eo ꝙ eccleſia in feſto Marie magdalene legit euangelium huiuſ peccatricıſ. Et in hiſtoria beate Marie magdalene habetur qualiter ipſa reuelauit ſacerdoti cuidam q eam in heremo inuenit ꝙ ipſa fuiſſet famoſa illa peccatrix quare non eſt dubium ꝙ Lucaſ loquitur de ipſa. Secundum dubiū erat utrum huiuſ peccatricıſ ſcilicet Marie magdalene peccatū fuit tm̄ corde aut ſimul & opere perpetratum. Et ad hoc eſt triplex moduſ dicendi. Quidam enim dicunt ipſam fuiſſe uirginem corpore & carne ſed tantum mente corruptam. Contra illoſ tamen eſt auctoritaſ eccleſie que in feſto eiuſ non facit officium uirginum cū tam̄ ſcd̄m omneſ doctoreſ mentaliſ uirginitaſ recuperetur per penitētiam. Contra iſtoſ etiam eſt quia eccleſia non iudicat de peccatiſ occultiſ & mētalibuſ ſed de manifeſtiſ & opere perpetratiſ. Cū ergo euangeliſta nominat illam peccatricē & in ciuitate notam ſequit᷑ ꝙ de peccatiſ eiuſ manifeſtiſ & nō ſecretiſ ſcripſerit. Alii doctoreſ dicunt ꝙ Maria magdalena fuerit publica meretrix quoniam de illa Chryſoſtimuſ ſuper Matheo ait Tunc illa proſtituta lupanar exiuit quando diſcipuluſ gehennam intrauit. Et Hieronymuſ ad Furiam. Meretrix illa in euāgelio que pedeſ domi lacrimiſ lauit & crine deterſit & confeſſioiſ ſue honorauit unguento manifeſte

depingit ecclesiam de gentibus congregatam. Et idem in prologo Osee prophete. Hec est illa mulier meretrix & adultera de qua loquitur dominus ad iudeos dicēs Meretrices & publicani precedēt in regno celorum. Propter huiusmodi uerba dixerunt aliqui p̄/fatam secundam oppinionem. Sed ego dico satis durum est immo nec credibile mulierem generosam nobilissimis parētibus ortam & diuitiis abundātem loca spurcissima pro pretio inhabitasse. Doct: autem Chrysostimus & Hieronymus loquūt̄ de ea ut supra dictū est ad denotandum q̄ uita eius licet in propria domo tam lasciua erat tamq̄ dissoluta ut uideretur quasi una ex meretricibus que solent ī lupanaribus immorari. Et propterea est tertius modus di/cendi cui ego adhereo tenens uiam mediam q̄ Maria magdalena ī sua domo delitiis & otio uacans usq̄ ad suā conuersionē oīe tēpus suum omnemq̄ uitam uoluptatibus exposuit ornando caput poli/endo crines ungendo faciem componendo uestes cantando uanas cantilenas loquendo lasciua conuersando cum iuuenibus & ex cō/sequenti de facili alia facienda que nō licet homini loqui. Tertiū dubium erat que potuit esse causa ut Maria magdalena rueret & peccaret. Et dico q̄ potuerunt esse tres. Prima causa fuit eius for/mositas & pulchritudo. Erat siquidē pulchra & formosa naturaliter atq̄ pulchritudinem illam ampliabat cum ornatu uano inhonesto ac meretricio. Talis utiq̄ pulchritudo cum inhonestate habitus aspectus uultus & gestus sociata in magnum ponit discrimen mu/lieres quia ut īqt Aureolus theophastus. Mulier pulchra cito ada/matur & difficile est custodire quam multi amant. Et sapiens pro/uerbioꝝ.v.īqt. Fallax species & uana ē pulchritudo. Propterea Hieronymus reprehendit acriter ornatum inhonestum mulierum Vnde ad Furiam ait. Ornatus iste non domini est uelamen sed antichristi. Aut loquendum nobis ut uestiti sumus aut uestiendum ut loquimur. Lingua personat castitatem & totum corpus p̄fert impudicitiam. Et idem ad sacras uirgines de continentia uirginali Propheticus ille sermo non proferatur de uobis. Filie eorum com/posite circumornate ut similitudo templi & dealbate abextra ut monumenta que auro relucent intus uero plena sunt ossibus mor/tuorum. He non filie regis Christi sed regis Tyri. He semper in muneribus uultus in pudicitia diuites plebis & capiunt & capiuntur Impudicissimus mulierum affectus semper in auro semper ī gēmis

ſemper in ornamentiſ extrinſecuſ gloriam ponunt. Non ſufficit
eiſ libido innata nature ſed occaſionem querunt explende libidiſ
Affectant proculdubio ut oculi uirorum aurum contemplanteſ
& gemmaſ tandem figantur in faciem & furtiuiſ oculorum ſuorũ
nutibuſ faciliuſ incitent ad libidinoſũ incendiũ. hec ille. Sic Maria
magdalena diſſoluta & uaga uanitatibuſ dedita offerebat ſeipſã
uiriſ diligendam amore uano & uitioſo & ex conſequenti ſollicitã/
dam. Secunda cauſa quare ad tam laſciuã uitã deuenit fuit uber/
taſ & abundantia bonorũ temporaliũ ob quã ſatiſfaciebat corpori
ĩ oĩbuſ deliciiſ ſuiſ paſcebat illud ſplendide bñ comedebat bibebat
& dormiebat refugiebatq; quoſcunq; laboreſ. Quod quanti ꝑiculi
ſit non ſolum mulieribuſ ſed etiam uiriſ declarat deuſ ꝑ Ezechielẽ
xxxiii. d. Hec fuit iniquitaſ ſororiſ tue Sodome ſaturitaſ paniſ
& abundantia & otium ipſiuſ & filiarum eiuſ. Tertia cauſa quare
Maria magdalena tanta flagitia enormia commiſit fuit libertaſ.
Scd'm enim Auguſtinum in libro de. x. cordiſ Quatuor ſunt cu/
ſtodie mulieriſ quibuſ adiuuatur ut honeſte uiuat. Prima ẽ timor
dei. Secunda timor legum adulteraſ punientium. Tertia ſocietaſ
uiri. Quarta uerecundia mundi. De hac ſic dicit Hieronymuſ ad
Furiam. Tenera reſ in feminiſ fama pudicitie ẽ & quaſi floſ pulch/
errimuſ cito ad leuem marceſſit auram maxime ubi etaſ conſentit
ad uitiũ & maritaliſ deeſt auctoritaſ cuiuſ umbra tutamẽ eſt ux/
oriſ. hec ille. Cum ergo magdalena nec deũ nec legeſ timeret eẽtq;
abſq; uiro & ĩ libertate ſua quia patrimonium diuiſum erat inter
Lazarum & ipſam & Marthã facile ẽ credere & opinari ꝙ frõtẽ
fecerit meretriciſ & ſine rubore ac uerecũdia ſue libidini ſatiſfecit
ita ut per excellẽtiam diceretur peccatrix. O Maria magdalena
ꝙ uiliſ eſt in tali ſtatu conditio tua. O quantũ denigrata eſt fama
tua. O quãta ignominia propter tuam lubricam uitam circũdedit
parentelam tuã. Sed hiſ omnibuſ grauiuſ eſt quia facta eſ dei in/
imica & eiuſ angeliſ ac ſanctiſ omnibuſ odioſa ualde. O infelix &
excecata. O miſerrima aĩa cur tãto ſtudio procuraſ ꝑdere celum
offendere deum & in interitum currere damnationiſ eterne? Et
quid aliud ẽ eẽ peccatricẽ niſi eſſe ĩ ꝑiculo grãdi damnationiſ fu/
ture? Veruntamen quod audimuſ de magdalena quia peccatrix
erat hodie dici põt de innumerabilibuſ quaſi mulieribuſ adulteriſ
fornicariiſ inceſtuoſiſ & oĩ flagitio ac dedecore infectiſ. O impie

creature. O carnales & lasciue mulieres cognoscite statum uestrũ & scitote ꝙ nihil magis potest uos ledere q̃ peccatum sicut patet de magdalena.

Qualiter Maria magdalena cognouit peccatũ suũ & corde contrita ad pedes Iesu humiliter satisfecit. Ca. ii.

Ecundus status Marie magdalene quem considerare debemus dicitur conuersionis. Hunc explicat Lucas cũ dicit Vt cognouit qa Iesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrũ etc. Vbi ponuntur tria de ipsa magdalena. Primum est cognitio. Secundum satisfactio. Tertium contritio. Primum est cognitio quia dicitur. Vt cognouit. Cognouit siquidem bona que omisit mala que commisit damna que incurrit. Cognouit peccatorũ suoꝝ magnitudinem turpitudinem & multitudinẽ. Cognouit dei cõtra peccatores seueritatem erga penitentes pietatem & circa iustos liberalitatem. Quomodo ista cognouit cum propter peccatũ anima ceca efficiatur iuxta illud quod de peccatoribus dicit̃ Sapientie. ii. Excecauit illos malicia eoꝝ. Et Sophonie. i. Ambulabunt ut ceci quia domino peccauerunt. Et ut Aristoteles inquit secundo de aĩa Nihil uidetur nisi in lumĩe & dicere possumus ꝙ cognitionem accepit omnium supradictorum per lumen irradiantis gratie dei qui etiam peccatoribus & malis quantum est de se offert claritatem & splendorem gratie sue. Quidam autem pie dicunt magdalenã audiuisse predicantem Christum ꝙ satis uerisimile est detestantem que peccata anime ad dei imaginem formate ledant. O q̃ acuta q̃ penetrabilia q̃ue ardentissima erant uerba Iesu Christi predicantis. Loquebatur siquidem ex intimis cordis cum admirando feruore. Bulliebat eius mens animas ut eriperet de diaboli laqueis. Aspexit ergo sic predicans & uidit magdalenam extrinsecus & intrinsecus Clamare forte cepit. O aĩa mea ꝓ cuius amore deus homo factus sum. Cur me persequeris? Cur mundum amplecteris? Cur patrem omnium deum ita superbe contemnis? Quid tibi in fine succedet pro uanitatibus tuis? O plena omni miseria cur non erubescis carnalem ducere uitam? An non consideras ꝙ peccatorũ finis interitus est? Vita presens nihil est mundus cum suis bonis proditor & labilis est. Redi ad cor tuum & considera uias tuas. Reuertere reuertere a uia tua mala. Reuertere ad me qui te patiẽter expecto dulcissime inuito clementissimeq; suscipio. Veni depone peccata tua & ueni

ad me secura ueni inquam. O anima mea dilecta & ego remittam tibi peccata cuncta que commisisti. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores ad penitentiã. Huiusmodi autem similibusq; uerbis potuit Christus peccatricem magdalenam excitare illuminare & inflammare quare mentem mutauit mundum contemnere cepit & uoluntatem proposito se emendandi ac benefaciendi impleuit qđ mystice designatᷓ in alabastro .i. in uase de alabastro facto scđm Cirillum quod attulit plenum unguento precioso. Secundũ quod ponitur de Maria magdalena in eius conuersione dicitur satisfa/ctio. Per que enĩ peccata peccauerat ꝑ eadem curauit satisfacere scđm Gregorium in omelia. Peccauerat siquidẽ per presũptionẽ & audaciam. Satisfecit cum uerecundia & erubescentia quia in/gressa domum pharisei nõ stetit ante sed retro Christum Et stãs inquit euãgelista retro secus pedes etc. Peccauerat per superbiam satisfecit cum humilitate tota inclinata ad pedes Iesu. Peccauerat per uanum oculorum affectum Satisfecit cum lacrimarum inun/dantia. Peccauerat per inordinatum capillorũ decorem satisfecit per illorum contemptum pedes Iesu cũ illis abstergendo. O felix cõmutatio excelsi dextera facta que paulo ante a deo erat aliena nunc studiosissime illi conatur adherere. Tertium quod ponitur in marie magdalene conuersione dicitur cõtritio. Erat utiq; abũ/dans dolor ꝑ peccatis eius in corde illius quẽ per lacrimas oñdebat Tot .n. ab eius oculis lacrime defluebant ut sufficerent ad lauãdũ pedes Iesu Pieq; possumus contemplari ꝙ licet nihil diceret uerbo in corde tamen suo loquebatᷓ ad dominũ. O bone Iesu O pastor animarum. O spes unica salutis mee miserere mei. Ego sum illa i/felix ingrataq; peccatrix que te offendi. Ego sum illa que lasciuo gestu uano aspectu nimioq; ornatu multorum animas illaqueaui. Ego sum illa que mũdum cũ suis bonis magis dilexi q̃ te deum meũ benefactorem meum fontem indeficientem omnis boni. heu me miseram. heu me dolentem nimium. heu me quid feci. peccaui inique egi. Sed tu pius & misericors indulge mihi. Ecce pedes tuos teneo qui me peregrinando quesiuerunt. Non uenisti uocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Non despicis cor cõtritum & huĩliatũ O Iesu dulcis. O Iesu clementissime. O fili dei bñdicti sana aĩam meam suscipe penitentem consolare lacrimantem ad te ueni ad te fugi ad te totis uisceribus clamo miserere mihi peccatrici que pata

ſum decetero obtempare uoluntati tue. Talia uel ſimilia ĩ cõtrito corde magdalene uerſabantur.

Qualiter poſt conuerſionẽ Maria magdalena multiplicem grãm a dño Ieſu Xp̃o ẽ cõſecuta. Ca. iii.

Ertius ſtatuſ Marie magdalene quem conſiderare debemuſ dicitur gratificationiſ. Inuenit nanq; magdalena cõ/ ertita gratiã apud Chriſtũ qui tria beneficia ei exhibuit admirãda Primum dicitur defenſioniſ. Secundum remiſſioniſ. Tertiũ con/ ſolationiſ. Primum beneficium dicitur defenſioniſ Factuſ etenim fuit Chriſtuſ defenſor eiuſ qui defendit illam a phariſeo intra ſe murmurante ut patet in euangelio a Martha ſorore ſua de illa conquerente ut dicitẽ Luce. x. c. Et a diſcipuliſ indigne ferẽtibuſ cum ungeret caput eiuſ ut notatur Mathei. xxvi. c. Secundum beneficium dicitẽ remiſſioniſ. Remittuntur dixit Chriſtuſ ei pc̃tã multa & conuerſuſ ad illam addidit. Remittuntur tibi peccata tua O melliſfluum uerbum. O iocunda ſententia. Ecquid potuit au/ diri meliuſ quid utiliuſ: quidue fructuoſiuſ? Beati ait Pſalmiſta quorum remiſſe ſunt iniquitateſ et quorum tecta ſunt peccata. O felix penitentia magdalene que Chriſtũ ad ſe traxit. Fecitq; ut peccatricem animam antea propter peccata deletam de libro uite iuſtificaret & in numero conſcriberetur electorum ſuorum. Tertium beneficium collatum a Chriſto magdalene fuit conſola/ tioniſ. Fecit etenim eam dignam conſolationibuſ ſuiſ ſpiritualibuſ ita ut merito dicere poſſet illud pſalmiſte Cõſolationeſ tue. l.a. m. Quiſnam explicet qualiſ fuit cõſolatio magdalene quando ſtabat & audiebat uerbum Chriſti quando conuerſabatẽ cum glorioſiſſia Maria matre eiuſ quando angeloſ uidit reſurrectionem ſuam illi ãnunciateſ quando prima reſuſcitatum Chriſtum in ſpecie ortu/ lani aſpexit & uocata ab eo Maria cognouit illum eſſe. uoluitq; pedeſ eiuſ tangere & tunc non fuit permiſſa. quando poſt cũ aliiſ mulieribuſ tenuit pedeſ eiuſ dum eiſ apparuit in uia quando poſt exilium perueniens cũ Lazaro & Martha & ceco nato quẽ xp̃uſ illuminauerat & beato Maximino aliiſq; chriſtianiſ marſiliã poſt illiuſ patrie conuerſionem poſtq; miracula plurima ſuperne con/ templationiſ auida aſperrimam heremũ petiit & in loco angelicis manibuſ preparato per trigintã annoſ ĩcognita mãſit in quo nec aquarum fluenta nec arborum nec herbarum erant ſolatia ut ex

hoc manifestaretur q non terrenis refectionibus sed celestibus epulis satiebat. Qualibet enim die septem horis canonicis ab āgelis in ethera eleuabatur & celestium agminū gloriosus cantus corporalibus auribus audiebat. Quanta adhuc fuit eius iocunditas eum dispositione dei in extremo uite sue a sacerdote quodam iniūcta ē quem ad beatum Maximinum misit ut die resurrectionis dominice oratorium solus ingrederetur tempore quo ad matutinum surgere consueuerat quod & fecit uiditq in oratorio Mariam magdalenā spacio duorum cubitorum eleuatam a terris & stantem in medio angelorum. O quantum fuit magdalene gaudiū quando postremo conuocato uniuerso clero ab ipso episcopo sanctissimū sacramentum cum multa lacrimarum fundatione suscepit & ante altare prostrata animam emisit ad celos. O admirabilis deus. O pater misericordiarū qui obliuisceris omniū iniquitatū quas fecit impius si ad penitentiam reuertatur. Ecce ostendisti nobis in Maria magdalena quanta est bonitas tua quanta patientia quanta caritas quanta gratia. Tu illam peccantem subportasti a te fugiētem tenuisti obaudientem aduocasti reuertentem suscepisti & penitentē iustificasti atq iustificatam in celo esse iussisti. Cuius meritis maiestatem tuam supplices deprecamur ut nobis largiatur hic gratia & in futuro sempiterna gloria. Amen.

Feria sexta quinte ebdomade in q̄dragesima. De horrēdo peccato homicidii ad quod consequi solet desperatio & impenitentia. Sermo. lx.

Ogitauerunt ut interficerent eum. Scribuntur hec uerba Iohannis. xi. c. & in euangelio hodierno. Nescit quiescere maligna mens iudeorum que semper proximo machinatur mala & exquirit dolos. Neq peccatū aliquod tam graue est ut sibi facile non appareat. propterea scribe & pharisei statuerunt in cogitatu pessimo interficere Christum quod tandem opere compleuerunt. Sic & plerique homines nequam ferales atq crudeles ad suam iram explendā sepissime suos proximos occidere non formidant. Et quī homicidii peccatum solet sequi desperatio. Idcirco ad tantū piculū deuitandum in presenti sermone de homicidio erimus locuturi quia penitentibus satis pdesse potest huius materie declaratio. De homicidio ergo tria principalia misteria pponemus aperiēda. Primū dicitur diffinitio. Secundum modificatio. Tertiū punitio.

Quid sit homicidium & de his qui interficiunt seipsos & de occisione brutorum & qualiter quandoq; homicidium fieri potest absq; peccato. Capitulum primū.

Rimum misterium de homicidio appertendum dicitē diffinitio. In quo quid sit homicidiū uideamus. Et scd'm Ray. in summa sua & Host. in ti. de homicidio. Homicidium est homīs occisio ab homine facta. Et dicitur ab homine & cedo cedis quasi hominis cediū. Pro cuius conclusionis declaratione tria sunt dubia declaranda. Primum utrum sit licitum occidere uolucres pisces & huiusmodi. Secundū utrū homo peccet interficere seipm. Tertiū utrum homicidium fieri possit absq; peccato. Ad primum respōdet Augustinus libro primo de ciuitate dei dicens. φ fuit & est error manicheorum tenentium φ sit licitum homini interficere bruta & irrationabilia. Cuius erroris īpietas apparet qa deus benedictus omnia supradicta ad usum hominis deputauit. Vnde Genesis. ix. dixit deus Cresite & multiplicamini & replete terram. Et sit timor uester ac tremor super cuncta animalia terre & super omnes uolucres celi cum uniuersis que mouentē in terra. Omnes pisces maris manui uestre tradite sunt & omne quod mouetē & uiuit erit uobis in cibum. Propterea Augustinus ubi supra ait. Iustissima ordinatione creatoris & mors & uita eorum nostris usibus subditur. Ex quo inquit Thomas secunda secunde. q. lxiiii. φ nullus peccat utendo re sua ad hoc ad quod est ordinata. Ex ordinatione autē diuina ut dictum est generaliter plante sunt propter animalia & utraq; propter hominem. Vsus autem eorum in cibum maxime ē necessarius quod sine occisione fieri non pōt. Hinc & Aristoteles in primo politice inquit φ uenatio est quasi quoddam iustū bellū quo homo rationalis rebelles sibi bestias deuincit & ad suum usum cōuertit propter que omnia in diffinitione dicitur φ homicidium est hominis & non bruti. Ad secundum dubium fuere nonnulli qui dixerūt φ nō peccat qui interficit seipsum quia inuenti sunt prestantissimi uiri qui sibiipsis mortem intulerunt. Nam Samson interfecit seipsum ut patet Iudicū. xvi. Cato cēsorinus ut dicitur ī speculo hoc ipsum fecit. Idem & Cato uticēsis ut refert Lactātius in tertio libro Idēm confirmans de Cleante de Crispo de Zenone & de Empedocle. Curcius armatus equo in hyatum terre se precipitauit ut Augustinus meminit libro quinto de ciuitate dei. Sed

contra hanc opinionem est ueritas rei quia ut inquit Alex. in. iii. & Thomas. ii. ii. ubi supra. Nulli licet sibipsi mortem inferre quadruplici ratione. Primo hoc est contra rationem naturalem. quia unaqueque res nititur conseruare seipsam. Unde Aristoteles in. ii. de anima ait. Omnia appetunt esse & illius causa agunt quicquid agunt secundum naturam. Et Boetius in tertio de consolatione Omne namque animal tueri salutem laborat mortem perniciemque deuitat. Secunda ratio est quia est contra caritatem qua unusquisque tenetur se diligere. Tertia ratio est quia est contra comunitatem quia quilibet homo est pars communitatis. Quarta quia est contra deum sicut qui alienum seruum interficit. quare pro nullo casu debet se quis occidere. Neque etiam occasione uitandi penam quia secundum regulam apostoli. Non sunt facienda mala ut inde ueniant bona. De Samsone uero & uirginibus quibusdam que tempore persecutionis se incasu fluuium precipitauerunt & tamen inter sanctos habentur ait Augustinus libro primo de ciuitate dei quod non peccauerunt se occidendo quia fecerunt illud ex reuelatione & in instinctu spiritus sancti: Cauendum tamen est hodie ut non credatur omni spiritui quia multos diabolus transfigurans se in angelum lucis decipere consueuit. Ad tertium dubium cum querebatur utrum homicidium fieri potest absque peccato. Dico quod sic in triplici actu. Primus dicitur casualitatis Secundus necessitatis. Tertius utilitatis. Primus actus dicitur casualitatis cum quis alium interficit non uoluntate sed casu ut inquit Ray. in summa sua. Casu fit homicidium ut cum quis proicit lapidem uel ad auem uel ad animal & alius transiens ex insperato occidit Vel incidit arborem ad cuius casum aliquis opprimitur Sed distinguendum est quia iterficiens casu aut dabat operam rei licite aut illicite. Si illicite utputa si proiciebat lapidem uersus loca per que consueuerunt homines transitum facere & similia hic homicida reputatur ut. xv. q. i. c. Merito. & . ff. Ex premissis. Unde si clericus ludo uel exercitatione uirium uel uenerationis iaculum mittens alium peremit quia hoc ab eo debet esse penitus alienum homicida reus efficitur ut patet. l. di. c. Clerico. & extra de presumptionibus. c. i. Si uero interficiens casu dabat operam rei licite ut quia magister causa disciplime uerberabat discipulum uel quia deponebat aliquis fenum de curru uel arborem propriam sibi necessariam incidebat & similia Hic si adhibuit diligentiam quam potuit uidelicet respiciendo

& proclamando non nimis tarde uel remisse sed tempore cõgruo & alte ita q̄ si aliq̃s erat ibi uel ueniebat poterat fugere & sibi cauere & magister non excessit modum in uerberando discipulũ non imputabitur ei homicidium si casu contingat. Si autem dabat operã rei licite & non adhibuit diligentiam debitam homicidiũ ĩputabit̃ ei. Huiusmodi distinctio ponitur di.l.c. Sepe contingit. &.c. Si duo fratres. & extra de homici.c. Iohannes. &.c. Quidã ut asserit Secundus actus in quo homicidium non est peccatum dicitur necessitatis cum quis alium interficit se defendendo ne occidat̃ ab eo Notandum tamen sc̃d'm Ray. in summa sua q̄ aut necessitas occidendi fuit euitabilis quia poterat euadere absq̃ occisione & tunc est reus homicidii. aut fuit necessitas ĩeuitabilis q̃a occidit hominẽ sine odii meditatione imo cum dolore animi se & sua liberando cũ alias non poterat euadere & sic occidens non peccat nec astringit̃ ad penitentiam nisi ad cautelam propter ambiguum duplicitatis ut patet. xxiii. q. v. c. Excõicatorum. Et licet quidam dixerint q̄ istud intelligitur de laicis tantum & non de clericis. Verũtamẽ uerior est oppinio & communior q̄ clericus interficere potest in necessitate ineuitabili & non peccat nec efficitur irregularis sicut habetur extra de homicidio in.c. Significasti. extra de sententia exco.c. Dilector. li. vi. & in Clem̃. Si furiosus. de homicidio. q̃a ut dicitur. ff. de iusticia & iure. l. Vt uim ui. Vim ui repellere licet cum moderamĩe inculpate tutele. Tertius actus in quo hõicidiũ non est peccatum dicitur utilitatis cũ scilicet quis alium occidit uel ĩ bello iusto pugnãdo uel ex auctoritate officii iuris ordine seruato maleficos puniẽdo. Nã Exodi. xxii. dixit deus. Nõ patieris maleficos uiuere sup̃ terrã. Ex quo dicit Thomas. ii. ii. ubi supra q̄ sicut licitum est occidere animalia bruta inquantũ naturaliter ordinantur ad usum hominum sicut imperfectum ordinat̃ ad perfectum sic cum omnis pars ordinetur ad totum sicut imperfectum ad perfectum. Omnis enim pars naturaliter est propter totum. Vnde & pro salute totius corporis laudabiliter preciditur mẽbrum putridum. Idcirco cum quelibet singularis persona comparet̃ ad totam communitatem sicut ad totum unus homo periculosus communitati & corruptiuus aliorum laudabiliter & salubriter occidiť ut bonum commune seruetur q̃re nec iudex peccat reos ad mortẽ condẽnando ex debito officii & amore iusticie nec minister peccat

si iussus a iudice occidat cōdemnatū ut habet expsse. xxiii.q.v.c. Miles.c. Cum minister.c. Officia.c. Lex eterna.&.c. Qui pcutit Et utinam huiusmodi seueritas abundaret in illis ad quos spectat aliorum crimina punire. Veruntamen hodie puniuntur non rei & malefactores amore iusticie sed illi tm̄ qui licet rei sint fautores tamen non habent.

Quod non solum manu sed etiā multis aliis modis homicidiū damnabiliter committi potest. Capitulū.ii.

Ecundum misterium de homicidio apperiēdum dicitur modificatio. In quo uidendū est quot modis hoīcidiū cōmittat Et loquēdo de homicidio proprie dico ꝙ cōmitti potest tripliciter Primo suasione. Secūdo auxiliatione. Tertio operatione. Primo suasione uel consilio. Et secundum. Vu. hoc intelligitur de consilio exhortationis uel approbationis non de consilio simplicis opinationis. Si quis enim querenti alicui in genere an liceret christiano clerico uel laico paganum occidere non animo persuadendi sed exponendi quid hoc casu sentiret responderet hoc esse licitum nō fieret irregularis licet ille cui taliter respōdisset paganū postea interficeret ex cōfidentia illius responsionis licet etiā iste errasset in respondendo. Inno. uero in glosa super. c. Ad audientiā extra de homicidio dicit sic. Intelligitur consilium uel mandatum dedisse in mortem alicuius quādo suasit illud uel rogauit uel mādauit uel alias consuluit utilitatem que sequeretur ex homicidio ostendēdo. Secundo cōmittitur homicidiū auxiliatione cum scilicet quis auxiliatur occisori astando ministrando arma monendo confortando & huiusmodi. Vt enim dicitur Ro.i. Non solum qui faciunt sed qui consentiunt facientibus digni sunt morte. Tertio committit homicidium operatione Et hoc multipliciter. Primo ueneno aut uenenosis medicinis. Sic occiderunt Alex. magnū Cassander Philippus & Solla filii Antipatris scd'm. Q. curtium. Dederunt naq; in potum uenenū sibi quo hausto scd'm Iustinū in media potione uelut telo confossus ingemuit deportatusq; ē a cōuiuio semianimis. Maliuoli autem dicebant eum ebrietate perire. Quarto itaq; die indubitata morte sentiēs tumultuantes milites quia rex occidebat insidiis pia oratione sedauit cunctisq; dexteram porrigens eos est osculatus. Sicq; defecit anno etatis sue. xxx. Venenosis insuper herbis atq; medicinis carnales quedā & libidinose matres filios suos

adhuc in utero latitãtes perimũt. Medici autem & aromatarii uel incuria uel negligẽtia uel malicia dũ uenenosas medicinas egrotis tribuunt in hunc errorem prolabuntur. Taceo reliqua que dicere possem tam de mulieribus q̃ de uiris quoniam sufficere debet eis q uenenis utuntur stimulus conscientie sue. Secundo committitur homicidiũ opere cum maleficiis & incãtationibus Vidi ego Ianue combustam & affixam palo quandam sclauam que suum dominũ ac dominam cum his diabolicis superstitionibus iterfecerat. Tertio committitur homicidium opere percutiendo manu. Sic Cain interfecit fratrem suũ Abel ut dicitur Geñ. iiii. Et hoc utiq̃ pctm̃ satis graue est atq̃ crudele. tum quia est contra preceptum dei qui ait Exodi. xx. Non occidas. tum quia est contra opificium eius qui corpus & animam mirabili sapientia sua uniuit. Est etiã hoc peccatum contra corpus proximi & sepe contra animam eius quia dum interficitur non est contritus. Est contra parentes interfecti qui excitantur & commouentur ad odium. Est contra rempublicã quia homicida omnes leges omniaq̃ iura spernit. Est cõtra ãgelũ custodientem qui non parum de suo custodito interfecit dedignatũ O igitur homicida pertinax & superbe. O peccator nequissime. O crudelior omni fera pessima contine manum tuam noli seuire ĩ proximos tuos. Si peccasti hactenus age penitentiam. Si in proposito es occidendi desine ab ira & derelique furorẽ Vince teipm & noli peccatũ tam horrendũ tamq̃ deo exosum in mortali committere. Noui nãq̃ q̃plures qui tãdẽ leti facti sunt eo q mutarũt consilium suum. propterea dico & iterum dico. Nolite locũ dare diabolo nolite effundere sanguinem hominis quoniam ĩter cetera peccata homicidium maximi est nocumenti. Vnde posito q hõicida haberet in potestate uel destruere celum & terram & omnia que in eis sunt dummodo talis destructio nõ ueniret in damnum hominum uel interficere hominem maius malum committeret illũ interficiendo q̃ deuastando cuncta opera celestia & omnia alia que sunt in hoc mundo. Maiorem siquidem iniuriam faceret deo hominem interficiens q̃ qui sine hominis damno celũ priuaret luminaribus suis aeram uolucribus terrã arboribus & mare aquis.

Quod om̃es leges tam diuine q̃ hũane acriter & grauissime damnant ac puniunt homicidas. Capitulum. iii.

Ertium mysterium aperiendum de homicidio dicit punitio. Punitur siquidem homicidium grauiter triplici pena. Prio pena legali. Secundo pena conscientiali. Tertio pena diuinali. Primo punitur pena legali. Scriptum quippe est in lege ueteri Exodi .xxii. c. Qui percusserit hominem uolens occidere morte moriat. Idē dicit lex ciuilis. ff. ad. l. corneliā de siccariis. l. i. & C. ad l. corneliā de siccariis. l. Is q cū telo. Scd'm uero legem canōicā homicida est irregularis & non potest promoueri & eicit iam p/motus sicut patet. l. di. c. Si quis uiduam. & . li. di. c. Aliquantos. & de pe. di. i. c. periculosa. & extra ne clerici uel monachi. c. Sniam sanguinis. & extra de homicidio. c. Sicut dignum. & . c. Signifi/casti. Secundo punitur homicidium pena conscientiali. Nam in foro penitentie scd'm Ric. in. iiii. homicida astringi debet ad sa/tisfaciendum & q̃uis non posset restituere uitam obligatur tamē ad restituendum alia bona pro illo damno compensata qualitate lesi & quantitate damni & possibilitate damnificātis & hanc resti/tutionem debet facere ad arbitrium boni uiri. Et q talis teneatur ad restitutionem patet quia quanto homo alium plus damnificat tantomagis ad restitutionem tenetur. Bona autem corporis bona exteriora excedunt. Scotus autem in. iiii. di. v. dicit. Quod pro satisfactione homicidii expedit homicide primo q exponat uitam suam in causa iusta utpote contra ecclesie inimicos uel contra he/reticos seu alios infideles & hoc ordinando laborem & piculū suum in satisfactionem illius quem ipse occidit ut si cui nō potest in cor/poralibus satisfaciat in spiritualibus bonis. Secūdo si pdicti casus non occurrant totam uitam suam in oratione & penitentia debet ordinare ad illius subleuacionem quem ipse occidit. Tertio quoq si interfectus alios sustentabat scilicet patrē uel matrem aut alios sibi propinquos seu pauperes obligatur talis interfector omnibus illis ad tantā restitutionem quantā illis abstulit per interfectionē illius. Sed ego puto Scotum omnia supradicta intellexisse de q̃dā cōgruitate non necessitate & precipue primū scilicet de exponēda uita pro anima interfecti q si ipse intelligi uoluit de necessitate expedire. Ego salua reuerētia sua id non credo neq teneo. qm ut inquit Hieronymus ad Damasum papam. Lex iusticie tenax clementiam non habebat. Sed quicūq adulter fraudator hōicida & ut breuiter dicam qualicunq mortali crimine detinebat nulla

uenia penitentie laxabatur a crimine oculū pro oculo dētem pro
dente animā pro anima iubebatur exoluere. Sed misit deus filiū
suum natum ex muliere factum sub lege qui austeritatem legis
euangelii gratia temperauit. hec ille. Et ꝑpterea mihi uidetur ꝙ
occisori penitenti satisfaciat quelibet alia satisfactio sibi īposita ad
arbitrium discreti cōfessoris absq; hoc ꝙ uitā suā exponat ꝑiculo
mortis quia talis obligatio satis esset dura atq; ꝑiculosa. Induceret
nāq; quoslibet homicidas in desperationē & deus benignus despe/
rationem maxime odit quia ut ait Hieronymus ad Rusticū mo/
nachū. Nihil sic offendit deū sicut cor impenitēs Solū desꝑationis
crimen est quod ueniā cōsequi non potest. Tertio punit᷑ hōicidiū
pena diuinali. Est utiq; sepissime deus homicidaꝝ seuissimus ultor
& robustissimus ꝑsecutor cuius iudicio fit ut homicide feriētes gla/
dio gladio feriant᷑ & omissis que in scripturis habent᷑ & notissima
sunt. Patet etiā hoc ī exēplis gētiliū. Crudelis & homicida Cyrus
scđm Iustinū & Paulū orosiū in bello occisus fuit eiusq; caput in
utrem hūano sanguīe plenū missum est. Crudelis & hōicida Nero
ut diximus in sermone de antixp̄o interfecit semetip̄m. Domicia/
nus scđm Eutropiū & Orosiū qui senatores nobilissimos occidit
multos etiā cōsobrinos suos a cubiculariis suis occisus ē anno etatis
sue. xlv. Hānibal Carthagīn. q ex crudelitate captiuos Roma/
nos oneribus & itinere fessos ut dicit Valerius sub rubrica de cru/
delitate succisa prima parte pedum relinquebat quosdāq; fratres
& propinquos ferro usq; ad mortem decertare cogebat ueneno se
extinxit. Nā fugerat post Carthaginē deuictā ad Antiocū regē
ad quē a senatu romano missi fuere legati q regē ad pacē cogerēt
Hānibalēq; deposcerēt & cum Hānibal de fuga atq; salute oīno
desperasset ueneno hausto quod more regio sub gēma ferebatur
inclusum obiit. Sicq; ab his qui ad eū cōprehendendū missi fuerāt
exanimis est inuentus scđm Eutropiū. De interfectoribus etiam
Cesaris sic scribit Suetonius. Nullus fere triennio superuixit nul/
lusq; naturali morte obiit. Nā pars naufragio pars ꝑlio defūcta
est. Quidā se illo pugione quo Cesarē uulnerauerāt occiderunt/
Diebus etiā nostris multa nobis exēpla mōstrata sunt. Ex quibus
unum tacēdū minime puto. In ciuitate Eugubii quidā iuuenis nōie
Petrus impedire uolēs testamētū patris iam defuncti unū de exe/
cutoribus Laurentiū. s. de strociis de Florētia filium domi Pale

manu propria interfecit. Eram ego Padue ubi & dominus Palas supradictus etiã morabat᷑. Egoq; sibi nuntiaui dolendũ casum & inopinatum filii hortans illũ plurimũ ad patientiã. Sequenti uero quadragesima cũ Senas accessissem reperi ibi homicidã illum qui sepius ad me ueniens precabatur ut ab uxore iterfecti que Flo/rentie tunc erat per meas literas sibi ueniã impetrarẽ. Quod cum obtinere nõ ualuissem ille miser in ciuitate Senaꝝ stare decreuit. Et dum habitaret in quodã hospitio uenerũt duo ex Florentia pretio ducti qui hospitẽ pecunia corrũpẽtes in eius celario ꝑfatũ iuuenẽ occiderũt amputauerũtq; digitũ eius his qui illos miserant pro signo ferẽdũ. Dũ autẽ irent simul in itinere duo illi ceperunt cõtendere unusq;q; in sociũ irruens ip̄m peremit. At & ille captus est & sc̄d̄m iuris regulas uita priuatus i partesq; diuisus tã q̃ duorũ homicidioꝝ ꝑditissimus reus. O igit᷑ terribilis iusticia dei q hõicidis etiam in hac uita rependit uicẽ. Timete igit᷑ illã omnes q ꝓmpti estis ad rixas & ab homicidio uobis caueatis ut sic ualeatis acqrere in hoc seculo dei gratiã & i futuro gloriã. Amen.

Sabbato quinte ebdomade in quadragesima de sacratissima communione ad quam omnes fideles se debent disponere & preparare. Sermo. lxi.

Vi manducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ in me manet & ego in illo. Verba sunt redemptoris nostri origi/naliter Iohannis. vi. c. Amplius non est differendũ dicere & loqui de sanctissima cõione qm̄ iã appiquat tempus quo fideles cũcti ad illã deuote sumendã esse debent expediti. Sunt tamẽ multi q obliti salutis sue cõicare aut negligũt aut renuũt & contemnunt. Quibus in hoc sermone oñdere statui q̃nta sit necessitas suscipiẽdi sanctissimũ eucharistie sacramẽtũ. Opus equidem est cum uerbis ueritatis conterere duriciem obstinatoꝝ qm̄ nihil periculosius aut damnabilius ipsis potest euenire q̃ separi ab amore a beniuolẽtia & a gratia dñi nostri Iesu Christi. Ipse utiq; in uerbis in themate allegatis se mansuꝝ pollicet᷑ cum eo qui eius carnem manducat & sanguinem bibit in sacramento altaris. Vt igitur rumpant᷑ corda durissima eorum qui cõionem fugiũt de ipsius necessitate locuturi tria mysteria proponimus declaranda. Primũ dicit᷑ obligationis. Secundũ exclusionis. Tertiũ cõditionis.

Quod obligant᷑ ad cõionẽ homines tũ ob memoriã passiõis

Christi tū propter ecclesie preceptū tum etiā ꝓpter Christi
cominationem.

Capitulū primū.

Rimū mysteriū de cōtione declarandū dicit̄ obligationis.
Obligāt̄ siquidē homies ad cōicādū suscipiēdūq sacratissimū
sacramētū domini nostri Iesu Christi triplici rōne. Primo ratione
recordatiōis. Scd̄o rōne p̄ceptionis. Tertio ratione cōminatiōis.
Primo rōne recordationis. Institutū siquidē fuit sacramētū altaris
a domino Iesu Christo ut fideles sui illud sumentes recordarentur
amoris quē nobis ostēdit dū ꝑ nostra salute passionē acerbissimā
crudelemq mortē patientissime tolerauit. Vnde Mathei. xxvi.
& Luce. xxii. ipse ait. Hoc facite in meam cōmemorationem. Et
Paulus. i. Cor. xi. ait. Quotienscunq manducabitis panē hunc &
calicem bibetis mortē domini annunciabitis donec ueniat. Et idem
ponitur ī sniā de cōse. di. ii. c. Scriptura. c. Quia passus. c. Semel
Christus. c. In xp̄o. &. c. Semel īmolatus. In. c. Quia xp̄i corpus
Eusebius ita loquitur. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab
oculis & illaturus sideribus necessariū erat ut die cene sacramentū
nobis sui corporis & sanguinis cōsecraret ut coleretur iugiter per
misteriū quod semel offerebat̄ in p̄tium ut quia quotidiana & in/
defessa currebat pro omiū salute redēptio ꝑpetua esset redēptiōis
oblatio & perennis uictima illa iugiter uiueret & in memoria & sp
pns esset in gratia. hec ille. Cū ergo sacramētū hoc uenerabile fi/
deliter & deuote sūptū xp̄m passum ad mētē reuocet Ingratissimi
profecto censendi sunt illi qui saltē semel in anno cōicare nolunt.
O obstinate mentes qui tāti bn̄factoris nec etiā ꝑraro recordari
uultis. O impia aīa peccatrix. Non sic fecit erga te filius dei be/
nedicti. Nunq̄ ipse te obliuioni tradidit qnimo semp fuit memor
tui nascēdo sugendo ubera in cuna uagiendo pegrinādo uigilādo
ieiunādo orando p̄dicādo patiēdo & moriēdo. ꝑpter te nanq oīa
ista fecit semp te uidebat semp te diligebat semp tecū in suo corde
colloquebat̄ atq dicebat. O anima delicata. O anima insignis &
nobilis propter te sum factus homo propter te sum carne uestitus
ꝑpter te fero quoscūq labores propter te deniq affixus in cruce
pendo. Quare hoc xp̄us subdit illud Treñ. iii. Recordare paup/
tatis & transgressionis. i. afflictionis mee potationis fellis & absin/
thii. O ferrea mens cur non audis uocem amorosi Iesu cur illū nō
inspicis & pro suo amore ac cōmodo tuo uitia & peccata deponis

cur sacramētū eius in memoriā ipsius ut debes non accipis cur non compateris doloribus cruciatibus & afflictionibus eius? Quibus oībus grauior ē ingratitudo tua. Audi ipsū o pctōr audi ꝗ̄ audi de cruce ad te clamātē & dicentē scd̄m Bern̄. Vide homo que ꝑ te patior uide penas quibus afficior uide clauos quibus cōfodior n̄ est dolor sicut quo crucior cū sit tātus dolor exterior. Intus tamē est dolor grauior tam ingratū dū te experior. Ad hanc ergo ingratitudinē euitandā facit cōio altissimi sacramenti quod ut predictū est signū est memoratiuū domīce passionis. Scd̄o obligant homines ad cōmunionē ratione ꝑceptionis. Precepit nanq̧ sancta mater ecclesia fidelibus cūctis ut cōionē suscipiant. De hoc autem pro uarietate tempoꝝ uaria sunt facta statuta. In ecclesia siqdē primitiua dum sanguis xp̄i recens feruebat in corde credētiū cōmunicabant oēs quotidie ut patet Actuū .ii. c. & de cōse. di. ii. c. Peracta. Lapsu uero temporis usus cōionis deductus est ad dies dominicos & de hoc dixit Augustinus de conse. di. ii. c. Quotidie. Quotidie eucharistie cōionē accipe nec laudo nec uitupo. Oībus tamē diebus dn̄icis cōmunicādū hortor. Succedēte uero tempore statutū fuit ut ter in anno homīes cōicarent uidelicet in pasca dn̄i natali & pent. ut exp̄sse patet de cōse. di. ii. c. Et si nō frequētius &. c. Seculares. Notandū tn̄ quia qd̄ dicit̄ de cōse. di. ii. c. In cena domī. s. ꝙ cōicandum erat in die cene intelligit̄ de consilio non de ꝑcepto. Tempore uero in quo caritas refriguit ecclesia obligauit laicos ad cōionem tm̄ semel in anno sicut patet extra de pe. & re. iii. c. Oīs. Et tamē tanta est in multis nequicia maleq̧ uolūtatis obduratio ꝙ non solum non cōicant semel in anno uerū etiā sine cōione per ānos & ānos ꝑdurant. Tertio obligāt̄ ad cōionē rōe cōmunicationis. Dicit enim xp̄us cōminanter. Iohānis. vi. c. Nisi māducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinē non habebitis uitam in uobis.

Quod excusant̄ a peccato q nō cōicant semel in āno ꝑpter punitionē uel defectū & de his q īdispositi sunt. Ca. ii.

Eundum mysteriū declarandū de cōione dicitur exclusio

Excludunt̄ eteni a cōione nōnulli qui cōicare non debent iuxta statutū ecclesie ꝑfatum. s. semel in anno ꝑpter tria. Primo ꝑpter punitionē. Secundo propter defectionē. Tertio propter indispositionē. Primo ꝑpter punitionē. Nam nōnullis interdicta

est cõio semel in anno licet cõtriti sint & cõfessi ꝓpter punitionẽ ꝑcedẽtium peccatorũ. Vnde. xxxiii. q. ii. c. Latorem. dicit᷑ de patricida aut matricida ꝙ nõ debet cõmũicare usq; ad tres ãnos & ut dicit Ric. in. iiii. Nulli notorio & manifesto ac infami pec/catori cum ad penitentiã reuertit᷑ est stati eucharistia mĩstranda cũ ꝓpter reuerẽtiã sacramẽti tũ ut ꝓbet᷑ conuersio uera uel ficta tũ ne alii pusilli scãdalizent᷑. Posset tñ cõtrariũ fieri ubi articulus pietatis uel necessitatis aliqñ aliter fieri suaderet puta quia esset tã feruida penitẽtia compunctio & lacrimaꝝ abũdantia ꝙ etiã alios ad deuotionẽ ꝓuocaret uel mortis ꝑiculũ ĩmineret. Nã ĩ extremo uite nulli penitenti est eucharistia denegãda ut ꝓbat᷑ di. l. c. Pe/nitẽs. & xxvi. q. vi. c. Si presbiter. & c. Cognouimus. & de elect. in. c. Licet. Secũda ratio quare aliqui excludũt᷑ a cõione dicitur defectiua siue defectionis qñ. s. aliquis deficit sensu aut ratione fa/tuitatis aut rõne etatis. De etate autem in qua quis ad cõionem sit inducendus dicit Alex. in. iiii. sũme ꝙ standũ est arbitrio boni uiri q; potissime cõsiderare habet an ille qui cõicare debet tãtã habeat fidem & discretionẽ ut distinguere sciat inter sacramẽtum in quo realiter continet᷑ Christus & materialẽ panẽ seu uinũ. Tertia rõ quare aliqui excludũt᷑ a cõione dicit᷑ ĩdispositionis quia non sunt dispositi cum firmo proposito a uitiis abstinere qui ut dicet᷑ in. iii. mysterio si sic cõicauerĩt peccãt. Et rursus si nõ cõmunicauerint semel in anno a peccato nõ sunt immunes. Et si dicat᷑ ꝙ nõ uidet᷑ peccare qui cõionẽ omittit quia se ad illã indispositũ uidet cũ hoc accedat ad sacramẽti reuerentiã. Respondeo & dico ꝙ nõ peccat ꝓpter reuerentiã sacramenti sed ꝓpter indispositionẽ suam eo ꝙ quilibet peccator tenet᷑ se disponere ad correctionẽ & emẽdatio/nem. Ex quo dicit Alex. in. ii. summe ꝙ qñ peccator cogitat de sua mala uita & excitat᷑ intrinsecus a dei gratia gratis data & ex/trinsecus a uerbis scripture a uoce ꝑdicatoꝝ ab exemplis bonoꝝ uiroꝝ ut peccata deponat si in tali actu nõ agit operã ut cõterat᷑ de nouo mortaliter peccat peccato. s. negligentie ad quod sequũt᷑ alia peccata. s. contemptus diuine gratie. obduratio cordis. & im/patientia. Idcirco friuola est atq; ꝑiculosa excusatio illius qui dicit Cõicare nolo quia nõ sum dispositus peccata relinquere. Nã licet nõ sit cũ peccato cõicãdum. tñ a peccato est abstinendũ. O quot detinet illaqueatos diabolus. O quot sunt fornicatores. adulteri.

sodomite. usurarii & similes q nullā in suo corde mentionē faciūt de emendatione sua. O insensati. O reprobi. O maligni inimici creatoris uestri dei. O damnādi cruciatibus eternis. Cur duriciā uestrā uoluntatēq in malo pseuerātem non inspicitis? Flete sup uos metipsos. Flete inq̄ quia in breui pro dilectione momētanea luctis penas eternas. Heu heu quanta crudelitas: quāta impietas: quāta feralitas non compati proprio periculo: pprio damno atq iacture. O luxuriosi domate uestrā libidinē. O auari refrenate uestram cupiditatem. O superbi deponite iras rancores & odia & nolite fugere. nolite contemnere Christum deum. Ipse est qui ad nos uenit. Ipse nobis offere seipsum in sacramēto altaris. Sed dicet aliquis ecquis scire potest si sine peccato & mūdus sit? Inquit enim sapiens ecclesiastes. ıııı. Nemo scit utrū odio uel amore dignus sit. Et Dauid in psalmo. Delicta quis intelligit? Cui ego respondeo. q̄ & si certitudinaliter de cōi lege nullus se sciat esse i caritate tñ p cōiecturas & signa potest unusquisq id credere atq tenere. Sūt autē he coniecture dolor de peccatis cōmissis. ppositum ab illis in posterq abstinēdi. humilis & diligēs confessio. pmpta satisfactio. ad bonum operandum expedita uoluntas. Veruntamē ut p̄dictum est si quis omnino se ad hoc īdispositum uiderit a sacra cōmūione oīo abstineat.

De tribus conditionibus que p̄cipue obseruari debent ab his q sctīssimū sacramētū deuote sumere uolūt. Ca. ııı.

Ertiū mysterium declarandū de cōione dicit̄ cōditio. Cōicare siquidē uolentes debent corpus Christi cum deuotione fide ac reuerentia suscipere quibus necessaria sunt maxime tria. Primū est mūdicia. Secūdū diligentia. Tertiū reuerētia. Primū quod cōmunicantibus est necessariū dicit̄ mūdicia que est triplex. Prima est mundicia mentalis ut scilicet mens sit munda ab omni proposito malo & ab omni actu cuiuscunq peccati mortalis. Et de hac dixit apostulus. ı. cor. xı. c. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim mādu cat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. Notandum tamen q̄ potest quis dici indignus isto sacramento dupliciter. Aut ratione pprie iniquitatis & sic indignus ē omnis existens in peccato mortali Aut ratione proprie paruitatis & infirmitatis sic quilibet etiam q̄tūcunq sanctus indignus est. Propterea om̄is communicans dicat.

Domine non sum dignus. Sed illi qui propter suam impietatem & maliciam indigni sunt iudiciũ sibi manducant & bibunt dum sanctissimũ sacramẽtũ suscipiũt. O sacerdotes. O religiosi eucharistiã frequẽtãtes notate uerba signate misteria. Vbe mũdo a scãdalis. Ecquis enumerat quot sunt qui poluto ore ꝑsumũt accipere corpus Christi? Veruntamen circa hoc dubiũ oritur. utrum peccet sacerdos dans eucharistiam illi quem scit esse in mortali peccato. Et respõdet Ric. in.iiii. ꝙ talis peccator aut nõ petit eucharistiã sibi dari & tunc sacerdos dando peccaret. Aut petit & tunc distinguo. qa aut suũ peccatum est ocultũ aut manifestũ. Si manifestũ tunc sacerdos dando sibi eucharistiã peccaret quia legittimã cõtra ipsum habet exceptionẽ quam sibi publice obicere potest. Et accipio hic manifestũ nõ pro omni eo quod ꝓbari potest quod magis proprie dicitur manifestabile ꝙ̃ manifestũ. Vnde si sacerdos sciret parochianũ suũ esse in crimine quod legittime contra eum posset probare ita ꝙ illud crimen nescirent cũ ipso nisi duo uel tres testes per quos hoc probare posset non propter hoc deberet eucharistiã negare illi in publico petenti quia iam ĩferret sibi penã añ criminis probationem quod fieri nõ debet ut ponit. xi. q. iii. in. c. Eorum. Sed accipio hic manifestum pro notorio. Est autem peccatũ notorium uel per sententiam uel per confessionem factam ĩ iudicio aut euidentiã rei que terguersatione aliqua celari non põt extra de cohabitatione cle. & mul. c. ultimo. Si autem peccatũ suum est ocultum aut petit ĩ oculto & tunc sacerdos sibi dando peccaret qa habet cõtra eum legittimã exceptionẽ quã sibi in oculto obicere potest. Et ipsum debet monere ne petat in publico ut habetur de conse. di. ii. c. Non prohibeat. Aut petit in publico & tunc est distinguendum quia aut est de aliena parochia & tunc peccaret sibi dando Aut est de parochia sua & in tali casu sacerdos tenetur sibi dare quia contra eum non habet legittimam exceptionẽ quam ei in publico obicere possit extra de officio iudicis ordinarii. c. Si sacerdos. Sic Christus cõicauit Iudam quem sciebat proditorem ne peccatum eius ocultum panderetur ut dicitur. i. q. i. c. Christus. & . vii. q. i. c. Aduersitas. Illi ergo qui cum peccato mortali cõicare presumũt Iude similes efficiunt. Secũda mũdicia necessaria cõicare uolentibus dicitur confessionalis. Debet nanq̃ quis ante sacramẽti susceptionem mundare se per confessionem factam sacerdoti. Sed

hic dubitare contingit. utrū contritus non confessus peccet mortaliter cōicando. Et respondet Ric. q distinguendū est quia aut talis habet copiā confessoris idonei & tempus sufficiens ad confitendū & loquelā liberā aut nō. Primo suscipiendo hoc sacramētū mortaliter peccat quia ad hoc q homo sit dignus hoc sacramētū suscipere requiritur q reconcilietur deo & ecclesie que reconciliatio est per confessionem & absolutionem. Secundo modo subdistinguendum est quia ut imminet scandalū persone sue aut cōis hoc est populi ut quia iam incepit sacrū mysterium si sacerdos est. Et in quolibet istorum casuum licitum est cōmunicare cum proposito confitendi. Si tamen nō adest aliquis predictorum casuum tenet expectare quousq habeat copiam cōfessoris. Tercia mūdicia que requirit in uolentibus cōmunicare dicitur corporalis. Pro cuius itelligētia notādū scdm Boñ. & Ric. i. iiii. di. ix. q alia ē īmūdicia corporalis que est coniuncta spirituali sicut pollutio prouenies ex crapula uel ex turpibus cogitationibus precedentibus & cum hac non licet ad sacramentū accedere. Alia est immūdicia pure corporalis nullum horrorem immūdicie in anima generans ut īmundicia in pede & hec non impedit. Vnde pollutio prouenies ex infirmitate uel debilitate nature non impedit usum sacramēti licet laudabile sit ob reuerentiam abstinere. Similiter immūdicia mēstruorum non prohibet mulierem cōmūicare quia est īmundicia pure naturalis. Simile pōt dici de illa infirmitate que Leuit. xv. uocat fluxus seminis. Et si diceretur q tales in ueteri lege reputabantur immūdi & arcebant ab ingressu in templum & ab esu agni. Respondent prefati doctores q istud non tenet hodie quia lex data est in onus & in figura & per illas immūdicias significabantur immundicie spirituales. Dicit tamen Boñ. q deus diligit mundiciam corporalem que excitat deuotionem mentis. & abhominatur immundiciam corporalem que est uia ad irreuerētiam mētis unde q immundis manibus tractaret corpus Christi propter irreuerentiā sacramenti non esset immunis a peccato. Secundū principale qd requiritur & est necessarium cōmunicantibus dicitē diligentia que adhuc triplex esse potest. Prima est diligentia exaīationis. debet quidem quilibet qui uult cōmunicare examinare diligenter seipm ut cōfiteat de omnibus peccatis mortalibus de quibus memor esse potest. quoniā si quis omisisset cōfiteri aliquod peccatum mortale

pter suã uolũtariã negligẽtiã licet psuaderet sibi q pter cõ/fessionẽ alioꝝ esset mũdus cõicando peccaret mortaliter. Et si qs facta diligentia sua nõ recordaret nisi de uno peccato & de illo dũtaxat cõfiteret in particulari & de oblitis i generali cõicando grãm Christi obtineret scd̃m Scotũ in.iiii.di.ix. Imo multociens oblita peccata uirtute sacramẽti ad memoriã reducũt & tũc tenet homo post susceptũ corpus xp̃i q̃cius põt cõfiteri de illis in spẽali qđ etiã tactũ est a nobis dum diximus de reiteratiõe confessiõis. Scd̃a diligẽtia est feruẽtis orõnis. Debẽt utiq; qui cõicare habent p aliquod spatiũ ante orare feruenter. Tertia diligẽtia est pie me/ditationis. Debẽt etiã pie meditari & cõtẽplari clemẽtiã & amorẽ dñi nostri Iesu xp̃i qui nobiscũ esse dignat i uenerabili sacramẽto. Tertiũ quod est necessariũ cõicãtibus dicit reuerentia. Debent nãq; corpus xp̃i sumere cum reuerẽtia & honore genuflexi uide/licet & pectora sua tondẽtes.d. Centurionis uerba Mathei.viii. Dñe non sum dignus etc. Et de hoc deuotissimũ est exemplũ illud menteq; sollicita speculãdum quod de beato Hiero. Eusebius in eius transitu narrat. Scribit enĩ sic. Quidã frater ad locũ accedẽs sanctissimũ corpus Iesu xp̃i secũ tulit quod ubi Hiero. uir domini uidere potuit nobis ei auxiliantibus pstrauit se in terrã ꝓnus & uoce & lacrimis q̃ntũ poterat clamabat.d. Dñe quis ego sum ut sis dignus q sub tectũ meũ itres? Meruit hoc peccator homo? Certe domine non sum dignus. Nunquid melior sum q̃ omẽs patres mei? Tu Moisi noluisti uno ictu oculi te monstrare. Cur nunc tm̃ te humilias ut patiaris ad hominẽ descendere publicanũ & pctõrem? Cũq; pximus esset sacerdos erigens se uir gloriosus genibus flexis cũ cunctis tenentibus magnis lacrimis & suspiriis & q̃pluries per/cutiẽs pectus suũ dixit. Tu es dominus meus & deus meus qui pro me passus es an forte alius? Certe tu es ille qui cum deus esset solus ante tempora & sine principio genitus a deo patre eterna & inue/stigabili generatione qui cũ ipõ patre & spiritu sancto unus deus es permanes illud quod eras & es intra unius puelle corpusculũ te clausisti factus homo. Tu nempe es ille quẽ in Iordane baptizãte Iohãne uox subito paterna celitus intonuit hic inquiens est filius meus dilectus in quo mihi bñ complacui ipsum audite. Et spiritus sanctus in te in columba descẽdens te esse unũ cum patre & eodem in substãtia declarauit. Tu bone Iesu pro me crucis tã grandis in

tuo iſto quod cerno piiſ corpore ſuptuliſti ſuppliciū ut mortē quā
meiſ incurrerā flagiciiſ intermereſ & aīaſ antiquoꝝ quaſ dudum
diabolica nequicia infernalibuſ māſionibuſ detinebat recupareſ &
totā humanā naturā que corruerat in mortē ꝑpetuā tuo cū ipſa
pacificato patre ad uitā īterminabilē reuocareſ. Tu eſ uita uitaliſ
& amabiliſ atq; iocunda. Multaq; alia addidit uerba myſteriiſ de/
uotiſſimiſ plena. Quibuſ finitiſ uir dn̄i glorioſuſ ſacramētū ſuſcipiēſ
ad terrā ſupinuſ rediit. Deinde manuſ ī modū crucis ſupra pectuſ
tenenſ Symeoniſ ꝓphete uaticiniū decātauit. Quo finito appa/
rente luce quadā mirabili ex hac uita migrauit. Elaboremuſ itaq;
omneſ ut cū oī deuotione qua poſſumuſ ſacramentū hoc frequēte/
muſ ut ſic mereamur in hoc ſeculo participeſ fieri diuine gratie &
in futuro ſempiterne glorie ī qua uidebimuſ deū ſicuti ē qui uiuit
& regnat per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Domīca oliuarum in mane de cōtemptu mundi ad quem noſ
xp̄uſ rex regū īduxit uerbo pariter & exēplo. Sermo. lxii.

Cce rex tuuſ uenit tibi manſuetuſ ſedenſ ſup aſinā. Scribūt
hec uerba Mathei. xxi. c. & in euangelio hodierno. Inui/
gilandū eſt accuratiſſime ab oībuſ nobiſ ne decipiamur a blādiciſ
ꝓditoriſ mūdi. Allicit equidē noſ apparenti ſuauitate dulciq; ar/
monia bonoꝝ tꝑalium. Cui ſi prebuerimuſ aureſ mentiſ īmemoreſ
facti glorie celeſtiſ ruemuſ in pelaguſ uaſtiſſimū inferni tenebro/
ſi ſicut illi qui ſyrenarum cantuſ non curant euitare. De quibuſ
ſic dicit Hieronymuſ ad matrem & filiam in galliiſ commoranteſ.
Narrāt gentiliū fabule cantibuſ ſyrenaꝝ nautaſ ī ſaxa ꝑcipiteſ
& ad orphei cytharam arboreſ beſtiaſq; ut ſilicum dura mollita.
Hinc & Hieronymuſ in ꝓlogo Ioſue dicit. Noſ ad patriā feſti/
nanteſ mortiferoſ ſyrenarum cātuſ ſurda debemuſ aure ꝑtranſire
ꝓpterea ſaluator noſter in oīi uita ſua uerbo pariter & exēplo
contemnere mūdum noſ docuit. Pro cuiuſ contemptu hac die mā/
ſuetuſ & humiliſ ſedere uoluit ſuper aſinam. Et quoniam rariſſi/
mi ſunt qui eiuſ exemplum ſequantur pluresq; inueniuntur dile/
ctoreſ q̄m contemptoreſ mundi. Idcirco in preſenti ſermone de
mundi contemptu dicemuſ notabimuſq; treſ principaleſ rationeſ
quare ſit contemnenduſ. Prima ratio dicitur diuine ordinationiſ.
Secunda ratio dicitur finaliſ conſumationiſ. Tertia ratio dicitur
maligne conditioniſ.

Quod mundus cōtemnendus est eo ꝙ deus ita ordinauit & de causa ꝓductiua mundi & tempore ac unitate Capitulū .i.

Prima ratio quare contemnendus est mundus dicit diuine ordinationis. Ordinauit enim deus ut homo diligeret ipsū deum summū bonum non autem mundū. Vnde magister sniaꝝ.i. di .ii. li.att. fecit deus rationalem creaturam ut summum bonum intelligeret intelligendo amaret. amando possideret. possidendo frueret. Sed ꝑ huius partis pleneore intelligentia tria sunt de mundo declaranda. Primū dicit causalitas. Secundū temporalitas. Tertium unitas. Primum declarandum dicit causalitas. utrum .s. causa efficiens ꝓductiua mundi fuerit ipse deus. Et circa hoc sunt tres opiniones. Prima philosophoꝝ qui nesciētes īteligere quomō aliquid fieret ex nihilo sūt multa falsa de mūdo locuti Sicut patet de Democrito & Epicuro qui ut Lactantius ait in .i. di. insti. dixerūt omnia fortuitu esse facta. Cōtra quos licet alii philosophi dixerūt mundum esse factum ut patet primo de celo & mundo & secundo metaurorū tamen errauerūt. Aliqui asserentes illud factum esse a deo de sui essentia. Sed hec positio sequētibus philosoph. apparuit inprobabilis ꝙ dei essentia nobilissima & omnio inuariabilis fieret corporalium & uariabilium materia que de se est imperfecta nisi perficiat per formam. Anaxa. autem opinio fuit ut dicit Aꝛ.i. physicoꝝ & .ii. de anima & in .i. de generatiōe ꝙ mūdus erat factus ex principiis existentibus .s. materia & forma. Sed forme latebant in materia anteq̄ intellectus illas distingueret. Platonici uero posuerunt mundum ex principiis existentibus materia & forma sed materiam posuerunt per se & formas separatas. Thales melesius ut refert Lactantius li.i. di. insti. dixit deū ex aqua cūcta formasse. Vnde materiam rerum posuit in humorē. & principiū causāq nascendi constituit in deo. Omitto quid senserit Crisippus qd Cleantis qd Zeno qd Empedocles & ceteri q ideo errauerūt qa nescierūt contemplari ominpotētiā dei que ex nihilo potest facere aliquid. Vnde ex nihilo creauit angelos. ex nihilo materiam primam. ex nihilo creat animas nostras ꝓpterea dicit Magister di. xii. ii. li. Creare est de nihilo aliquid facere hoc autē nos intelligimus ex reuelatione dei facta Moysi eximio ꝓphetarū qui in principio Gen̄. ita scripsit. In pricipio creauit deus .i. ex nihilo ꝓduxit sc̄dm glo. celū & terram Ex quo de philosophis dicimus illud Lactantii in .i. di. insti. Omissis terrenis huiuscemōi phi. auctoritatibus nihil

certi asserētibus aggrediamur uiā rectam quos equidem si pucarē satis idoneos ad bene uiuendum duces esse & ipse sequerer & alios ut sequerēt hortarer. Sed cū magna inter se cōcertatiōe desideāt secumq; ipsi plerumq; discordent apparet eorum iter nequaq̄ esse directum. Siquidem sibi quiq; ut est libitū ꝓprias uias inpresserūt cōfusionemq; maximā inquirentibus ueritatem reliquerūt. Nobis autem qui sacramentū religiōis accepimus cum sit ueritas reuelata diuinitus. omnes utriusq; sexus sine ullo discrimine ad celeste papulū cōuocamus. hec ille. Sileāt ergo philosophi & erroribus suis circa ꝓductionem mundi imponant iam finem. Secunda opinio est hereticorum. Nam Monichei ut commemorat Aug. in li. de natura boni ponentes duo principia unum. s. deum omniū inuisibiliū aliud diabolum omnium uisibilium dixerūt mundū istum uisibilem factū fuisse atq; ꝓductum a diabolo tenebrarum principe Hanc autem heresim perditissimā conantur ipsi ꝓbare auctoritate. ratione. & exēplo. Auctoritate contendūt ꝓbare. d. ꝙ diabolus in scripturis uocaē princeps & deus mundi huius. Vnde Io. xii. Christus ait. Nunc iudicium est mundi nunc princeps mundi huius eicieē foras Et. Io. xiii. Venit. n. princeps huius mūdi & in me non habet q̄cq̄. Et de se. Io. xix Pilato dixit. Regnum meū non est de hoc mūdo Secundo arguunt Monichei ratione sic. Nullum malum est adeo quia ut habeē Geñ. i. Vidit deus cuncta que fecerat & erant ualde bona. Et Dio. in libro de di. noībus ait. A summo bono nō egrediē nisi summum bonum. Sed mundus est malus. Ergo non est adeo Quod autem sit malus patet quia si esset bonus esset diliendus quia secundum Dionisiam ubi supra. Bonum est naturaliter diligibile. Sed omnis predicat mundū fore contemnendū. Vnde Io. i. canonica. ii. c. ait. Nolite diligire mundū neq; ea que in mundo sunt. Quia si quis diligit mūdum non est caritas patris in eo. Et Iac. iiii. scribiē. Adulteri an ne nescitis quia amicitia huius mūdi inimica est deo. Quicumq; ergo uoluerit amicus huius seculi esse inimicus dei constitueē. Et Io. vii. de mundo Christus dixit. Nō pōt mūdus odisse uos. me autem odit quia testimoniū perhibio de illo quia opa eius mala sunt. Tertio superinducūt Monichei ad suum errorem confirmandum exemplum q̄d Math. recitat. iiii. c. quādo ostēdit diabolus Christo omnia regna mundi ꝓmittens se ea illi daturum si cadens adorasset eum ergo uideē ꝙ ipse erat dominus mundi. Sed certe mentiunē Monichei & scripturas corrumpunt distrahuntq;

a ueritate sensus quoniã ut ait Magister historiarũ scolasticarum in principio Geñ. & Alex. in. ii. summe & Boñ. & Ric. di. in. ii. li. Mundus in scriptura multiplicer accipi cõsueuit Nam aliquãdo accipit̃ ꝑ deo. aliquãdo pro omni creatura seu oĩ creata natura aliquando ꝑ ipso homine aliquãdo ꝑ uita presenti aliquando pro uitiosa uita malorũ. ꝓbat̃ hec acceptio multiplex satis clare. Nã Io. i. dicit̃ de uerbo dei. In mundo erat. i. in patre secundum Aug. Et mundus per ipsum factus est. i. omne quod reperit̃ siue in celo siue in terra Et mundus. i. homo eum. s. uerbum incarnatum non cognouit. Quod dictum refert̃ ad iudeos. ꝙ etiam homo itelligat̃ nomine mundi patet per illud quod dicit̃. Io. iii. Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in illum non pereat sed habeat uitam eternam. Quod etiam mundus accipiat̃ ꝑ uita presenti patet in uerbis Christi. d. Io. xvi. Exiui a patre & ueni in mundũ iterum relinquo mundũ & uado ad patrẽ. ꝙ etiam mundus accipiat̃ ꝑ uita malorũ & iniquorum hominum colligit̃ ex uerbis Christi Io. xv. discipulis. d. Quia de mundo nõ estis. sed ego elegi uos de mũdo. ꝓpterea odit uos mũdus. Diabolus itaq; dicit̃ princeps mundi. nõ ꝙ ab ipso mundus creatus sit. sed qa est omnium malorum caput scd̃m illud Grego. xvi. mor. Caput iniquorũ diabolus est. Et hoc modo mundus d'r̃ malus & merito odiendus atq; spernendus Explicauit hoc ipsum Io. cum subdidit in auctoritate preallegata. Nolite diligere mundũ etc. Omne qđ est in mundo cõcupiscentia carnis est & cõcupiscentia oculorum & superbia uite. Dicit̃ itaq; diabolus pńceps malorum ratiõe ꝑtacta. Et a Paulo uocat̃ deus huius seculi nuncupatiue sicut ab eodem phi. iii. Gulosorũ uenter dicit̃ deus Et ꝑ hec dicta satis sufficiẽter responsũ est ad auctoritates ac rationẽ quas Manicheus iduxerat. Ad exemplum uero dicimus ꝙ diabolus quando ꝑmittebat Xp̃o mendaciter loquebat̃. Voluisset utiq; decipere cum mendatio suo sicut decepit in paradiso terrestri primos hoĩes & quottidie decipit sibi credentes propterea Io. viii. xp̃s de ipso dixit. In ueritate nõ stetit quia ueritas nõ est in eo. cũ loquit̃ mẽdaciũ ex ꝑpiis loqt̃ qa mẽdax ẽ & pater eius Stẽt ergo cõfusi Manichei cũ diabolo pa/tre suo & de mũdi ꝓductiõe ãplius nõ loquant̃. Tertia est opinio uera sanctoꝝ ꝙ mũdus ẽ in eẽ ꝓductus a deo quã ecclĩa i symbolo apostoloꝝ predicat. di. Creatorẽ celi & terre. Et in symbolo patꝝ: Factorem celi & terrẽ uiso. & inui. Que ueritas colligit̃ ex dictis

ſcripture utriuſq; teſtamenti Vnde ſapienſ ecc.i. ait. Vnuſ eſt al/
tiſſimuſ creator omnipatenſ rex metuenduſ nimiſ. Et Iudith. xiii.
Benedictuſ deuſ qui creauit celum & terram Et Dauid.in.pſal.
lxxxviii. Tui ſunt celi & tua eſt terra or.t.& ple.t.f.a.&.m.t.
traſti. Et Iſa.xlviii. Ego primuſ & ego nouiſſimuſ. Manuſ mea
fundauit terram & dextera mea me ſa eſt celoſ. Et Io.i. Omnia
per ipſum facta ſunt. Et Eph.iii. In deo qui creauit omnia. Et
Colo.i. In ipſo condita ſunt uniuerſa que ſunt in celo & in terra
uiſibilia & inuiſibilia. Et Heb.i. In initio tu domine terram fūdaſti
& opera manuum tuarū ſunt celi. Et Actu.iiii. Domine tu feciſti
celum & terram. Et.xvii. Deuſ qui fecit mundum & omnia que in
eiſ ſunt. Et Apoc.x. Iurauit per uiuentem in ſecula ſeculorum qui
fecit celum & terram. Hoc inſuper ut premiſſum eſt phi.ꝙ pluresſ
confirmant licet in modo ꝓducendi deficiant. Vnde Lact.li.i.di.
inſti. Orpheuſ inquit uetuſtiſſimuſ poetarū deum uerū & magnū
primogenitum appellat. eo ꝙ ante ipſum nihil ſit genitum ſed ab
ipſo ſūt cūcta generata Et Macrobiuſ li.i.de ſomno Scipioniſ ait.
Deuſ qui prima cauſa eſt uocatᷣ unuſ omnium que ſūt queq; uidēt
eſſe priceps & origo eſt. Et ut inqt Aug.li.xi.de ci.dei. Exceptiſ
propheticiſ uocibuſ munduſ ipſe ordinatiſſima ſui mutabilitate &
mobilitate & rerū omnium pulcherrima ſpecie quodā modo tacite
& factū ſe eſſe & niſi adeo ineffabiliter atq; inuiſibiliter ſe fieri po/
tuiſſe ꝓclamat. Et idem li.x.confe. Interrogaui de deo meo celū
ſolem lunam & ſtellaſ & reſponderunt. Neq; noſ ſcimuſ qd queriſ.
Et dixi omnibuſ que circumſtant foreſ carniſ mee. Dicite de deo
meo aliqd Et exclamauerūt uoce magna. Ipſe fecit noſ Interro/
gatio mea intentio mea & reſponſeo eorū ſpecieſ eorū. hec ille Ex
quibuſ omnibuſ conſiderare debemuſ ꝙ ad miranda ſit Sapientia
creatoriſ ꝙ timēda & ueneranda potētia ꝙ ue laudanda ac bñdicēda
bonitaſ que nobiſ fiunt notiſſima dum inſpicimuſ mundum iſtum
ab illo ꝓductum de nihilo in quo omnia ſūt ordinatiſſima & nihil
eſt ſuperfluum atq; diminutum. Secundum de mundo declarandū
dicitᷣ temporalitaſ. Et hic uidendum eſt. utrum munduſ fuerit a deo
ꝓductuſ ex tēpore aut ab eterno. Et qbuſdā uiſum eſt Ariſtotelē
tenuiſſe ꝙ munduſ fuerit ab eterno ꝓpterea quia primo phyſicoꝝ
dicit Quod materia eſt īgenita & in ꝑmo de celo & mundo ꝙ celū
eſt ingenitum & nullum ingenitū incipit eſſe. ergo uniuerſitaſ rerū
non incepit eſſe. propterea Boñ.i.di.ii.li.ait. Excellentior inter

philosophus Aristoteles scd͞m q sancti ei imponút & cōmētatores exponunt & uerba eius pretendunt in hunc errorē dilapsus fuit. Quidam tamē moderni dicunt illam nequaꝙ̄ sensisse neq intēdisse pbare q mundus omnino non ceperit. Sed quod non cepit motu naturali. hec Boñ. & sanctus Tho. q. xlv. prime partis dicit. Nó potest pbari demonstratiue mundum semper fuisse nec rationes ꝙ̄s ad hoc Arꝭ. inducit sunt demonstratiue simpliciter sed secundú qd ad contradicendú positionibus antiquorú ponentiú incipere scd͞m quosdā modos ī ueritate īpossibiles. Et q ita sit apparet ex tribus. Primo quia tam in. viii. physicorum ꝙ̄ in primo de celo & mundo premittit quasdam opiniones ut Anax. & Empedoclis & Platōis contra quos rationes contradictorias inducit. Secundo quia ubi/cumq; de hac materia loquitur inducit testimonia antiquorú q nó est demonstratoris sed persuadentis. Tertio quia expresse dicit in primo topicorum q quedam sunt pbleumata dialetica de quibus rationes non habemus. utrum mundus sit eternus. Et cum probat materiam ingenitā hoc facit ideo quia materia nó habet subiectú de quo sit. & sic pbat celum ingenitum quia non habet subiectum ex quo generetur. ideo materia & celum non inciperunt per ge/nerationem ut quidam ponebant Sed quicquid Aristo. senserit & ceteri philosophi de eternitate múdi a nobis peruifaciēdum est qm̄ scriptura sacra testatᷣ mundum non fuisse ab eterno. Vnde puer. viii. Sapiētia dei deus dei filius cú patre eternus & cú spū sancto ait. Dominus possēdit me in inicio uiarum suarum anteꝙ̄ quicquā faceret a principio. ab eterno ordinatus sum. & ex antiquis anteꝙ̄ terra fieret. Ipse adhuc Iesus benedictus deus incarnatus. Io. xvii. inquit. Pater clarifica filium tuum claritate ꝙ̄ habui anteꝙ̄ múdus fieret. Vnde aperte inuit mundum ab eterno non fuisse. Ratio autem est secundum. Tho. ubi supra. Quia uoluntas dei est causa reꝝ ut notatᷣ de cōse. di. ii. & in. c. Reuera. & c. Omnia. Sic ergo necesse est omnia esse sicut necesse est deum uelle cum necessitas effectus ex necessitate cause dependeat ut dicitᷣ. v. methaphy. Absolute ergo loquendo non est necesse deum uelle aliquid nisi se/ipsum. Vnde non est necessarium deum uelle q mundus semper fuerit sed eatenus mundus est quatenus deus uult ipsum esse cú esse mundi ex dei uoluntate dependeat sicut ex sua causa. Et si dicatᷣ. cur deus non condidit múdum anteꝙ̄ conderet. Respondet Aug.

li.i. super Geñ. contra Manicheos quia noluit. Et si adhuc petat cur noluit. Adhuc respondet ꝙ non possumus assignare causam uoluntatis diuine quia tūc esset dare aliquid maius uolūtate diuina quod est falsum. Ideo Magister sen. i. di. ii. li. ait. Voluntatis dei causa querenda non est. Tunc ergo deus mundum ꝓduxit cum uoluit & sibi placuit. Quod etiam confirmat Macrobius li. ii. de somno Scipionis. d. Quis non hinc estimet ipsum mundum cepisse & nec longā retro eius etatem cum ab hinc ultra duo retro annoꝝ millia de excellentium rerum gestarū memoria nec greca quidem extet historia. Nam supra Ninum nihil i libros preclarū redactū est. Si enim ab initio imo ante initium fuit mundus cur per innumerabilium seriem seculorum non fuerit cultus quo nunc utimur inuentus non litterarū usus quo solo fulcit̄ eternitas? Huius modi omnia uident̄ eternitati rerum repugnare dum opinari nō faciūt certo mundi principio paulatim singula queq; reperisse. Tertium de mundo declarandum dicit̄ unitas. Circa quod queritur. Vtrum mundus sit unus aut plures. Et licet Anaxarchus & Democritus dixerint esse infinitos mundos tamen scriptura mundum nominat in singulari quia unus est & non plures. Ratio est secundū Tho. ubi supra qa unus est ordo in rebus creatis existens ꝓpterea mūdus dicit̄ unus unitate ordinis secundum ꝙ quedam ad alia ordinant̄. Nam quecumq; sunt a deo ordinem habent ad inuicem & ad ipm deum. Quare necesse est ꝙ omnia ad unum mundum pertineant Hinc Ar. xi. meta. Ex unitate ordinis in rebus existētis cōcludit unitatem dei gubernantis. Fecit ergo deus unum mundū licet constet ex diuersis distinctisq; partibus & naturis omniū uero que sūt finem uoluit esse hominem rationalem secundum illud phi. Sumus quodam modo finis omnium eorum que sunt. Dicit tamen Boñ. i. di. ii. ꝙ homo dicitur finis subfine. Sed deus est finis principalis & ultimus qm̄ omne officiū oēm motū omnēq; operationē cuiuscūq; create nature deus ad usum hominis deputauit. Illi namq; seruiūt elemēta obsequūt̄ celestia corpora & assistūt ad custodiā angeli. Et cur ista nisi ut omnia diligāt benignissimum deum q non ideo fecit mundum ad hominis usum ut inde ipse cōtemneret̄ sed potius ut ab homine cognosceret̄ & amaret̄ ꝓpter tot exhibita bñficia? O igitur ingratissima anima que creaturam in amore preponis creatori tuo, bonum summum & increatum negligis atq; spernis ꝑ

bono uilissimo & creato. Non sic anima peccatrix nō sic. Euigila & suscipe celum contemplare ibi deum creatorem benefactorem & glorificatorem tuū tibi dicentem atq̄ clamantem. Noli diligere mundum. dilige me qui illum ad te tam ordinate creaui. Noli me obliuioni tradere Noli pro momētanea dilectione perdere eterna gaudia & obligare te ad eterna supplicia.

Quod mundus est contemnendus quia finiet̄ & consumabit̄.
& quid cognosci pōt a nobis de huiusmodi fine & cōsumatiōe.
Capitulum. ii.

Ecunda ratio quare cōtemnendus est mundus dicit̄ finalis cōsumationis. habebit namq̄ mundus iste consumationem & finem nec durabit semper. Ad cuius clariorem intellectum in hac parte circa tria dubitare contingit. Primo circa notitiā generalē. Secundo circa notitiam certitudinalem. Tertio circa notitiā cōiecturalem. Primo contingit dubitare de fine mundi circa notitiā generalē. Vtrū. s. i generali cognoscere possimus & scire q̄ mūdus habebit finem. Et respondeo q̄ sic eo q̄ sancte scripture omnesq̄ doctores id tenent & confitentur Vnde Io. i. ca. c. ii. ait. Transit mundus & concupiscencia eius. Et. i. cor. vii. Pau. ait. Preterit figura huius mundi. Et Xp̄s Luce. xxi. Et Marci. xiii. & Math. xxiiii. Celum & terra transibunt. Et Dauid in psal. Opera manuū tuarum sūt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis & omnes sicut uestimentum ueterascent. Et uelut amictum mutabis eos & mutabunt̄. Et sapiēs ecc. iii. Oīa tempus habent & suis spatiis trāseunt uniuersa sub sole Et Aug. in. q. noui & ueteris testamenti &. xii. super Gen̄. ad litteram. Inconueniens est mundum eternum dicere quem cum uidemus passioni subiectum & per singula senectute deficere credimus & finiri. Et Gregorius in mor. exponēs illud Iob. xiii. c. Non resurget homo donec atterat̄ celum nisi huius mundi finis aduenerit Humanum genus a somno mortis non euigilabit. Sed posset aliquis arguere contra ex dictis philosophoꝝ & etiam sanctorum. Nam Plinius li. i. histories naturalis ait. Mundum minime esse credi par est eternum īmensum neq̄ genitū neq̄ īteritūꝝ unq̄. Et Aristo. li. i. de planetis. Mundus totalis est perpetuus & sempiternus nec cessabit unq̄ generari animalia & plātas & omnes suas species. Et idem in. ii. de generatione. Semper continua erit generatio & corruptio & nunq̄ deficiet. Ric. etiam in. iiii. xliii. di.

dicit Quod fuit opinio quorundam philosophorum ꝙ cum omnia naturalia per influentiam corporum celestium disponanẽ quando omnes partes celi redibunt ad primum sue creationis locum tunc omnia generabilia & corruptibilia eadẽ numero que ante fuerant reuertenẽ. Et hoc per naturam uniuersalem, que sicut dicit Aui. in. vi. meta. Est uirtus infusa in substantias celorum gubernans uniuersitatem generationum. Illa autem celi dispositio erit in cõplemento. xxxvi. millium annorum ab illo instanti quo creatum est firmamentum. Hanc uero opinionem deridendo commemorat Aug. xii. de ci. dei. c. xiii. di. Quod qui sic tenuerunt ꝓfitebantur Platonem iterum lecturum in Achademia easdẽq; futuras scholas illosq; philosophos qui ante fuerunt. Verũtamen omnes philosophi qui de mundi eternitate loquunẽ aut ex parte ante aut ex parte post ut inquit Aug. ix. c. prefati li. xii. dicunt quod putant non quod sciunt. Et contra ponentes annorum rerumq; illam reuolutionẽ. supradicto. c. xiii. Inquit. Absit ut nos ista credamus. Semel enim Xp̄s mortuus est ꝓ peccatis nostris surgens autem a mortuis iam non moriẽ mors ei ultra non dominabiẽ. & nos post resurrectionem semper cum domino erimus. hec ille. Sunt tamen nonnulli obicientes ex dictis sacre scripture. Nam ecc. i. dicit. Generatio preterit & Generatio aduenit terra autem ineternũ manet. Et de sole luna stellis ceterisq; celestibus corporibus. Dauid psal. cxlviii. Statuit ea ineternum & in seculum seculi. ergo nõ deficient & ex consequenti mundus durabit ineternum & semper erunt terra elementa & celestia corpora. Cui obiectioni respondere possumus ex dictis Scoti in. iiii. di. xliii. q. i. responsione ad secundũ argumentũ cũ quo concordant ceteri theologi in. iiii. di. xlviii. Dicimus ergo ꝙ mundus potest considerari dupliciter scilicet quantum ad suam substantiam siue essentiam & quantum ad suas operationes mũdus ergo manebit quantum ad substantiam sed non quantum ad operationem Vnde Ric. dicit. ꝙ cessabit motus corporum celestium quia ut habeẽ Apoc. x. Angelus iurauit ꝙ tẽpus amplius nõ erit. Sed impossibile est esse motũ sine tẽpore. ergo motus celi cessabit non quidem per naturam sed per uoluntatem intelligentiarꝫ mouentium obedientium uoluntati creatoris in desinẽdo mouẽ sicut ex amore eius modo sibi obediunt in mouẽdo ꝙ ꝓpter cõueniẽter a philosopho. xii. meta. dicit. causa prima mouẽ in ratiõe amati

Et desideratt. Si tamen philoſophuſ in ſuo uerbo ſanum habuit intellectum tunc autem placebit creatori ut ampliuſ intelligentie corpora celeſtia nõ moueant quia tũc habebit finiſ motuſ corpoꝝ illorum. Intelligentie enim mouent illa corpora ut per motũ eorũ fiat renouatio influentiarum & contemperantia que requirit̃ ad generationem & corruptionem quouſq; impleat̃ numeruſ electoꝝ. Omne autem qd̃ per aliquem finem mouet̃ illo fine habito rationabile eſt ꝙ ab illo motu quieſcat. Tho. etiam in .iiii. ſum. cõtra gentileſ. c. ultimo ait. Quia omnia corporalia quodam modo ſunt ꝓpter hominem conſumato electorũ numero neceſſe eſt ut totiuſ creature corpore ſtatuſ immutet̃ ut congruat ſtatui hominum qui tunc erunt. Et quia tunc homineſ incorruptibileſ erunt a tota creatura corporea tollet̃ generationiſ & corruptioniſ ſtatuſ. Et ſic non germinabit ampliuſ terra non ambulabunt in ſiluiſ animalia non uolabant aueſ in aere non fiet uiciſſitudo temporum non alternatio diei & noctiſ non uidebunt̃ homineſ inhabitare terrã nõ reperient̃ ciuitateſ caſtella & opida non edificia non agreculture non excercitia & arteſ non erunt dominia principatuſ & regna. Si autem quereret̃ ergo qd̃ erit? Reſpondeo ꝙ in fine ſeculi oẽſ homineſ morient̃ & omneſ poſtea reſurgent. Exurget autẽ flãma conflagrationiſ & diluuium igniſ ſecundum illud ꝓphete. Igniſ añ ipſum precedet & de illo dicit glo. ſuper ſecũdum capitulũ ſecũde Theſaliſ. Et Beda in glo. ſuper ſcd̃a Petri. iii. c. ꝙ tantũ aſcendet quantum aqua diluuii fuit altior ſuper omeſ monteſ terre. Et licet aliqui uoluerint concẽdere ꝙ diluuium illud fiet naturaliter eo ꝙ illiuſ igniſ generatio erit naturaliſ qa uirtute igniſ elemẽti & corporum celeſtium generabit̃ in materia terreſtri aquea & aerea & allegant Senecam in libro de queſtioribuſ naturalibuſ & Aꝝ. in ii. meta. q aiunt. Dixit Empedocleſ arſurã eſſe terrã cũ uniuerſa ſydera conuenient in ſigno cancri & uniuerſalem inundationem futuram cum eadem turba ſyderum conuenient in capricornio. Tamen Ric. in. iiii. dicit ꝙ ſicut purgatio mũdi per aquã diluuii fuit ſuper naturaliſ ad purgandum mundum de hominibuſ maliſ ſecundum quod manifeſte innuit textuſ ſacre ſcripture ita & illiuſ igniſ ꝓductio erit ſupernaturaliſ nec eſt incõueniẽſ ꝙ eiuſ ꝓductionem precedat uehemenſ ſiccitaſ naturaliter generata illiuſ igniſ ꝓductioni concordanſ. Non tamen ſicut diſpoſitio neceſſaria ſed

congrua. Quare autem prima purgatio mundi fuit per aquam & secunda erit per ignem dicit Bon. xlvii. di. iiii. ꝙ ratio est quia sicut in principio ardor regnauit concupiscentie sic in senectute mundi frigus auaritie. Refrigescet enim caritas multorū & ideo quia purgatio debet fieri per contrarium sicut purgatio ardoris concupiscentie facta est per aquam sic purgatio frigoris malicie & auaritie fiet per ignem. Post resurrectionem uero erit ꝓ amicis dei dies longissima iocundissima atq; leta qui nunq̄ habet noctem quandoquidem omnes electi cum anima simul & corpore cōregnabunt hinc cum Christo. Pro damnatis autem reprobis fiet nox amara & tenebrosa que per infinita secula ꝑrabet in qua nunq̄ deerunt luctus gemitus suspiria & ubequando & ipsi cum anima simul & corpore tremendas penas inferni luent. Secundo cōtingit dubitare circa notitiam certitudinalem. Verum possit aliquis certitudinaliter scire quantum tempus sit usq; ad cōsumationē seculi. Et respondet R. ic. di. xlvii. iiii. ꝙ nō quia ut tactū est superius consumatio seculi non dependet a causa naturali sed a uoluntate diuina. Ideo Xp̄s dixit Math. xxv. Nescitis diem neq; horam. Et Marci. xiii. De die autem illa & hora nemo scit neq; hō neq; angeli celorum neq; filius. Et secundum Aug. sumit̄ hic filius pro capite ratione membrorum & non ratione ꝓprie persone quoniam Christus nouit omnia omniūq; scientiam habuit ut dicit̄ in. iii. sen. Sed nulli membro suo declarauit q̄diu erit mundus duraturus Hic Luc. xii. dixit. Estote parati quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. Et Marci. xiii. Videte uigilate & orate nescitis enim quando tempus sit. Tertio contingit dubitare circa notitiam coniecturalem utrū. s. per coniecturas aliquas posset quis asserere modico tempore mundum fore duraturum. Et quidam dicunt ꝙ sic inducentes suo modo tres principales coniecturas. Prima est etatum antiquitas. Dn̄t enim etates mundi etati hominis compari. Quod Aug. sentire uidetur super Io. & xxii. li. de ci. dei in fine. Sicut ergo sex sunt etates hominis & in sexta non pōt diu uiuere ita ergo in sexta etate diu durare nequit. Prima etas hominis est infantia que durat usq; ad septimum annū. Secunda est pueritia usq; ad. xiiii. annū. Tertia est adolescentia usq; ad. xxv. Quarta est iuuentus usq; ad. l. Quinta est senectus usq; ad. lxxx. Sexta est decrepitas usq; ad mortem, Cum autem ad illam peruenit iam

certus est ꝙ mors non multum tardabit. Et licet quandoq; senes confortent seipsos dicantq; ꝙ adolescentes etiã moriunt̃ allegãtes illud dictum Tulii in libro de senectute. Frustra sperat adolescẽs se diu victurum Quid enim stultius quã incerta ꝓ certis habere quoniã etiam illa etas multo plures q̃ senectus mortis habet casus Facilius enim adolescentes in morbos incidunt grauius egrotant tristius curant̃. Tamen urbana cõfutatio huiusmodi sententia est quam facit sãcta Marcella de qua Hieronius in epistola ad Prin/cipiam ait. Orbata patris morte viro quoq; post nuptias septimo mense priuata est. Cumq; eam Cerealis Inus clarum inter consules nomen est ꝑpter etatem & antiquitatem familie & in signem q̃d maxime viris placere consueuit decorem corporis ac morum tem/perantiam ambitiosius peteret suasq; lõgeus polliceret̃ diuitias sed nõ quasi in uxorẽ & quasi in filiã vellet donationes trãsfũdere. Albinaq; mater tam clarum presidium viduitate domus ultro ap/peteret illa respondit. Si vellẽ nubere & non eterne me pudicitie dedicare utiq; maritũ quererem non hereditatem. Illoq; mandãre posse & senes diu uiuere & iuuenes cito mori eligãter lusit iuuenis quidem potest cito mori. Sed senex diu uiuere non potest. hec ille Si ergo mors vicina est senectuti ergo finis imminet mundo iam senescenti. Est equidẽ prima etas eius ab Adã usq; ad Noe. Sc̃da a Noe usq; ad Abrahã Tertia ab Abrahã usq; ad Dauid. Quarta a Dauid usq; ad captiuitatẽ Babylonis Quinta a captiuitate Ba/bylonis usq; ad Christum. Sexta a Xp̃o usq; ad finem mundi. Ex ista autem sexta etate fluxerunt. M.cccc.lxvi. quare uidet̃ ꝙ parum est illud quod superest. Secũda coniectura q̃m assumũt alii de ꝓpinquitate finis mundi est antixp̃i uicinitas. Asserunt enĩ secundum ꝓphetias antexp̃m fore de ꝓximo venturũ post cuius aduentum non multum durabit mundus. Tertia coniectura est peccatorũ consumata iniquitas. Refriguit quippe caritas multoꝝ & ex omni parte superabundat malitia & ingratitudo occupauit cunctos habitatores terre. Veꝝtamen cum coniecturis huiusmodi aut similibus non audeo ego affirmare quicq̃m de uicinitate finis mundi sequens in hoc Aug. qui libero de ci. dei. xviii. c. liii. ait. Frustra annos qui remanent huic seculo computare ac diffinire conamur cũ hoc scire non esse nostrũ ex ore ueritatis audiuimus. Quos tamen alii quadringẽtos alii quingentos alii etiam mille ab

ascensione domini usq ad ultimum eius aduentum compleri posse. dixerunt. Quemadmodū autem quisq eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare & nō est necessarium. Coniecturis quippe utunt humanis nō ab eis aliquid certū de scripture canonice auctoritate pfert. Omniū uero de hac re calculantiū digito resoluit & qescere iubet ille qui dicit. Non est uestrū nosce tēpora uel momenta que pater posuit in sua potestate. hec ille. Quare ut optime hanc partem concludam omni curiositate dimissa, dico q satis debet esse oībus nobis quia cito deficiemus & in breui rapiet nos uiolentissima mors. Tunc ergo nobis deficiet quādo uita pñti priuabimur.

Quod contemnendus est mundus quia est falsus & uanitate plenus sicut apparet in exemplis eorū qui dilexerunt illū & quia dilectores suos ducit in damnationem. Capitulū. iii.

Tertium mysterium siue tertia ratio quare contemnendus est mundus dicit maligne conditionis. Reperit siquidem i huius mūdi temporalibus bonis triplex mala conditio Prima dicit falsitatis. Secūda uanitatis. Tertia damnabilitatis. Prima cōditio bonorum huius mundi dicit falsitatis. Sunt namq hec bona falsa non uera si in eis finis constituat quoniam ad ueritatem boni qd nos beatos facere debet requirit exclusio omnis mali & cuiuscūq contrarii. Sed in hac uita nullus euitare potest labores dolores angustias calamitates erumnas quibus premit mortalium genus. Ex quo Hierony. ad Heliodorum de uita Nepotiani ait. Vbiq luctus ubiq gemitus & plurima mortis imago. Et Boetius li. ii. de conso. quis est inquit tam cōposite felicitatis ut non aliqua ex pte cum status sui qualitate rixet? Anxia enim res est humanorū bonorū conditio & que uel nunq̄ tota pueniat uel nunq̄ tota perpetua subsistat. huic census exuberat sed est sibi pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Ille utroq circumfusus uitam celibem deflet. Ille nuptiis felix orbus liberis alieno censum nutrit heredi. Alius ple letat filii filieue delictis mestus illacrimat. Idcirco nemo facile cum fortune sue conditione concordat. hec ille. Quare quasi pro miraculo narrat felicitas. Q. Metelli de quo Valerius li. vii. ru. de felicitate ait. Quintum Metellum nesci in orbe terrarū pncipē uoluit fortūa parētes ei nobilissimos dedit, adiecit aīmi ratissimas

dotes & corporis uires ut sufficere laboribus posset uxorē pudici/
cia & fecunditate cōspicuā cōsulatus decus imperatoriā potestatē
speciosissimi triumphi pretextum largita est. Fecit ut eodē tēpore
tres filios consulares unum etiam censorem triumphalem uideret
& quartum pretorem utq tres filias nuptui daret earumq sobolē
sinu suo exciperet. Hūc uite actū eius finis cōsentaneus excepit.
Nam ultimo senectutis spatio defunctū leuiq genere mortis iter
oscula complexusq carissimorum pignorū extinctū filii & generi
humeris suis per urbem latum rogo imposuerūt. hec ille. Sed ra/
rissima sunt huiusmodi exempla ꝑpterea dixit Lucanus. Felix q
potuit mundi euitari ruinas. Quinimo andiunt omnium regum
omnium principū omniūq magistratorū sepius deflende querele.
Nec potest aliquis diu persistere quando tamen clamet & dicat
Heu mihi quia circūdederunt me mala. Patet hoc in exēplo illo
quod Tuleus refert in libro de finibus bonorum & maloꝝ. Quod
etiam recitat Valerius de mutatione moꝝ & fortune Et Plinius
in historia naturali. Polycrates inquit Samiorum tyrannus adeo
sibi fortunam obsequiosam habuit ꝙ omnia desiderata ꝑficiebat.
Ad moderandam igit̄ fortune inuidiam supto in manu anulo quē
preciosum possidebat in mare iecit. Sed inopinate illum repente
recuperauit. Nam post dies paucos a piscatoribus piscis captus qui
anulum sorbuerat tyranno donatus est. Accidit tādem ꝙ aduersus
Darium persarum regem duxit exercitum & ꝙ Orūtbes ꝑfectus
darii illum acie fuderit cepititq & in summo magalensis montis
uertice suspendi iusserit. Et relictus auibus lacerandus qui ubiq
felicissime in terra uixerat in aere miserrime expirauit. Quid de
infelicitate aliorum referam qui se beatos crediderunt. Legantur
historie qui ut plurimū illos infelici dolorosaq morte ac uiolenta
extinctos esse describūt. Ninus rex assyriorum qui bella finitimis
intulit. l. annis ut refert Pau. horosius. l. i. post deuictā Asiā Scy/
thiam & Zoroastrē dum deficientem a se oppugnat urbē sagitte
ictu ferriit. Baldasar rex Babylonis ut ait. Iosephus. x. antiqtatū
li. obsessa Babylonea Medis & Persis Dario. s. & Cyro intantum
uenit in obliuionem sui ut celeberrimū iniret conuiuiū & in uasis
templi biberet & obsessus uacaret epulis. Unde in nocte captus ē
& iugulatus. Cyrus rex Persarum ut Horosius ubi supra com/
memorat qui Gangen fluuium in quo miles submersus fuerat in

quadringentoſ.lx. alueoſ comminuit a Thamari Maſſagetarũ
regina ſuperatuſ occidit. Xerſeſ ille rex potentiſſiuſ qui ſubuertit
monteſ ut Hiero. ait ad Heliodorũ de uita Nepotiani & maria
cõſtrauit bello in grecia infeliciter geſto contẽptibiliſ ſuiſ factuſ
ſecundum Iuſtinum per Arthabanum prefectum ſuum occiditur.
Dariuſ ut cõmemorat. Q. Curciuſ ab Alex. magno ſuperatuſ a
ſuiſ captuſ apud Tharam oppidum parthie detentuſ in uehiculo
cathenis & compedibuſ aureiſ uulneribuſ cõfoſſuſ & letaliter uul/
neratuſ dimiſſuſ ſicq; miſerabiliter expirauit. Alex. magnuſ poſt
tot celebreſ glorioſaſq; uictoriaſ ſubiectionẽq; uniuerſe Aſie imo
pene totiuſ orbiſ per Caſſandꝛ filium ante patriſ ut. Q. Curciuſ
dicit uenenatuſ eſt. Nam caſſãder ille & Philippuſ & Sola fratriſ
eiuſ miniſtrare regi ſolebant qui in potum illi uenenum dederunt
quo hauſto ſecundũ Iuſtinũ in media potione uelut telo cõfoſſuſ
ingemuit deportatuſq; eſt a conuiuio ſemianiſ Maliuoli autem
dicebant eum ebrietate perire. Quod & Solinuſ ſentit in libro de
mirabilibuſ mũdi. Contra quem eſt Tulliuſ li. i. de diuinatione Et
Iuſtinuſ. Q. Curciuſ. Quarto itaq; die Alex. indubitata morte
ſentiẽſ tumultuanteſ miliceſ quia rex occidebat̃ inſidiiſ pia oratiõe
ſedauit cunctiſq; dexteram purrigenſ eoſ oſculatuſ eſt. Tandem
morit̃ anno etatiſ ſue. xxxiii. & menſe uno cũ regnaſcet ãniſ. xii.
ꝑut patet. i. Mach. i. c. Romuluſ fundat̃ urbiſ Rome ut ponit
Tituſliuiuſ apud paludem capree tempeſtate magna orta & to/
nitruiſ circũdatuſ nube nuſq̃ apparuit & noĩe Quirini inter deoſ
conſecratuſ eſt Seruiuſ Tulluſ ſextuſ Romanoꝝ rex a Tarqnio
ſuperbo occiſuſ eſt. Pirruſ rex Epyrotarum qui Romaniſ bella
intulit in fauorem Tarentinoꝝ uenitq; Romam uſq; preneſte a
Romaniſ tandem uictuſ ad patriam rediens ſecundum Iuſtinum
Spartaniſ indixit bellum quibuſ relictiſ Argoſ inuaſit ubi feruide
magiſq̃ caute pugnãſ ictu ſaxie muriſ iacti mactatuſ ẽ. Hãnybal
penorum dux qui anniſ. xiiii. in Italia Romanoſ cõtriuit poſtea
in Aphrica a Scipiõe deuictuſ ꝓfuguſ & damnatuſ exilio ad An/
tiochum magnum regem Syrie ueniens ut Iuſtinuſ meminit quia
a Romaniſ petebat̃ fugereq; nequit ueneno raptim hauſto quod
more regio ſub gemma ferebat̃ incluſum obiit. ſicq; ab hiſ qui ad
eum cõprehẽdendũ miſſi fuerant exanimiſ inuentuſ eſt. Põpeiuſ
magni Pompei genitor ſecundũ Hoi o iũ fulmine ꝑcuſſuſ periit.

Pompeius magnus filius eius qui uigintiduos reges oriẽtales ut ait Horosius superauerat a cesare deuictus cum fugisset in Alexandriam ad Ptolomeũ regem cui teste Eutropio Pompeius a senatu tutor datus fuerat propter iuuenilem etatem eius cuiq; regnum sũma fide seruauerat & paterna pietate restituerat consilio Theodoti fotini & Achille siue timore ne Pompeius Alexandriã occuparet seu dispecta infelicitate eius siue credens placere multũ uictori Cesari per Achillã prefectum regni occisus est Florus aũt dicit in iiuli. Põpeius suo gladio trucidatus sub oculis uxoris sue liberoꝝq; suorũ moriẽ. Cesar ut Suetõeus narrat mortuo Pompeio in eodem mense sed interiectis diebus quinges triũphauit. Primo de Gallia & Britanea. Secundo de egypto. Tertio de Pharnace & Pontho. Quarto Iuba & Aphrica. Et Quĩto de Hispania Fuitq; illi gloria multa in usurpato imperio annis tribus & mensibus septẽ Tandẽ Gaio Cassio & .M. bruto cõtra eũ conspirantibus princeps urbis xxiii. plagis cõfossus occubuit ãno. lvi. etatis sue Marcus Anto. nepos Iulii Cesaris ex sorore Iulia ab Octauiano augosto uictus in Alexandria ab eodem Cesare obsessa secundũ Plutarchũ gladio se peremit dum ãnum ageret etatis. lvi. Gaius gallicula ĩperator Romanus tertius ab Octauiano sceleratissimus auarus & libidinosus adeo ut duabus sororibus stuprũ intulerit crudelis omnibus & exosus Rome in palatio occisus est ut habeẽ in cronica martiniana cum regnasset annis tribus mensibus. x. diebus octo Nero imperator quintus ab Augusto qui natus est premissis pedibus ut scribit Plinius li vii. historie naturalis uitiosus auarus & lasciuus ab urbe fugiens secundum Eutropium. xxxii. anno etatis sue & imperii. xiiii. seipsum interfecit. Domitianus imperator secundum Suetoneũ & Eutropium a cubiculariis suis. vii. uulneribus occisus est anno etatis sue. xxxvi. & cũ dedicore sepultus. Helius pertinax imperator uulneribus obtrũcatus est. Mauritius imperator ob inuidiam occisus est cum imperasset anno uno. Antonius imperator tertio imperii sui anni interfectus est a tumultu militari Rome cũ matre sua. Maximianus imperator cũ imperasset annis tribus apud Aquilegiã deserentibus eum suis militibus cũ filio suo adhuc puero occisus est Gordianus ĩperator. vi. imperii sui anno postq̃ de Persis triumphauit ueniens Romã prope urbẽ fraude Philippi occisus est. Decius imperator cũ imperasset annis. duobus in bello

barbaro perēptus est. Valerianus imperator a rege Persarum deuictus est & in seruitutem redactus. nam q̄diu uixit rex eiusdē ꝓuintie pedē ceruicibus eius īponendo sollitus erat equū ascēdere. Aureleanus imperator fraude sui serui occidit̄. Tacitus īperator septimo mense imperii sui subita morte preoccupatus est. Probus imperator. vi. anno īperii sui militari tumultu uexatus est. Clarus īperator fulmine perit. Diocliciaus īperator ueneno extīctus ē. Constantinus filius constantini magni a ducibus fratris sui cōstātii pēpeus est. Iulianus apostota a sācto Mercurio milite miraculose occisus est. Valens imperator quarto imperii sui anno a Gothis in bello peremptus est. Et ne si omnia huiusmodi exempla diceremus tedium oriret̄ in mentibus auditorū concludimus breuiter ꝙ cuncta huius seculi blandimenta amaritudine sunt permixta. Nec potest homo ab illa se liberare ꝓ libito uolūtatis sue. Non enim potuere predicti potētes imperatores & reges euitare illam cū om̄i potētia sua non ualuerunt se ab illa defendere uiri fortes. nō Antheus nō Hercules non Samson non Hector nō Achilles nō deniq̄ qlibet alii. Nequiuerunt etiam & ipsi philosophi cum philosophia sua declinare malignitatē seculi. Quinimo passi sunt & ipsi incomoda multa persecutiones captiuitates exilia cruciatus & damna rerum ꝓpter que omnia merito mundus est paruipendēdus Sed a cōditio bonorum huius mundi dicit̄ uanitas. posito enim ꝙ cūcta feliciter dilectoribus eius ad uotum succederent tamē uana sunt caduca & breuia nullusq̄ potest in illis diutius immorari. Omnia namq̄ que in mundo sunt cito in breui deficiunt. Iō ait Vgo li. i. de anima Dic mihi ubi sūt amatores mundi qui ante pauca tēpora nobiscū fuerunt nihil ex eis mansit nisi cineres & uermes. homines fuerunt sicut tu comederunt biberunt riserunt dixerūt in bonis apparē/tibus dies suos in puncto autē descenderunt ad inferna. Hic caro eorum uermibus illic anima eorū eternis deputat̄ suppliciis donec rursus infelici collegio colligati sempiternis inuoluant̄ incēdiis. hec ille. Cui consonat sentētia Baruch ꝓph. c. iii. di. Vbi sunt ꝑncipes gentium & ꝙ dominant̄ super bestias que sunt super terram qui ludunt in auibus celi qui argentum thesaurisant & aurum in quo cōfidunt homines & nō est finis acquisitionis eorum qui argentū fabricant & sollicīti sūt nec est inuētio operꝫ illorꝫ Exterminati sunt & ad inferos descenderunt. Dicite igit̄ o amatores mundi ubi

ſunt tot clari uiri qui reputabant beati. Vbi ſūt regeſ Aſſyrioꝝ.
Belluſ Ninuſ Semiramiſ Zameuſ Arruſ Athaliuſ Xerſeſ Arame/
treſ Bolchuſ Balleuſ Alchadaſ Manuchuſ Mathalenuſ Speruſ
Manuluſ Sparethuſ AmintteſBolothuſ Boloſpariſ Lampredeſ
Soforeſ Mithreuſ Thantaneſ Thimeuſ Eupaliſ Offratheneſ
Gazepeſ Sardanapallaſ.qui regnauerunt cum tanta gloria ſuc/
ceſſiue ſecundum Pau. Horoſium libro.1. anniſ mille centum.lx.
uſq; ad Sardanapallum. Vbi ſut regeſ Parſarum atq; Medorum
rex Dariuſ rex Cyruſ Cābiſeſ Xerſeſ Arthaxerſeſ & ceteri? Vbi
ſūt regeſ Athenienſiū Cecropſ Grauanuſ Amphitriō Erichtho/
niuſ Pandeon Ericthcuſ Panchyon Egeuſ Theſeuſ Meneſteſ
Demofon Nichiteſ Obſideſ Themiſteſ Melampuſ Chodroſ Ar/
chipuſ TheniſipuſFabraſMageteſ Digenituſ Agameſtor Eſchilluſ.
Vbi ſunt regeſ Lacedemoneorū Heraſcheuſ Egiſ & Theratuſ
Laboteſ Doriſtuſ Ageſelſcuſ Archilauſ Theletuſ Calcamieſ. Vbi
ſunt regeſ Siccionioꝝ Geſſipuſ Egialchuſ Europſ Thelenuſ Apiſ
Egialcha Theſſyon Elgioruſ Meſapuſ Erathuſ Oraſtut Ortho/
poluſ Maratuſ Polybuſ Siccion Innachuſ. Vbi ſunt Ptholomei &
Pharoneſ q; regnauerunt in Egypto Ptholomeuſ primuſ a quo
Secundū Iuſtinū alii dicti ſūt Ptolomei ꝓpter claritatē noīſ eiuſ
Ptholomeuſ Philadelphuſ Ptholomeuſ Euergetheſ Ptholomeuſ
Philopater Ptholomeuſ EphifaneſPtholomeuſ Philometor Ptho/
lomeuſ phyſcō Ptholomeuſ Euergetheſ ſeruuſ Ptholomeuſ Alex.
Ptholomeuſ Dionyſiuſ? Vbi ſunt iudiceſ & regeſ iudeoꝝ Moyſeſ
Ioſue Othoniel Ayoth Sangara Delbora Barach Gedeō Abime/
lech Thola de Iſachar Hyair Galaditeſ Iethe Abeſā Helonicha
Abdon Samſon Heli & Samuel. hi omneſ fuerunt iudiceſ ſucceſ/
ſiue. Regum aūt primuſ fuit Saul poſt quem regnauerūt Dauid
Salomon Roboam Abiaſ Aſſa Ioſaphat Ioram Ochozyaſ Iobaſ
Iobatam Amaſyaſ Ozyaſ Achar Ezechiaſ Manaſſeſ Amon Io/
achim Sedechiaſ Ariſtoboluſ Alexāder Herodeſ. Vbi ſūt regeſ
latinorum Ianuſ Saturnuſ Picuſ Faunuſ & Latinuſ. Vbi ſunt
regeſ albanorum quorum primuſ fuit Aſcaniuſ Enee filiuſ qui
condidit Albam ſecundum Titū liuium cui ſucceſſerunt poſtumuſ
Siluiuſ filiuſ eiuſ ſic dictuſ quia in ſilua & uenatione nutrituſ eſt.
Eneaſ ſiluiuſ Latinuſ ſiluiuſ Abba ſiluiuſ Egiptuſ ſiluiuſ Capi ſil/
uiuſ Carpentuſ ſiluiuſ Tiberiuſ qui ſuffocatuſ in Tiberi Fluuio

nomen dedit nam ante Albula dicebatur Agrippa siluius Aremulus Auentinus procas Amulius. Vbi sunt reges Romanorum Primus Romulus secundus Numa pompilius tertius Tullus hostilius quartus Anchus quintus Tarquinius priscus sextus Seruius tullus septimus Tarquinius superbus. Vbi tot gloriosi senatores consules dictatores inuictissimique duces qui floruerunt in urbe Brutus Lucius Tarquinius Collatinus Spurius Cassius Coriolanus Gaius Flauius Lucius Verginius Lucius quintus Cincinatus Furius Camillus Appius Claudius. Q. Cecilius Metellus Balcharicus Scipio Asina Scipio Aphricanus Scipio Emylianus Curtius dentatus. Q. Fabius Gaius Flaminius & ceteri. Vbi sunt tot imperatores qui ibi regnauerunt. quorum aliquos in precedentibus nominauimus. Vbi sunt tot sapientes seculi philosophi astrologi historiographi oratores & poete. Vbi Thales milesius Chylo lacedemonius Solon atheniensis Periander corinthius Pithacus mithileneus Byas prieneus Pythagoras samius Plato Socrates Aristotiles Diogenes Anaxiales Zeno Empedocles Epycurrus Anaxagoras Democritus Heraclitus Leucippus Hyparcus hi omnes philosophi. Haliabrages Albumasar Ptholomeus. hi astrologi. Hieronimus Egyptius Berosus Chladeus Manethan Sutorius Chalenicus Dyodorus Possidonius Theon Andronicus Aphricanus Tertulianus Phrygius Dares Trogus Pompeius Iustinus abreuiator eius Iosephus iudeus Titus liuius hi historiographi Lysias Demostenes Hegesias Cyreneus Antiochus Ascalonita Appollonius Nicomus Cicero Cato censorinus hi oratores. Ouideus Iuuenalis Lucanus Virgilius Oratius Terrentius Persius Tibullus. hi poete Vbi sunt denique omnes quos etiam diebus nostris & uidimus & cognouimus quos mundus tulerat in sublimi. Periit certe memoria eorum cum sonitu ut ait propheta & dominus in eternum permanet. O quam cito quam ue repente euanescunt uelut fumus omnia que in hoc mundo creduntur & reputantur bona. Quod considerans Salomon in .ii. ecclesiastes. c. dixit Magnificaui opera mea hedificaui domos plantaui uineas feci hortos & pomeria & conseui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem siluas lignorum germinantium. possedi seruos & ancillas multamque familiam habui armenta quoque & magnos ouium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Coaceruaui mihi argentum & aurum & substantias regum ac prouinciarum. Feci mihi

cantores & cantatrices & delicias filioꝝ hominū Syphos & urceos in ministerio ad uina fundenda & supergessus sum opibus omnes q fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoqꝫ perseuerauit mecum & omnia que desiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec ꝓhibui cor meum quin omni uoluptate frueret & oblectaret se in his que paraueram. Et hanc ratus sum partem meam si uterer labore meo. Cumqꝫ me cōuertissem ad uniuersa opera que fecerāt manus mee & ad labores in quibus frustra desudaueram uidi in omnibus uanitatem & afflictionē spiritus animi & nihil permanere sub sole. Quanta autem fuerit magnificentia & gloria Salomōis patet primo si consideret eius potētia & diuitiarum copia & fame claritas ac deliciarū affluentia. Nam ut habet̄. iii. re. i. c. Viuēte Dauid patre & ipso imperante & uolente unctus fuit in regem & dixit omnis populus. Viuat rex Salomon. Et ascendit uniuersa multitudo post eum & populus canētium tibiis & letantiū gaudio magno & insonuit terra a clamore eorum Et ut dicit̄. iii. re. iiii. c. Regnauit super omnem Israhel & erat in ditione sua habens oīa regna secum a flumine terre Philistī usqꝫ ad terram Egypti offe/rētium sibi munera & seruientium ei cunctis diebus uite eius. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies. xxx. chori simile & . xl. chori farine. x. boues pingues & . xx. boues pascuales & centum arietes excepta uenatione ceruorum caprearum atqꝫ bubalorum & auium altilium. Habebat. xl. millia presepia equorum curialiū & . xii. millia equestrium. Et ut scribitur. x. c. prefati li. Regina Sabba donauit ei. xxx. talenta auri & aromata multa nimis & gemmas preciosas. Secundum autem Catholicon apud aliquos est l. librarum secundum alios. lxx. duarum. In secundo uero libro peral. c. ii. narratur qualiter Salomon uolens edificare domū dei & palatium suum numerauit. lxx. millia uiroꝝ portantiū humeris suis & lxxx. millia qui cederent lapides in montibus prepositosqꝫ eorum tria milia sexcentos. Fecitqꝫ fieri edificia speciosa ualde diffundebatqꝫ fama eius per uniuersū orbem & tamen deprauatū est cor eius ut adamaret mulieres alienigenas. Habuitqꝫ omnem delectationem in quibuscumqꝫ secundum sensualem appetitum nihilominus omnia preterierunt & defecerūt. Ideo ipse cōquerit̄ iii. i. c. ecclesiastes. d. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Ob qđ

Criso. super Io. ita pulchre loquitur. Vanitas uanitatum inquit Salomon & omnia uanitas. Hunc uersiculum si saperent qui in potentia uersant in parietibus suis omnibus & uestibulis scriberent in domo in Foro & in egressibus & ante omnia in consciential suis ut semper eum & oculis cernerent & corde sentirent quonia multe sunt rerum facies & imagines False que decipiunt incautos. Istud oportet quottidie carmen salutare & in prandiis & in cenis & in omnibus conuentibus libenter unumquemq͂ ꝓximo suo canere a ꝓximo suo libenter audire quia uanitas uanitatum & omnia uanitas hec ille. Que uerba non immerito ponderanda sunt ut sic cognoscatur mundi miseria. Tertia conditio bonorum huius mũdi dicitur damnatio. Ipsa etenim se diligentes ducunt in damnationẽ eterne mortis. Et ut Gregorius ait. Momentaneum est quod de/lectat sed quod cruciat est eternum. Ideo Augustinus in quodam sermone inquit. Nulla maior insania q̃ pro delectatione momen/tanea perdere eterna gaudia & obligare se ad eterna supplicia. Audite ergo o mortales homines & considerate que dicta sunt ad mentemq͂ uestram currite & reducite cor & animum ad amorem dei & ad beatitudinem eius inardescat desiderium uestrũ reuocate effectum a ꝓditore mundo illumq͂ spernite ut sic possitis in hoc seculo adipisci dei gratiam & in futuro seppiternam gloriã. Amẽ.

Feria. ii. ebdomade sancte de misteriis sacramenti eucharistie quorum notitia fideles excitat & inflammat ad feruorem & deuotionem. Sermo. lxiii.

Emoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus escam dedit timẽtibus se. Illuminati ꝓphete uerba sunt ista originaliter psal. c. x. Ostendit nobis dominus Iesus xp̃s ardentissimam caritatem suam non solum in cruce & passiõe uerũ etiam & multis aliis diuersisq͂ modis & potissimum cum instituit sanctissimum sacramentum preciosissimi corporis & sanguinis sui. Quoniam autem tãto feruentius xp̃ianorum anime cũ reuerẽtia & deuotione ad illud suscipiendum animari possũt quanto clarius eius mysteria cognoscunt & intelligunt. Id circo in p̃nti sermone de eo aliqua aperiemus quoniam si Christus illud fecit in memoriã eius & suoꝝ mirabiliũ nisi nos tanti beneficii recordaremur merito de ingratitudinis uitio ueniremus culpãdi. De ipso itaq͂ sacramẽto

uenerabili tria mysteria erunt a nobis declaranda. Primum dicit institutionis Secundum figurationis. Tertium fructificationis.

Qualiter Christus instituit sacramentum eucharistie in cena & ordinauit apostolos sacerdotes & quare hoc sacramentum conficit in specie panis & uini & sub duplici specie & an sub utraq debeat sumi. Capitulum. i.

Primum mysterium declarandum dicit institutionis in quo contingit dubitare circa septem. Primo circa tempus. Scdo circa personā. Tertio circa ordinē. Quarto circa materiā. Quinto circa speciem. Sexto circa additionē aque. Septimo circa obligationē. Primo circa tempus dubitat. Quare hoc sacramentū institutum fuit tempore legis gratie & non ante. Ad qd respōdet Alex. i. iii. sūme & Boñ. di. viii. iii. qd istud fuit cōueniens ꝑpter duo. Primo ꝑpter rem contentam que est corpus Christi uerum ut plenius declarabit in sequenti sermone. Secundo fuit cōueniēs ꝑpter efficatiā que est caritatis uinculū que in noua lege appere & abundare debuit & ex hoc institutum est imminente passione in signum amoris quem Christus ad genus humanum habebat. Nam nō solū uoluit dare nobis sua. i. obsequia omniū creaturaꝝ & suos. i. angelos in adiutorium sed etiam seipsum dedit in filium per carnis assūptionem secūdū illud Isa. ix. Filius datus est nobis. Dedit se in socium per nature nostre conformationem scdm illud Ap. phi. ii. Habitu inuentus est homo Dedit se in magistrum per doctrine predicationem secundum illud Io. xiii. Vos uocatis me magister & domine & bene dicitis sum etenim. Dedit se in lucem per exempli operationem secundum illud Io. xiii. Exemplū enim dedi uobis ut. q. ego. f. i. & uos faciatis. Dedit se in patrem per gratie regenerationē secundū illud Io. i. Quotquot aūt receperūt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Dedit se in holocaustum medullatum per passionem & tandē dedit seipsum in cibum ad spiritualem refectionem. O inflāmata caritas Iesu Christi. O ardens amor clementissimi cordis sui. Superabundanter ꝑfecto ostendit nobis quantum nos ipse dilexit & ꝑpterea tunc sacramentum est institutum cum amor eius bulliebat atq feruebat. Vnde Io. xiii. dicit. Cū dilexisset suos qui erant in mūdo in finē dilexit eos. i. scdm glo. maiora signa dilectiōis ondit.

Secũdo dubitatur circa horã. Et ut colligit ex dictis euãgelistaꝝ
Christus hoc sacramentũ instituit hora cene quãdo iam cõmederãt
ipse & apostoli agnum pascalem. Ex quo pleri ꝙ non bene intel/
ligentes dicere uoluerunt ꝙ hoc sacramentum non debet confici
ante prandiũ sed post cenã. Arguũt enim sic in opando debemus
nos conformare Christo tamq̃ exemplari iuxta illud exo. xxv.
Inspice & fac secundũ exemplar qđ tibi in monte monstratũ est.
Sed Christus hoc sacramentum post cenam confecit. ergo & a
nobis debet confici post cenam. Contra istos uero est tex. de cõse.
di. i. in. c. Sacramenta. Sacramẽta inquit altaris nõ nisi a ieiunis
hominibus celebrent. Ratio est secundũ Ric. in. iiii. di. viii. ꝓpter
maiorẽ sollemnitatem & sobrietatem ministerii & maiorẽ reuerẽtiã
sacramenti. Nec ualet obiectum eo ꝙ Christus rationabiliter cõ/
fecit post cenam quia uoluit terminare figuram & legem in esu
agni pascalis & introducere ueritatem in institutione sacramenti.
Huiusmodi autem ratio non conuenit ad hoc ut a nobis debeat
post cenam confici. & sic hoc sacramentum confici debet a ieiunis
ut patet de conse. di. ii. in. c. Liquido Et secundũ Ric. ubi supra
sumit hic ieiunium pro priuatione cuiuslibet alimenti ante. s. ꝙ q̃s
sumat cibum uel potum si etiam postea in die pluries comesturus sit
in casu tamen necessitatis imminente mortis periculo potest hoc
sacramentum post alios cibos sumi etiam si sacerdos ante missam
lauerit os suum & casu aliquo gutta illius aque intrauerit in sto/
machum non ꝓpter hoc tenet dimittere missam precipue in die
sollemni quia hoc non uidetur impedire dignam preparationem
presbyteri nec reuerentiam sacramenti. Et de similibus idem iudi/
tium habeat. Tertio contingit dubitare circa ordinem quãdo. s.
apostoli fuerunt a Christo ordinati sacerdotes & acceperunt cõ/
secrandi potestatem. Ad qđ respõdet Ric. in. iiii. di. xxiiii. q. iii.
Queritur in quo actu cuiuslibet ordinis imprimatur caracter in
responsiõe ad argumentum. Quod Christus ordinauit apostolos
sacerdotes cum dedit eis potestatem conficiendi Luce. xxii. Et
Math. xxvi. d. Hoc facite in meam cõmemorationem. Quarto
Verba sunt redemptoris nostri Io. xiii. c. & in euangelio hodierno. Multa debẽt esse mũditia mẽtis õnibus q p sacramẽtum baptismi regenerati facti sunt pncipes & heredes celestis regni dñi Iesu xpi. Per baptismum naq; filii dei efficimur in illo ꝑmittẽtes abrenũciare diabolo & oĩbus põpis eius ut notat de cõse. di. iiii. c. Prima igit. & c. Primũ interroget. Quoniã autem pleriq; tanti beneficii immemores omne cur suum ad mundana atq; terrena cõuertunt postpendentes non solum repromissam beatitudinem uerũ etiam hãc dignitatem & gratiam per baptismum. Idcirco de ipso in presenti sermõe aliq̃ discutiemus ut intelligẽtes tanti sacramẽti uirtutẽ ꝑeminẽtiã & sublimitatẽ conemur iuxta saluatoris nostri sententiam in uerbis allegatis pro themate lauare pedes. i. mentis affectiones mundare ab omni inqnamẽto & turpitudine inordinati amoris cuiuscumq; boni creati. De ipso itaq; baptismate locuturi tria mysteria pponemus declarãda. Primũ dicit diffinitiõis. Scdm obligationis. Tertium fructificatiõis.

Quid sit baptismus & de eius institutiõe ac materie determinatione necnõ & forme obseruatione. Capitulũ. i.

Primũ mysteriũ de baptismo declarandũ dicit diffinitionis in quo quid sit baptismus uideamus. Et licet Vgo. li. ii. de sacramentis parte sexta. ca. ii. Dicat. baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per uerbum dei. Tamen conuenientior est diffinitio Magistri q̃ iiii. di. iii. ait. Baptismus ẽ ablutio corporis exterior facta sub forma pscripta uerborum Secundũ enim Ric. super pfata d. duplex est materia baptismi. s. remota que est aqua & ꝓpinq̃ que est ablutio in aqua. Diffinitio ergo Vgonis exprimit materiam remotam. & illa magistri materiam propinquam. Pro declaratione autem clariore huius partis tria adhuc de Baptismo cõsideremus. Primo eius istitutionẽ. Scdo materie determinationẽ. Tertio forme obseruationẽ. Primo eius institutionẽ cõsideremus

qñ. s. baptismus fuit institutus Et aliqui dixerũt ꝙ fuit institutus post resurrectionem quando dixit apostulis Mathei. ul. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris etc. Alii aũt dicũt ꝙ fuit institutus ab illo tempore quo xp̃s ipsũ sanctificauit. Sed ut dicit Dama. in. iiii. li. c. i. Xp̃s sanctificauit baptismum qñ fuit baptizatus. ergo tũc fuit institutus. Et glo. sup illud Luce. iii. Iesu baptisato etc. Baptizatus inquit est dominus mũdari nõ indigens sed tactu mũde carnis aquas mũdans ut uim habeãt abluẽdi. Sed Ric. in. iiii. dicit ꝙ xp̃s baptismi sacramentũ primo istituendũ insinuauit. Secũdo instituit. Tertio institutũ obseruari precepit. Primum fecit facto & uerbo. facto quãdo a Iohanne baptizatus fuit in quo baptismo insinuauit baptismum fore in aqua fiendum quia ipse in aqua baptizatus fuit & in nomine trinitatis inquantũ in suo baptismo apparuit persona patris in uoce & persona filii in carne & persona spũs sancti in colũbe spẽ. nec tunc aliq̃ uirtutem regenerandis contulit aquis nisi quod ex tunc ordinata fuit aqua ad hoc ut in ea institueret regenerationis sacramentum. Si tamen haberet illa aqua que corpus eius tetigit seruari deberet cũ maxĩa reuerentia ꝓpter mundissimam & sanctissimam carnem quam tetigit. Verbo etiam insinuauit Baptismum Quando Io. iii. dixit. Nicodemo. Nisi qs renatus fuerit ex aq̃ & spiritu sancto non põt introire in regnum dei. Secundo xp̃s baptismum instituit qd̃ fecit facto & uerbo. facto quando ut dicit Io. x. Baptizauit ꝑ discipulos suos qui de mandato eius baptizare ceperũt. Et ut dicit Nicolaus de lira sequẽdo Aug. primo ipse xp̃s baptizauit discipulos suos baptismo suo. s. aqua & spũ sancto qd̃ etiã ponit de cõse. di. iiii. c. Quando ab Hierosolimis &. c. Si eos. Deinde uerbo istituit quãdo misit discipulos suos binos ad predicãdum & baptizandum de qua missione habet Luce. x. Tertio xp̃s institutũ baptismũ obseruari precepit quando post resurrectionem dixit discipulis. Euntes etc. Sanctus uero Tho. in. iii. parte. q. lxvi. dicit. ꝙ baptismus institutus fuit ante passionem xp̃i sed necessitas utẽdi hoc sacramẽto indicta fuit post passionem & resurrectionem. tum quia in passiõe xp̃i terminata sunt figuralia sacramẽta quibus succedit baptismus & alia sacramenta noue legis. tum etiam quia per baptismum cõfigurator homo passioni & resurrectioni xp̃i inquantum moritur peccato & incipit nouam iustitie uitam. Et ideo oportuit xp̃m pati

post & resurgere q̃ hominibus indiceret necessitas se configurandi morti & resurrectioni. Et licet apostoli baptizassent ut dictũ est ante passionem xp̃i tamen secũdum Rich. adhuc non publicabant baptismũ ut necessarium ad salutem. Et lex non obligat quousq; sit promulgata. Secundo consideremus circa baptismum materie determinationem Est enim baptismi materia aqua ut ait Rich. & omnes doctores tam theologi q̃ canoniste cõprehendẽdo sub aqua ablutionem Que fit in ea. Et loquendo de baptismo secundum ꝙ distinguit a babtismo sanguinis & flaminis de quibus dicemus in sequenti mysterio. Ratio est Vgo. in li. de sacramentis quia omne sacramentum similitudinem quandam habet ad ipsam rem cuius est sacramentum. Aqua enim est represẽtatiua effectuum baptismi & ratione nature & ratione usus. Nam aqua est naturaliter frigida ratione cuius representat fomitis repressionem. Est etiam naturaliter humida humiditate apta ad abluẽdũ. ratiõe cuius represẽtata sordibus peccati purgationem. Est etiam naturaliter diaphana & clara ratione cuius representat gratie illuminationem. quia etiã quantũ ad usum est multũ utilis representat sacramentũ baptismi esse in effectu ualde utile. & quia est ad habendum ualde facilis representat sacramentum baptismi esse quantum ad obseruantiam facile & quia etiam quantum ad usum est multum cõis representat sacramentum baptismi quantũ ad necessitatem esse cõmune. Nec potest esse aliqua artificialis aqua materia baptismi sed naturalis tantũ quia baptismus institutus fuit sacramentũ necessitatis quãtũ ad omnes & ideo xp̃s ipsũ instituere uoluit nisi in aqua que faciliter posset haberi & communiter ab omnibus tam pauperibus q̃ diuitibus quod non est uerum de aliqua aqua nisi naturali. Et si diceret ꝙ ignis esset cõueniens materia baptismi quoniam secundũ Dionisiũ & Dama. habet uim illuminãdi. Et Io. baptista Math. iii. prenuncians xp̃i baptismũ dixit. Ille uos baptizabit in speritu sancto & igne. Respondet Tho. ꝙ ꝓpter rationes iam tactas aq̃ & non ignis est materia baptismi. Dictum uero Io. secundum expositionẽ Hiero. refert ad speritum sanctum qui super discipulos in liguis igneis apparuit ut dicitur Actuũ. ii. uel per ignem potest intelligi tribulatio ut Crisostimus dicit super Math. quia tribulatio pc̃ã purgat & cõcupiscẽtiã q̃re ignis accipit ibi metaphorice Quoniam autem ut superius cõmemorauimus materia propinqua

baptismi est ablutio in aqua. Unde baptizare i greco tantũ ualet quantum lauare in latino secundum illud Iudith.xii. Descendebat in uallem Betulie & Baptizabat se. Propterea apud nõnullos de immersione in aqua dubitatur utrum.s. sit necessaria. Et respondet Tho.in.iii.parte.q.lxvi.& Boñ.& Rich.in.iiii.di.iii. ꝙ q̃muis tutius sit baptizare per modum immersionis quia hoc habet communior usus potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis uel per modum effusionis secundũ illud Eze.xxxvi. Effundã super uos aquam mundam. sic apostoli baptizauerunt tria milia hominum una die non immergendo sed aspergendo. Et beatus Laurentius baptizauit Romanũ effundendo. Quãdo ergo immineret necessitas uel ꝓpter paucitatem aque uel ꝓpter debilitatem ministri qui non potest sustentare baptizandũ uel ꝓpter damnũ quod baptizãdus ex ĩmersiõe timeret & uerisimiliter dubitaret potest baptismus sine immersione celebrari quia licet ablutio aque sit de necessitate sacramenti motus tamẽ ablutionis per accidens se habet ad sacramentũ. Secundum uero Rich. Cum totũ corpus non posset ablui abluẽda est pars principalior ut caput & maxime facies quia in ea urgent sẽsus. unde credo ꝙ si caput pueri baptizaret̃ anteq̃ pars corporis exeat quod aliquando faciẽdum est ꝓpter periculum mortis puer baptizatus est. Si uero manus uel pes abluat̃ anteq̃ aliq̃ pars alia appareat uolũt aliqui dicere. ꝙ puer baptizatus esset quia anima est in qualibet parte corporis tota. Communius tamen tenet̃ ꝙ de lege cõi non esset baptizatus q̃uis forte diuina pietas in tali casu uicem suppleat baptismi. & ideo semper quando periculum mortis imminet abluẽdũ est illud de puero quod potest ablui siue sit paꝝ siue sit multum. hec Rich. Dubitatur adhuc a multis. An immersio effusio uel aspersio debeat esse una uel trina. Et respondent doc. superius nominati. ꝙ unitas uel multitudo immersionũ non est de substantia baptismi sed solum de bene esse. ideo utrumq; licite fieri potest.s. semel & ter immergere quia unica immersione significat̃ unitas mortis xp̃i & unitas diuinitatis. per trinam autem ĩmersionẽ significatur triduum sepulture xp̃i & etiam trinitas personarum Sed ut dicit Tho. diuersis ex causis secundũ ordinationem ecclesie quandoq; institutus est unus modus quãdoq; alius. quia enim a principio nascentis ecclesie quidam de trinitate male sentiebant xp̃m purum hominem estimantes nec filium dei dictũ secundũ ueritatẽ

nature sed tantū ꝓpter meritum eius quod fuit precipue in morte. Ideo non baptizabant in nomine trinitatis sed in configuratione mortis xpi & una immersione quod reprobatum fuit in primitiua ecclesia statutūq; ut baptizaret in nomine patris etc. & tūc imergendo sicut patet de conse. di. iiii. c. Postq̄ uos. & c. Si quis pbyter. & c. De trina. & c. Eo modo. & c. Multi. Postmodum uero inoleuit quorundā hereticorum & scismaticorū error qui secundū Aug. super Io. male sentiebant de unitate diuinitatis. ideo in detestationem erroris eorū fuit statutum in concilio Tholetano ut una fieret tantum immersio sicut habet de cōse. di. iiii. c. Propter uitandum. Sed cessante tali causa cōmuniter obseruat in baptismo trina immersio ut potest colligi extra de baptismo & eius effectu. c. i. Ideo grauiter peccaret aliter baptizās quasi ritum ecclesie nō obseruans nihilominus tamen esset baptismus. Occurrit autē ꝓpter dicta dubitare circa talem casum quidā existens super pontem nō potens habere aquam ad baptizandū puerū & uerisimiliter timēs eum cito moriturū intendens ꝓuidere saluti pueri ꝓicit eum in aqm cum intentione baptizandi ꝓferens uerba in quibus cōsistit debita forma postea puer euadit aliquo casu. uirum talis debeat reputari baptizatus. Et aliquibus uidet q sic quia ibi concurrunt debita forma debita materia & debita intentio. Rich. autem dis. iii. q̄ri tenet cōtrariū quoniā cum ꝓxima materia baptismi sit ablutio in aqua quod aqua abluit primo aqua coopit in toto uel in parte & postea discooperit. Vnde ꝓpter primū baptismus representat Xpi sepulturam & ꝓpter secundū resurrectionem. q̄uis autem puer in casu predicto per actum illius qui ipsum ꝓiecit in aquam imergat non tamē est actus ordinatus ex sui natura ad hoc ut puer abluat sed ad hoc ut submergat. Et ideo si aliquo casu puer extrahat de aqua puer esset baptizandus quoniā illa imersio q̄tum fuit ex sui natura non ordinabat ad eleuationem pueri de aqua sed ad submersionē. Tertio circa baptismū cōsideremus forme obseruationē. Est enī forma baptismi. Ego te baptizo in nomine. p. & f. & s. s. ut habet extra de baptismo. c. i. Et ut dicunt docto. Nulli licet mutare aliquid quantum ad illud quod est de essentia forme. & si mutat nihil agit & ultra hoc culpa incurrit. Si autem aliquid qd ptinet ad formā ex sola determiatiōe ecclesie mutat nihilominus est sacramentū sed culpa icurrit. Verū ab apostulis q baptizabāt

in nomine dñi Iesu ut habet Act. viii. c. Non fuit mutata forma quantum ad intellectũ quia in noĩe Christi tota trinitas intelligit sed solum quantum ad uocẽ. nec hoc ipsi potuissẽt nisi ex familiari concilio. s. s. Et hoc fuit ut dicit Tho. ut nomen Xp̄i quod erat odiosum iudeis & gentibus honorabile redderet. Nec potest dari baptismus. d. In nomine trinitatis nõ exprimendo personas nec in nomine unius persone non exprimendo alias. quoniam sacramẽta habent efficatiam ab institutione Xp̄i. & ideo si pretermittat aliqd eorum que Christus instituit circa aliqd sacramentũ efficatia caret nisi ex speciali dispensatione eius qui uirtutem suã sacramentis nõ allegauit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum inuocatiõe trinitatis. Et ideo quicquid desit ad inuocationẽ plenã trinitatis tollit integritatem baptismi nec obstat ꝙ i nomine unius persone intelligat alia sicut in nomine patris intellitur filius aut ꝙ ille qui nominat unam solam personã potest habere rectam fidem de tribus quia ad sacramentum sicut requirit materia sensibilis ita & forma sensibilis. Vnde nõ sufficit intellectus uel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti nisi sensibilibus uerbis trinitatis exp/mat. Vnde & in baptismo Xp̄i ubi fuit origo sanctificatio nostri baptismi affuit trinitas sensibilibus signis. s. pater in uoce. filius in humana natura. & s. s. in columba. Notandũ tamẽ ut inquit Tho. quando greci baptizant in nomine patris & filii & spũs sancti tñ dicũt baptizet seruus Christi & nõ ego te baptizo quod ipsi faciũt ad euitandum antiquorũ errorem qui uirtutem baptismi baptiste attribuebant. d. Ego sum Pauli ego Cephe. & nihilominus quia in illa forma exprimit actus exercitatus per ministrum cũ inuocatiõe plena trinitatis uerum perficit sacramentum quoniam ego nõ est de substantia forme sed ponit ad maiorem expressionẽ intentionis nec sufficit uerba corde cogitare nisi uocaliter exprimãt quia ut inquit Boñ. In uocali expressione uerborum significatur perfecta fidei ꝓfessio que cõsistit in uerbo & in corde. Significat etiam ꝙ regeneratio facta est per uerbũ incarnatũ qđ optime significatur per uerbũ uoce inductũ. Hinc Aug. ait. i. q. i. c. Detrahe Detrahe uerbum aqua quod erit nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum & fit sacramentũ. Vnde ista tanta uirtus aque ut corpus tangat & cor abluat nisi faciente uerbo? Et idem Aug. Baptismus inquit est tinctio in aqua uerbo uite sanctificata. Propter predicta ut

plenior habeat̃ cognitio de forma baptiſmi ſciendum eſt ſecúdum Rich.& Boñ. ꝙ forma poteſt uariari ſex modiſ Primo ſubtrahẽdo. Secundo addendo. Tertio interponendo. Quarto corrũpendo. Quinto uerbum ꝓ uerbo ponendo. Sexto tranſponendo. Primo uariat̃ forma ſubtrahẽdo. & quantũ ad hoc ſciendũ ꝙ ſi ſubtrahit̃ aliquid de eſſentia forme non remanet uirtuſ baptiſmi & quia iſta tota parſ In nomine. p. &. f. &. ſ. ſ. per quã exprimit̃ principaliſ baptizanſ & ſanctificat̃ elementũ eſt de eſſentia forme ideo ſi de hoc ſubtrahat̃ aliquid non remanet uirtuſ baptiſmi. In alia autẽ parte forme que eſt Ego te baptizo Sunt aliqua pertinentia ad eſſentiã forme. ſ. expreſſio actuſ baptizandi & perſone baptizate eo ꝙ in illa terminat̃ baptizandi actuſ. unde ſi aliqđ predictoꝝ ſubtrahat̃ non remanet uirtuſ baptiſmi. Expreſſio autem miniſtri nõ uidet̃ eſſe de eſſentia forme quam Chriſtuſ tradidit in baptiſmi inſtitutione quia a miniſtro baptiſmuſ non habet uirtutem. Scđo uariat̃ forma addendo. & ut ait Rich. circa hoc cõſideranda ſunt duo. unum ex parte addentiſ. aliud ex parte additi. Si enĩ addenſ illud quod addit intendit eſſe de eſſentia forme uolenſ baptizare ĩ alia forma ꝗ̃ baptizaret eccleſia tollit̃ uirtuſ baptiſmi ad quã req-rit̃ ꝙ baptizanſ intendat facere qđ facit eccleſia ſi etiam illud qđ additur eſt corruptiuum forme non remanet uirtuſ baptiſmi ut ſi poſtꝗ̃ dictum eſt &. ſ. ſ. addat̃ huiuſmodi determinatio creati uel minoriſ ꝗ̃ pater & filiuſ & huiuſmodi Si autem addenſ nõ intendat mutare ritum uel formam eccleſie & illud quod addit non eſt cor-ruptiuum forme non tollit̃ per hoc uirtuſ baptiſmi. Vnde ſi bap-tizanſ terminata forma Qua utitur Eccleſia ſuperaddit illud & beata uirgo adiuuet te aut aliquid conſimile uel ſi in principio forme addat nomen ꝓprium poſt hoc ꝓnomen ego dicendo. Ego Iohanneſ baptizo te etc. nõ tollit̃ uirtuſ baptiſmi. Tertio uariat̃ forma interponendo ſeu interrũpendo & circa hoc aduertendum ꝙ cum actuſ baptizandi ſit actuſ uniuſ ſi fiat interpoſitio taliſ que corrumpat unitatem actuſ & maxime ſi corrumpat continuitatem intentioniſ baptizantiſ non remanet uirtuſ baptiſmi Vnde ſi bap-tizanſ poſtꝗ̃m dixit. Ego te baptizo in nomine patriſ interponat unam longam narrationem uel uadat ad faciendũ aliqđ negotium & poſtea reuertat̃ & dicat & filii & ſpũſ. ſ. nõ eſt puer baptizatuſ. Si autem interpoſitio ſit modica ita. ſ. ꝙ nõ diſcõtinuet ĩtentionẽ

baptizātis neq; actuū scđm usū cōmunē & iterpositū nō sit forme
corruptiuū nō ꝓpter hoc impedit̄ uirtus baptismi. ūde si baptizās
postq̄ incepit actum tusciat uel dicat taceatis uel aliquid simile &
postea pficiat nō ꝓpter hoc īpedit̄ uirtus baptismi. Quarto uariat̄
forma corruppendo & tūc si corruptio uerborū sit talis ꝙ nō re/
maneat eadem significatio nec secundū institutionem prime impo.
sitionis nec secundū accomodationem usus impedit̄ uirtus baptismi.
Si autem sit talis ꝙ q̄uis non remaneat significatio secundū insti.
tutionē prime impositiōis remanet tamen secundū accomodationē
usus. Tūc si non fiat talis corruptio ex malitia uel dirisiōe sed ex
ignorātia uel defectu lingue nō ꝓpter hoc impedit̄ uirtus baptismi.
Vnde de conse. di. iiii. c. Retulerunt Zacharias papa Bonifacio
exemplo ita scribit. Retulerunt nuncii ꝙ fuerit in eadem ꝓuintia
sacerdos qui latinam linguam penitus ignorabat & dū baptizaret
nesciens loqui latine infringens linguā diceret. Baptizo te in noīe
patria & filia & spūssācta & per hoc tua reuerēda sanctitas cōsi/
derauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater si ille q baptizauit
non errorem inducens aut heresim sed ꝑ sola ignorantia ratione
locutiōis īfringēdo linguā ut diximus supa hoc baptizans dixisset
non possumus consentire ut denuo baptizaret̄. Quinto uariatur
forma uerbum ꝑ uerbo ponendo. & tunc si accipiat̄ uerbum pro
sua materia que est uox ponere uerbū ꝑ nerbo non impedit uir/
tutem baptismi quia in qualibet lingua licitum est baptisare q̄uis
male faceret latinus si baptizaret ī līgua greca uel hebrea nisi ex
aliquo casu impitiam lingue latine incurrisset & in linguis aliis eēt
picus. Si autem accipiatur uerbum ꝑ sua materia & forma simul
uel sua forma tantū cū forma uerbi sit significatio ponere uerbū
ꝑ uerbo existenti de essentia forme impedit uirtutem baptismi qa
talis mutatio corrumpit formā. Vnde si diceret̄. In noīe genitoris
& geniti non esset baptismus eo ꝙ per nomen patris & nomen filii
significant̄ ipse persōe principaliter. per genitorē autē & genitum
significant̄ actus notionales. Sexto uariat̄ forma transponendo
& tunc si fiat talis transpositio que mutet sensum orationis quam
habet ex ui ordinis uerborum impedit̄ uirtus baptismi ut si dicat̄.
Ego patris & filii baptizo te in nomine sperituſ sancti quia ex ui
istius ordinis uerborum sensus est. Ego qui sum patris & filii etc.
Et hoc quod dico in nomine nō accipit̄ nisi respectu spūs sancti.

Si autem trāſpoſitio nō mutat ſignificationē orationiſ quā habet ex ui ordiniſ uerborū tunc dico ꝙ ſi non fiat ex malicia ſed ignorantia non impedit uirtuſ baptiſmi. Si autē fiat ex malicia īpedit ꝑpter defectum intentioniſ in baptizante.

Qualiter oēſ tenent baptizari de neceſſitate & de poteſtate baptiſmatiſ ac de cōditionibuſ que ſeruari debēt ī baptiſmo. Capitulum. ſecundum.

Ecundū miſteriū de baptiſmo declarandū dicit obligatiōiſ in quo tria adhuc habemuſ nō inmerito exquirere & cōſiderare ad hoc ut pſ iſta delucidior appareat. Primo cōſiderabimuſ poteſtatem. Secundo neceſſitatem. Tertio qualitatem. Primo cōſideremuſ baptiſmi poteſtatem quiſ. ſ. poteſtaē habeat baptizandi & circa hoc quandoq; dubia ſolent emergere. Primum utrum ad diaconum pertineat baptizare. Et arguunt quidam ꝙ ſic. Primo quia ſimul iniungit a domino officium baptizandi & predicandi ſecundum illud Math. ultimo Euntes docete etc. Sed ad offitium diaconi pertinet euangelizare ergo uidet ꝙ etiā ad officiū diaconi pertineat baptizare. Secundo arguunt quia beatuſ Laurentiuſ cū eēt diaconuſ pluresſ baptizauit. Sed cōtra eſt qd̄. d. c. Gelaſiuſ papa. lxxxxiii. d. in. c. Diaconeſ. ubi ait. Diaconeſ ꝓpriam cōſtituimuſ obſeruare menſuram nec ultra tenorem paterniſ canōibuſ deputatam quippiā temptare permittimuſ Et ī ſra Abſq; epiſcopo uel preſbytero baptizare nō audeant nec predictiſ ordinibuſ fortaſſe longiuſ conſtitutiſ neceſſitaſ extrema compellat. Ad idem eſt tex. de conſe. di. iiii. in. c. Conſtat. Pro ſolutione ergo preſentiſ dubii. Reſpondet Tho. iii. parte. q. lxvii. ꝙ ſicut celeſtium ordinum ꝓprieta eī & eorum officia ex eorum nōibuſ accipiunt ut dicit dioniſiuſ in li. de cele. Hier. ita etiā ex nōibuſ eccleſiaſticorū ordinum accipi poteſt quod ad unumquemq; pertineat ordinem. Dicunt autem diaconeſ quaſi miniſtri quia ad eoſ nō ꝑtinet aliqd̄ ſacramentum principaliter & quaſi ex ꝓprio offitio prebetur ſed miniſterium adhibere aliſ maioribuſ in ſacramentorū exhibitione ſicut habetur. lxxxxiii. di. in. c. Diaconi. in. c. Non oportet. & in alio. c. Diaconi. & in. c. Legimuſ. & in. c. Dominuſ. Quare ad diaconum non pertinet quaſi ex ꝓprio offitio tradere ſacramentū baptiſmi ſed in collatione huiuſ ſacramenti & aliorum aſſiſtere & miniſtrare maioribuſ. Hic Iſidoruſ li. ii. de officiiſ ait. Ad diaconū

pertinet assistere & ministrare maioribus sacerdotibus in omnibus que aguntur in sacramentis Christi in baptismo .s. in chrismate in patena & calice. Ad primū ergo dicendum φ ad diaconū pertinet recitare euangelium in ecclesia & predicare ipsum postmodum ca/thetizandis. Vnde & Dionisius dicit φ diaconi habent officiū sup inmundos inter quos ponit cathecuminos. sed docere .i. exponere euangelium pertinet ꝓprie ad episcupū. Vnde non sequit̃ φ ad diacones pertineat officium baptizandi. Beatus uero Laurentius baptizauit necessitatis causa. Secundum dubiū est utrū baptizare sit officiū presbyterorū. Et respondet Tho. φ sic eo φ sacerdotes ad hoc consecrant̃ ut sacramentū corporis Christi cōficiant. Illud autē est sacramentū ecclesie unitatis. Per baptismum autē aliquis fit particeps ecclesie unitatis quia ianua est & fundamentū aliorū sacramentorū ut dicit̃. de conse. di. iiii. c. Cum itaq;. Vnde & bap/tizatus accipit ius accedendi ad mensam domini quia sine baptismo alia sacramenta conferri non possunt ut habet̃ .i. q. i. c. Si quis ꝑ ignorantiā. Ideo sicut ad sacerdotē ptinet consecrare eucharistiā ad quod principaliter ordinat̃ sacerdotium ita ad ꝓprium officiū sacerdotis pertinet baptizare. Eiusdem enim uidet̃ esse operari totū & partem in toto disponere. Et si diceret̃ φ solum episcoporū est baptizare qa ipsorū est docere ut dicit Dionisius in li. ecclesiastice Hierar. Respondet Tho. φ officiū docendi & baptizādi dominus apostulis iniuxit quorū uicē gerunt episcopi aliter tamē & aliter. Nam officiū docendi cōmisit eis Xp̄s ut ipsi per se illud exercerēt tamq̄m principalissimum. Vnde & ipsi apostoli dixerunt Act. vi. Non est equū nos derelinquere uerbum dei & ministrare mēsis. Offitium autē baptizādi cōmisit apostolis ut per alios exercendū Vnde .i. cor. i. dicit apostolus. Nō enim misit me Xp̄s baptizare sed euāgelizare & hoc ideo quia in baptizādo nihil opat̃ meritū. & sacramenti minister sicut in docēdo nec tamen per hoc excludit̃ quando episcopi possint baptisare. Nā & apostolus dicit se quosdā baptizasse in epistola ubi supra. Tertium dubiū. utrū laicus possit baptizare. Et respondet̃ φ ad misericordiam eius qui uult omnes homines saluos fieri pertinet ut in his que sūt de necessitate salutis homo de facili remedium inueniat. Inter omnia aūt alia sacramēta maxime necessitatis ē baptismus qui est regeneratio hoīs in uitam spiritualem quia pueris aliter subuenire nō potest & adulti nō pñt

aliter q̃ per baptismum plenam remissionem consequi & quantum ad culpam & q̃tum ad penam Et ideo ut homo circa remediũ tam necessarium defectuum pati non possit institutũ est ut est laycus imminente necessitate baptizare possit ut habet̃ de cõse. di. iiii. c. Constat. &. c. In necessitate non debet tamen laycus facere illa sacramentalia baptismi que faciunt sacerdotes que pertinẽt ad solemnitatẽ non autẽ ad necessitatẽ baptismi & ideo solũ a sacerdote fieri dñc cuius est solemniter celebrare. Quartum dubiũ est utrum mulier possit baptizare. Et respõdet Tho. ꝙ sicut nec laicus debet baptizare presẽte clerico nec clericus presente sacerdote ita & femina non debet baptizare non solum presente clerico uel sacerdote sed nec etiã presente uiro siue masculo. In necessitatis tamen articulo potest absq; solemnitate baptizare ut habetur de conse. di. iiii. c. Mulier. Quintum dubiũ est utrũ ille qui nõ est baptizatus possit baptizare Respondet Tho. ꝙ per ecclesiã determinatũ est ꝙ nõ baptizati siue sint iudei siue pagani possunt baptismi sacramẽtum conferre dummodo in forma ecclesie baptizent ut patet de conse. di. iiii. in. c. Romanus põtife . & in. c. A quodam. Si autem forma ecclesie non fuerit obseruata sacramẽtũ baptismi non confertur & sic intelligẽdũ est illud Greg. secũdi in. c. Quos a paganis de cõse. di. iiii. Quos a paganis baptizatos asseruisti. s. ecclesie forma non obseruata ut denuo baptizes in nõie trinitatis mãdamus. Notãdũ autẽ ꝙ si talis baptismus a pagano siue infideli suscipit̃ necessitate urgente debite fit. Si uero extra articulum necessitatis hoc fieret uterq; grauiter peccaret. s. baptizans & baptizatus & per hoc impediret̃ baptismi effectus licet non tolleret̃ ipsum sacramentum & si diceret̃ quomodo ille qui non est baptizatus cũ non sit minister ecclesie potest baptizare Respondet̃ ꝙ ille qui nõ est baptizatus ꝗuis non pertineat ad ecclesiã uel sacramẽto potest tamen ad eam pertinere intentione & similitudine actus inq̃tũ. s. intendit facere qđ facit ecclesia & formã ecclesie seruat in baptizando & sic opat̃ tãtum exterius ut minister Christi qui interius baptizat ut notat̃ de cõse. di. iiii. c. Sic inter bonos &. c. Baptismus &. c. Cũ baptizat. Secundo consideremus baptismi necessitatẽ & circa hoc. v. adhuc dubia sũt aperienda. Primo utrum omnes teneant̃ ad susceptionẽ baptismi Et respondet ꝙ post diuulgationem institutionis eius oẽs tenent̃ baptizari. Vnde Aug. de fide ad Petrum dicit illud quod

ſcribit̃.xv.q.i.in.c. Velis firmiſſime. Firmiſſime tene & nullatenus dubites exceptis illis qui p Xpi noie ſuo ſanguine baptizant̃ nullū hominū accepturū uitā eternā qui nō hic amabilis ſuis fuerit per penitentiā fideq; cōuerſus & p ſacramentū fidei & penitẽtie.i. per baptiſmum liberatus. Et Cris.idem dicit in ſententia de conſe. di.iiii.c. Non poteſt Tante autem dignitatis eſt baptiſmus q etiā ſanctificati in utero debent baptizari ut inq ait Bonā.iiii.di.vi. & hoc triplice ratione Prima ratio eſt pp̃ter bonū obedientie q a deus precepit ut omnes renaſcant̃ aq̃. Secunda eſt pp̃ter hūilitatē quia unuſquiſq; debet ſe reputare peccatorem. & indigere Christi redemptione. Tertia ratio eſt pp̃ter unitatem ut ab aliis membris Christi homo non diſcordet. Secundū dubiū utrum ſine baptiſmo poſſet quis ſaluari. Et respondet Tho.q ſacramentum baptiſmi dupliciter poteſt alicui deeſſe. Vnomō & re & uoto qđ contingit illis qui nec baptizant̃ nec baptizari uolunt qđ manifeſte ad contemptū ſacramenti pertinet quātum ad illos qui habent uſū liberi arbitrii & tales ſalutem conſequi non poſſunt. Alio modo poteſt ſacramentū baptiſmi alicui deeſſe re ſed nō uoto ſicut cum aliquis deſiderat baptizari ſed aliquo caſu preueniẽt morte āteq̃ baptiſmū ſuſcipiat. talis aūt ſine baptiſmo actuali ſalutem conſequi poteſt. Vnde Ambroſius dicit de Valentiniano qui catecuminus mortuus fuit quem regeneraturus eram amiſi Verūtamen ille gratiam quā popoſcit nō amiſit. Et de hoc Aug. de cōſe. di.iiii.in.c. Baptiſmi. ita ait. Baptiſmi uicem aliquādo implere paſſionem de latrone illo cui non baptizato dictū eſt. Hodie mecū eris in paradiſo. Beatus Ciprianus nō leue ſacramentum aſſumit q etiā atq; etiā cōſiderās inuenio non tantum paſſionem p nomine Christi id qđ baptiſmo deerat poſſe ſupplere ſed etiam fidem & conuerſionē cordis ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiis tempoꝝ ſuccurri non poteſt hec ibi. Cui conſonat notabile dictum Inno.tertii in.c. Apoſtolicam extra de priſbytero nō baptizato. Propter iſta autē magiſter ſententiarū ceteriq; theologi diſtinguūt tria baptiſmata. Primum uocant flaminis ſ. ſpiritus ſancti quo baptizant̃ hi qui baptizari uellent ut dictum eſt & non poſſūt. Secundum uocant baptiſmū fluminis.i. aque de quo loqmur. Tertiū dicūt baptiſmū ſanguinis cum quis non ualens baptizari aqua patit̃ p fide Xpi & morit̃ p cōfeſſiōe eius cui ianua celi apit̃ ut dicit̃ de cōſe.di.iiii.c. Catecuminū Et ſi obiceret̃ q non eſt niſi unum baptiſma iuxta

illud apostoli. Eph. iiii. Vnus deus una fides unum baptisma. respondet Tho. q tria baptismata predicta unũ dici possunt ꝓpter unitatem spũs sancti a quo habent uirtutem & gratiam uel põt dici q unũ est baptisma sacramentũ. s. fluminis seu aque. alia uero duo licet conferant salutem tamen non sunt sacramentum ut dicit Boñ in quarto di. iiii. Tertium dubiũ utrũ baptismus sit differẽdus uel accelerandus Et respondet Tho. q circa hoc est distinguẽdum de baptizãdis. Nam aut sũt pueri aut adulti. si sint pueri non est differendum baptisma. Primo qdẽ quia nõ expectat in eis maior instructio aut plenior conuersio. Secundo ꝓpter periculũ mortis Quia eis non potest alio remedio subueniri nisi per sacramentum baptismi quibus baptismus ꝓdest ꝓpter fidem offerentiũ & ecclesie ut dicit Aug. de conse. di. iiii. c. Illud ꝑscrutari. Et Isidorus ibidẽ in. c. Paruuli. Si aũt argueret q actus actiuorũ sunt in patiẽte & disposito secundũ Ar. in. ii. de anima. sed in puulis nulla ꝑ cessit dispositio ad susceptionẽ effectus baptismi. ergo baptismus nõ põt causare suũ effectũ in paruulis. Respondet Rich. q illa ꝓpositio debet intelligi de actiuo limitate uirtutis. Deus autem a quo sunt principaliter effectus baptismi agẽs est ĩfinite uirtutis minor etiã argumẽti realiter intellecta falsa est quia fides ecclesie aliquo mõ ad susceptionem baptismi disponit. quare pueri q̃tocitius cõmode fieri potest sunt baptizandi. Si uero de adultis loqmur quibus subuenire potest per baptismi desideriũ ut supra dictũ est tũc eis ut ait Tho. non statim conuertunt est sacramentũ baptismi conferendũ. Sed oportet differre usq ad aliqd certum tempus. Primo quidem ꝓpter cautelã ecclesie ne decipiat cõferẽs sacramẽtũ a credẽtibus ficti. Vnde de cõse. di. iiii. in. c. Iudei. dicit Iudei quorũ perfidea frequẽter ad uomitũ redit si ad leges catholicas uenire uoluerit. viii. meñses inter catecuminos ecclesie limẽ introeãt. & pura fide uenire noscunt hãc demũ baptismi gratiã mereant. Secũda ratio dilatiõis est utilitas eorũ qui baptizant qui aliquo temporis spatio indigẽt ad hoc q plene instruant de fide & exercitent in his que ptinent ad xpianã uitam. Tertia ratio est sacramenti reuerentia ob quã antiquitus adulti baptizabant in duabus precipuis solẽnitatibus pasca. s. & pent. ut habet de conse. di. iiii. c. De cathecuminis. & c. Duo tempora. & c. Venerabilis. Post tamẽ omitti dilatio ꝑdicta aut ꝓpter necessitatem puta cum aliquis baptizari cupiens esset in articulo mortis persecutionis & naufragii ut expresse habetur de

cõſe.di.iiii.in.c. Hi q Aut qñ illi q ſũt baptizãdi apparẽt ꝑfecte
ĩſtructi in fide & ad baptiſmũ idonei ſicut Phi. ſtatim baptizauit
Eunuchũ ut habet᷑ Act.viii.c. Et Petruſ Corneliũ & eoſ qui cũ
ĩpo erãt Act.xi. Quartũ dubiũ utꝝ pctõreſ ad baptiſmũ accedẽteſ
teneãt᷑ ſua peccata cõfiteri. Reſpõdet Tho. ꝙ duplex eſt pctorũ
cõfeſſio. una que fit interiuſ deo & hec reqrit᷑ ante baptiſmũ ut.ſ.
homo pctã ſua recogitãſ de eiſ doleat. Nõ enĩ põt ĩchoare nouã
uitã niſi eum peniteat ueteriſ uite ut Aug. dicit in li. de pnĩa. Alia
uero eſt cõfeſſio pctõꝝ exterior que fit ſacerdoti & taliſ confeſſio
nõ reqrit᷑ ante baptiſmũ. Primo qdẽ qa taliſ cõfeſſio cũ reſpiciat
ꝑſonam miniſtri ptinet ad pnĩe ſacramentũ qd᷑ nõ requirit᷑ ante
baptiſmũ qa ẽ ianua oĩm ſacramẽtoꝝ. Scd̃o quia cõfeſſio exterior
que fit ſacerdoti ordinat᷑ ad hoc ꝙ ſacerdoſ confitentẽ abſoluat a
peccatiſ & liget ad opa ſatiſfactoria que babtizatiſ non ſũt ĩpo/
nẽda ſcd̃m illud Ambro. in glo. Ro. xi. Gratia dei ĩ baptiſmo nõ
reqrit gemitũ neq planctũ uel etiã opuſ aliqd᷑ ſed ſolã fidẽ & oĩa
gratiſ cõdonat. que uerba notãt᷑ de cõſe. di. iiii. in. c. Sine pnĩa.
Baptizati etiã nõ ĩdigẽt remiſſiõe peccatoꝝ ꝑ claueſ eccleſie qbuſ
omnia remittũt᷑ ꝑ baptiſmũ. Sufficit ergo hiſ q baptizãt᷑ cõfeſſio
generaliſ quã faciunt ſcd̃m ritũ eccleſie abrenũciãteſ Sathane &
omnibuſ opibuſ eiuſ. Si tñ ex ſua deuotiõe uellẽt cõfiteri audiẽdi
ſunt nõ ad hoc ꝙ ſatiſfactio eiſ ĩponat᷑ ſed ut cõtra pctã cõſueta
eiſ ſpũaliſ uite ĩformatio tradat᷑. Quintũ dubiũ utꝝ pueri iudeorũ
& ĩfideliũ ſint ĩuitiſ parẽtibuſ baptizãdi. Et rñdet᷑ ſecundũ ſniam
Ric. di. lxiiii. & Tho. xxii. q. x. & iii. pte. q. lxviii. ꝙ filii ĩfide/
liũ aut hñt uſũ rõiſ & annoſ diſcretiõiſ aut non. ſi ſic qm̃ q̃tũ ad ea
que ſunt iuriſ diui uel naturaliſ ĩcipiũt ſuo poteſtatiſ eſſe lõ ꝓpria
uolũtate inuitiſ parẽtibuſ baptizari pñt. Si uero nundũ hñt uſum
liberi arbitrii baptizari nõ debẽt qm̃ nũq̃ hoc fecit eccleſia & hoc
duplici ratiõe una qdẽ eſt ꝓpter ꝑiculũ fidei ſi enĩ pueri nũdũ uſũ
rõniſ habẽteſ baptiſmũ ſuſciꝑent poſtmodũ cum ad ꝑfectã etatẽ
ꝑuenirẽt de facili poſſẽt a ꝑentibuſ ĩduci ut relinquerẽt qd᷑ ignorã/
ter ſuſcepũt qd᷑ uergeret ĩ fidei detrimẽtũ. Alia rõ ẽ qa repugnãt
iuſtitie naturali. filiuſ enĩ ẽ aliqd᷑ patriſ & ꝓmo qdẽ a ꝑentibuſ nõ
diſtinguit᷑ ſcd̃m corpuſ q̃diu in matriſ utero continet᷑. Poſtmodũ
uero poſtq̃ a matriſ utero egredit᷑ anq̃ hẽat uſũ liberi arbitrii cõ/
tinet᷑ ſub ꝑentũ cura ſicut ſub quodã ſpũali utero. Quod diu enim
uſũ rõniſ nõ habet puer nõ differt ab aĩali irrõnali. Vñ ſicut boſ

uel equus alicuius est ut utat̃ eo cũ uoluerit sicut ꝓpͦ instrumẽto secundũ iura ciuilia ita de iure naturali est ꝙ filius anq̃ hẽat usum rõis sit sub cura patris. q̃re inuitis pẽtibus ñ debet filius baptisma dari Ipi etiã ĩfideles adulti nullo mõ coacti sũt baptizãdi ut dicit̃. xlv. di. c. De iudeis qa ut ibi hẽt̃ tales nõ sũt inuiti saluãdi sed uolẽtes ut integra sit forma iustitie. Sicut enim ꝓpͥ arbitrii uoluntate hõ serpẽti obediens piit sic uocãte se gratia dei ꝓpria mẽtis cõuersiõe qsq̃ credendo saluat̃. Notãdũ tñ scd'm Ric. sequẽdo sñiam Inno. tertii. i. c. Maiores extra de baptisõ & eius effectu ꝙ aliqs põt cogi ad baptismũ suscipiẽdũ duplici coactiõe. Prima ẽ coactio absoluta qñ qs baptizet̃ iuitus & penitus cõtradicẽs q licet abluat̃ exterius & baptizet̃ scd'm debitã formã tñ nec rem nec caracterẽ suscipit sacramẽti. Secũda ẽ coactio cõditionalis qñ qs terroribus atq̃ sup/plicius uiolenter attrahit̃ & ne detrimentũ ĩcurrat baptismi suscipit sacramentũ talis sicut & is q ficte ad baptismũ accedit caracterem suscipit xp̃ianitatis ĩpressũ & ipe tãq̃ cõdicionaliter uolẽs licet ab/solute nõ uelit cogẽdus est ad obseruantiã fidei christiane. Tertio cõsideremus baptismi q̃litatẽ. Debet namq̃ baptismus cõferri qñ a ministris ecclesie dat̃ cũ. v. cõdiciõibus. Prima dicit̃ unitatis. Scd'a similitatis. Tertia modalitatis. Quarta paternitatis. Quinta sacra/mẽtalis solẽĩtatis. Pria cõditio que obseruari debet ĩ baptismo dicit̃ unitas. nã unus debet baptizare & nõ plures qm̃ si plures baptiza/rẽt aut dicerẽt. nos te baptizamus. & hoc nõ eẽt cõueniẽs qm̃ hõ nõ baptizat nisi ut minister Xp̃i & uicẽ eius gerẽs. Vnde unus ẽ xp̃s ita oportet unũ eẽ ministꝝ q Xp̃m repñtet. & iõ cõtraria ĩtentio uidet̃ excludere baptismi sacramẽtũ Aut plures baptizarẽt unus/qsq̃ diceret ego te baptizo & sic qlibet exp̃meret suã ĩtentionẽ ꝙ ipe singulariter baptismũ cõferret. & tũc manifestũ est ꝙ ille qui prius uerba pferret daret baptismi sacramẽtũ. Alius uero q̃cũq̃ ius baptizãdi haberet si uerba pnũtiare p̃sumeret esset puniẽdus tãq̃ rebaptizat̃. Si aũt oĩo simul uerba pferrẽt aut hoĩem ĩmergerẽt uel aspergerẽt eẽnt puniendi de ĩordinato mõ baptizãdi & nõ de iteratiõe baptismi qa qlibet q̃tũ ĩ se baptizaret nec traderet aliud & aliud sacramẽtũ. Sed Xp̃s q est unus ĩterius baptizans unũ sa/cramẽtũ p omnes cõferret. Si aũt quereret̃ an possit unus plures simul baptizare. dicẽdũ ꝙ ĩ casu necessitatis sic sub hac forma. Ego uos baptizo etc. nec p hoc diuersificaret̃ forma ecclesie qa plurale nõ est nisi singulare geminatũ p̃sertim cũ pluraliter dicat̃ Math.

ultimo. Baptizātes eos etc. hec Tho. Scd̄a cōditio que in baptismo cōferendo reqrit̄ dicit̄ simultas ut. s. simul sint uerba ꝓlata cū ipa ablutiōe. Dicit tñ Ric. di. iii. q̄rti ꝙ uerba & ablutionē simul esse pōt intelligi tripliciter. aut ꝑ realē exñciā unius ī alio aut ꝑ eorū coexñciā in ītentiōe. aut ī tēpore. Simultas scd̄m modū ꝑmū nō reqrit̄ qa nec possibilis est eo ꝙ uerba nō sūt nata eē ī ablutiōe nec ecōuerso. simultas mō scd̄o reqrit̄ de necessitate explicite inq̄tum necessariū est ꝙ abluēs & uerba ꝓferēs intēdat circa baptizādum facere qd̄ facit ecclesia. simultas aūt tertio mō aliquo mō reqrit̄ de necessitate & aliquo mō non. Necessariū. n. est ꝙ baptizās sic abluat & uerba ꝓferat qd̄ scd̄m coēm usū illa duo uideant̄ ptinere ad actū unū qd̄ nō eēt uerū si in mane ablueret & in sero uerba ꝓferret uel ecōuerso nō est tamen necessariū ꝙ simul pūctualiter utrūq; īcipiat & termiet sed sufficit ꝙ ꝓlatio uerboꝝ īcipiat anteq̄ ablutio terminet̄ uel ecōuerso. debet tamen baptizans illa facere simul q̄tomagis pōt bono modo. Tertia cōditio que in baptismo est seruanda dicit̄ modalitas. Nā ut inqt Ric. & Boñ. Sacerdos debet pueꝝ tenere ꝑ latera & uersa facie ad aq̄ debet īmergere q̄re autē magis faciē ad aq̄ & nō ad celū baptizādus tenet̄ debet eē in signū hūilitatis & reuerētie. Quarta cōditio que ī baptismo seruāda est dicit̄ paternitatis. Debet nāq; aliqs adesse qui baptizādū leuet de sacro fonte. ut Dionisius dicit in li. de ecclesie. hierar. Rō est scd̄m Tho qa spūalis regeneratio que fit ꝑ baptismū assimilat̄ quodāmō generationi carnali. Vnde dicit̄ prima Petri. ii. Sicut mō geniti infantes rōnabiles sine dolo lac cōcupiscite. In generatione autem carnali puulus nuꝑ natus īdiget nutrice & pedagogo. Vnde etiā in spūali generatiōe baptismi reqrit̄ aliqs q fūgat̄ uice nutricis & pedagogi īstruendo eū q est nouitius in fide de his que ptinent ad uitam xpianā Ad qd̄ ꝓlati uacare non pñt circa oēm curā populi occupati & debet eē unus q leuat de sacro fonte ut dicit̄ de cōse. di. iiii. c. Nō plures. Si tñ plures eēnt cū oībus cōtrahit̄ cognatio spūalis ut habet̄ extra de cognitiōe spūali. c. Quāuis li. vi. & qui leuat etiā debet eē secularis nō religiosus aut monachus ut dicit̄ de cōse. di. iiii. Nō licet &. c. Monachi. Debet etiā eē fidelis ñ īfidelis ut patet de cōse. di. iiii. c. In baptismate. Rō est scd̄m Tho. quia īfidelis nō est mēbꝝ ecclesie cuius ꝑsonā gerit tenens ad sacramēta. Et si de facto siue in necessitate leuat uel tenet seu baptizat non cōtrahit aliq̄ cognationē spūalē. q aūt leuat de sacro fonte aliquē

eius pater spūalis dicit ut patet. xxx. q. i. c. Ad limia. i. §. Filia. & in. c. Oēs. & i. q. iii. in. c. Ita ubi dicit. Ita diligere debet homo eū q se suscepit de sacro fōte sicut patrē. & de cōse. di. iiii. i. c. Vos añ oīa de hoc Aug. ita loqt. Vos āte oīa tam uiros q̄ mulieres q filios in baptismo suscepistis moneo ut uos cognoscatis fideiussores apd̄ deū extitisse p illis quos uisi estis de sacro fōte suscipe ideo eos semper admonete ut castitatē custodiāt iustitiā diligant charitatē teneāt. Dicit tñ Tho. q patres spūles moderno tēpore ad hoc nō ita stricte obligant̄ quia ut plurimū hi q baptizant̄ parētes habēt Xp̄ianos de qbus p̄sumendū est q suos filios diligēter instruant. Si tamē quocūq mō secus eēt cōtrariū tenēt̄ scd̄m suū modū saluti spūaliū filioꝝ curā īpēdere. Sed non licet effari quot mala quot fraudes quo tue lenocīa sub noīe cōpaternitatis fiāt. Taceo illa ne scandalizet̄ hi q deū timētes dū cōpatres fiūt sacramētū baptismi fideliter reuerēter. Vnusqsq iudicet seipm & uideat si qs ille est q cōpaternitatis iura fidemq polluat & q̄ graue nefandumq scelus cōmittat. Quinta cōditio que in baptismo seruari debet dicit̄ sacramētaliū solēnitas. Nā ut inqt Tho. Licet sacramentalia nō sint de substantia sacramēti sūt tamē ad bene ad excitandū deuotionē fideliū & reuerentiā ad sacramentū. Scd̄m uero Bon̄. di. vi. q̄rti. Ordo eoꝝ que sūt ad solemnitatē sacramēti baptismi scd̄m cōmunē ecclesie cōsuetudinem hic est. Primo exufflat̄ & hoc fit ut uirtus diaboli exterior expellat̄ & iterior expellēda significet̄ sicut patet ex dictis Rabāi de istitutiōe clericoꝝ Et Aug. i li. de symbolo de cōse. di. iiii. c. Postq̄ & c. Sicut nostis. Scd̄o signū crucis fit in pectore & in frōte ut demō cognoscat se pellendū tam in occulto cordis q̄m in apto cōfessiōis Rabanus aūt ubi supa & in. c. Postea dicit. Postea signat̄ baptizādus signaculo sācte crucis tā in frōte q̄ in corde ut ab eo tempore apostota diabolus in suo uase p̄stino sue interēptionis cognoscēs signaculū tam sibi de incepsilud sciat esse alienū Tertio sal in ore ponit̄ ut seqt̄ Rabanus in. c. Ex hic. ut per sal typicū sapie sale cōditus fetore careat iiqtatis ne a uermibus peccatoꝝ ultra putrefiat. sed magis illesus seruet̄ ad maiorem gratiā pcipiendā. Significat ergo sal q p baptismū sapiētie sapor pparat̄ & fetor fomitis restrigit̄. Quarto fit linitio auriū & nariū cū sputo & de hoc dicit Rabanus ubi supra in. c. Postea. Postea tāgūt̄ ei nares & aures saliua & dicit̄ et uerbū euāgelicū q̄d Iesus quādo surdū & mutū sanauit tāgēs cū sputo linguā eius & mittens

digitos in auriculã eius dixit. Effeta qđ est adaprire. hoc. n. sacramentũ hic agit ut p saliuã tipicã & sacerdotis tactum sapientia & uirtus diuina salutẽ eiusdẽ catecumini opet ut apiant ei nares ad accipiẽdũ odorẽ notitie dei ut apiant ei aures ad audiẽdũ mãdata dei. Quinto fit unctio in pectore & spatulis ut significet gratia unctiõis ad deũ amandũ & ad bona opa faciẽdũ. de quo etiã loqt Rabanus in. c. Deiñ. Sexto post baptismũ fit unctio chrismatis in uertice ut dicit ibidẽ Rabanus in. c. Postq̃ ue Xp̃i regni baptizatus pticeps fiat ut a Xp̃o Xp̃ianus uocari possit & talis ũctio fit in capite quia ut inqt Ambrosius in li. de sacramentis. Sapiẽtis sensus in capite eius. p caput ergo scd̃m Boñ. anima designat que per baptismũ ĩputribilis reddit ad cõtẽplandũ eterna Chrisma. n. cõfectũ est ex oleo lucẽte & balsamo cõseruãte. Septimo baptizatus uestit uestimẽto cãdido de quo Rabanus in. c. Post baptismũ inqt. Post baptismũ tradit xp̃iano uestis cãdida que significat ĩnocentiã & puritatẽ Christianã quã post ablatas ueteres maculas studio sancte cõuersatiõis ĩmaculatã seruare debet ad repñtandũ ante tribunal Christi. Ambrosius uero in. c. Accepisti sic ait Accepisti post baptismum uestimẽta candida ut esset indiciũ q̃ exueris uolũtatẽ pctõꝝ & indueris ĩnocẽtie caste uelamina. Neq̃ pp̃terea tenendũ ut ait Tho. q̃ nõ liceat xp̃ianis aliis uestibus uti quoniam uestis illa ut dictũ est dat p̃tũc ĩ mysterio spiritualis significatiõis. Vltimo ponit cereus ĩ manibus ut sit lucerna pedibus eius uerbũ domini & lumẽ semitis eius. Debẽt ergo cũ necessitas nõ cõtradicit sacramẽta p̃dicta deuote celebrari cũ aliquis baptizat quoꝝ etiã nõ ĩmemores esse debent hi qui sũt baptizati Recordare o anima Xp̃iana q̃liter in sacro fonte diabolo abrenuncians Iesu Christi membꝝ effecta es. Recordare queadmodũ in baptismo gratia tibi concessa est ut secundum uirtutem & uoluntatẽ dei uiuere posses. Recordare insup q̃o in baptismo uiam ingressa es eterne salutis. Noli o infelix peccatrix tantoꝝ bñficiorũ oblita diabolo cõsẽtare Noli opera bona negligere. noli uiam paradisi deserere. sed curre post Xp̃m in odorẽ unguentoꝝ illius cuius nomen est oleũ effusũ a quo Xp̃o xp̃iani dicuntur ut dicit extra de sacra unctione. C. Cum uenisset.

Quod per baptismũ delet culpa. remittit pena & confertur gratia. Capitulũ. iii.

Ertiũ mysteriũ declarandũ de baptismo dicit fructificatio

in quo de fructibus siue effectibus baptismi libet dicere. Et notan pñt tres ꝓncipales effectus. Primus dicit̄ deletio culpe. Secundus remissio pene. Tertius collatio gratie. Primus effectus baptismi dicit̄ deletio culpe. ꝑ ipsū eteni delet̄ ōnis culpa tam originalis q̄ actualis ut docet magister. sen. in. iiii. di. iiii. & de hoc dicit Aug. de conse. di. iiii. in. c. A paruulo recēter nato usq̄ ad decrepitū senē sicut nullus ꝓhibendus est a baptismo ita nullus est qui nō peccato moriat̄ in baptismo. sed paruuli tantū originali. maiores autē oībus etiam moriunt̄ peccatis que male uiuendo addiderunt originali. Et idem Aug in. c. Vt ostenderet ait. Nullo excepto dictū est. s. ab apostolo. Quicūq̄ baptizāti sumus in Christo in morte ipsius baptizati sumus & ideo dictū est ut ꝓbaret nos mortuos eē pc̄tō. Et glo. super illud exo. xiiii. Vnus ex eis nō remansit inqt. Oīa peccata ablata sunt in baptismo potentia diabolica est submersa. Dicit ergo dominus Boñ. q̄ in baptismo omnis culpa deletur & restituit̄ homo in ꝓstinā innocentiā q̄tū ad animā. Si aūt queratur ratio huius dicit q̄ est diuina liberalitas que tantā huic sacramēto cōtulit efficatiā. Sed posset aliquis arguere sic. Diuersoꝝ morboꝝ diuerse sūt medicine ergo cū culpe sint diuerse nō tantū specie sed genere ut pote originalis & auctualis & uenialis & mortalis. ergo ad hoc q̄ curēt̄ necesse est q̄ diuerse adhibeant̄ spūales medicine. Respōdet Boñ q̄ remediū potest morbum respicere dupliciter aut q̄a principaliter sic ad hoc. aut quia hoc curat tāq̄ annexū. sed cū ergo q̄ diuersi sūt morbi spirituales diuerse etiā sūt medicie sacramentales ꝓncipaliter ad illos ordinate. Si autem morbus hēat aliū morbū coniunctū & medicina ꝑfectā habeat uirtutē curādi non tantū curat ꝓncipalem sed etiam annexam & sic facit baptismus. Secundus baptismi effectus est remissio pene. Remittit̄ si quidem baptizato omnis pena pc̄tō debita. Vnde Aug. in li. de baptismo paruuloꝝ & habet̄ de cōse. di. iiii in. c. Per baptismū inqt. Quicqd̄ ab homie dictū factū & cogitatū est totū abolet̄ & q̄si nō factū habet̄. Et glo. sup illo uerbo psal. quorū tecta sūt peccata dicit. Ita sunt tecta peccata in baptismo q̄ deus ea non uult punire. Si autē diceret̄ q̄ hoc non uidet̄ cōsonum eo q̄ Anselmus in li. cur deus homo ait. Si peccatū nō punit̄ inordinatū dimittit̄ & deus nihil inordinatū relinquit. Respōdet Ric. q̄ Xp̄s per passionem suam sufficiēter exoluit penam peccatis debitam que in baptismo remittunt̄. Sed adhuc nōnulli arguūt ostendētes q̄ per baptismū

Et respõdet Ric. ꝙ Xp̄s mortuus fuit per uiolentiam afflictionũ ei illatarum concurrente uehemẽtia doloris compassionis que mortẽ accelerauit. Vnde Petrus act. ii. dixit iudeis de xp̄o. hũc per manus iniquorum affligentes interemistis. Et. c. iii. Autorem uero uite interfecistis. Et si argueretur ex dicto Aug. in. iiii. de trinitate. c. xiii. ubi ait. Longa morte cruciabãtur ligno suspẽsi Vnde latrõibus ut iam morerentur & de ligno iam ante sabbatum deponerẽtur crura cõfracta sũt xp̄s autem quia mortuus iuẽtus est miraculo fuit ergo si fuit mortuus miraculo non p uiolentiam mortuus ẽ afflictionũ illataꝝ. Respõdet Ric. ꝙ ibi Aug. accepit miraculum p mirabili quia mirabat̃ Pilatus & sui q̃uo ita cito esset mortuus eo ꝙ causam accelerationis mortis eius non considerabãt Cuius acceleratiõis causa fuit uehemẽtia doloris cõpassiõis & tenerrima cõplexio quã hẽbat & p̃terea p totã noctẽ fuerat afflictus & ĩ crucifigẽdo cum crucifigentes grauius extẽderunt mẽbra eius quam illorũ qui crucifixi fuerũt cum eo quia plus eum odiebãt Fuit tamẽ aliquo modo mors illa miraculosa quia nisi dispensatiue diuina potentia p̃hibuisset beatitudinẽ anime xp̄i in suũ corpus redũdare. corpus xp̄i nulla ĩteruẽiente morte glorificatum fuisset Quod si fuisset factum nulla uirtute creata potuisset illa anima a suo corpore seperari hec Ric. Ex quibus omnibus colligimus dñm nostrum Iesũ xp̄m p charitate sua uoluisse unire aĩe sue corpus passibile & mortale ut sic p nobis peccatoribus patiẽdo & moriẽdo pro nostris debitis satisfaceret Iudei autem criminabãtur eum fore reum mortis tamquam malefactorẽ seductorẽ & blasphemũ. Tertio fuit uehemens dolor xp̄i p̃pter derisionẽ qñ. s. usq̃ mane dimissus est ĩ manus seruorũ uilissimorũ qui expuerunt ĩ fatiẽ eius & colaphis eum ceciderũt. Alii autẽ palmas in fatiem eius dederunt dicentes Prophetiza nobis xp̄e quis est q te p̃cussit. Et ut inquit Marcus uelauerũt fatiẽ eius. & hoc fecerũt scd̃m aliquos ne uidẽtes dignissimã faciem illam pietate uincerentur. O Iesu benedicte q̃ dura nox hec est ĩ qua a prĩcipio usq̃ ad finẽ qetẽ nescis. sed nũc uno mõ nũc alio corpore & aĩo fatigaris. O amãtissime iuuenis quãtũ me peccatorem dilexisti quẽ cum tot laboribus passionibus & cruciatibus redimere uoluisti. O mens humana cur tã dura es ut domino tuo compati negligas qui p cõpassione tua sputis deſpat alaphis ceditur & ab ĩdignissimis personis uiliter pertractat̃. Heu me quid erat ĩspicere illos seuiẽtes ĩ eũ alios trahentes capillos eius

nõnulloſ ſudariũ leuãteſ ſpuere ĩ oſ eiuſ quoſdã ĩportuniſ uocibuſ clamare in aureſ eiuſ? Hoſ pugniſ ꝑcutere pectuſ eiuſ illoſ extẽſa manu uerberare collum eiuſ. O Ieſu mi quantũ noſ dilexiſti. Sed noſ miſeri te non diligimuſ. Vice o humanũ cor uice corporẽ tuũ genuſ humanũ & oẽm affectũ tuũ porrige Ieſu xp̃o. Ecce ꝙ iã appropiquat dieſ & morſ de ꝓximo pro amore tuo ſibi paratur. Sed ubi eſ o maria mater? Vbi habitaſ? An ignoraſ que circa dilectiſſimũ filium tuum gerũt. Dicũt namq̧ quidam ꝙ Iohanneſ euãgeliſta dimiſſo Ieſu in domo Caiphe cucurrit uerſuſ Bethaniã ad domum Magdalene ubi uirgo remanſerat qñ xp̃ſ cũ diſcipuliſ ſuiſ uenit Hieruſalẽ ad cenam faciẽdam & ibi clamanſ ad hoſtium a uirgine orante tremente & attonita audituſ eſt. Aduocauit mox Magdelenã dicenſ ſurge filia & uideamuſ quid nobiſ de filio meo ſignificatᷓ Aperta fuere hoſtia domuſ & intrauit Io. eiulanſ flenſ & lacrimanſ dicenſq̧. Heu me ueneranda mater quam duruſ tibi nũtiuſ aduenio & cũ preſingultibuſ uix loq ualeret iterrogabatᷓ a uirgine collacrimãte Vbi ẽ filiuſ meuſ? Vbi ẽ Ieſuſ meuſ? Quid actum eſt de filio? Viuit adhuc an iudei interfecerũt eum? Heu me dolẽtẽ nimiũ Et Io. rñdere poterat atq̧ dicere. nũdũ mortuuſ ẽ ſed puto hodie morti erit tradenduſ. Cõphẽderũt enĩ illũ ĩ nocte miniſtri iudioꝝ & detinẽt eũ uinctum in domo Caiphe. aſſerũtq̧ nequã illi phariſei & ſcribe debere morti adiudicari. O quã gelidũ tũc factũ ẽ cor illud uirgineũ quamtoue dolore repleta fuit aĩa eiuſ que ſtatim exiuit domũ cum Io. & Magdalena aliiſq̧ comitantibuſ Hieruſalẽ feſtina petenſ. Cum autem intrauit ciuitatem tranſeũteſ quoſdam interrogabat dicenſ illud canti. iii. Num quẽ diligit anima mea uidiſtiſ filiũ meũ unicum? Et illi interrogabant qualiſ eſt dilectuſ tuuſ? Et illa Dilectuſ meuſ candiduſ & rubicũduſ filiuſ meuſ pulcher & decoruſ ſãctuſ morigeratuſ uirtutibuſ redimituſ gratia plenuſ etatiſ. xxxiii. annorum & mihi cariſſimuſ O fili mi Ieſu ubi te inueniã? Circuibo ciuitatẽ ꝑ uicoſ & plateaſ ut te querã ut te inueniam ut te uideam ut cõplectar ut aloquar priuſq̃m moriariſ. Perrexit tandem uſq̧ ad domum pontificiſ ubi multitudinem cõgregatã inuenit qm̃ ad Pilatũ Ieſuſ xp̃ſ mittẽduſ erat. Temptabat ad filium ꝓpare & non ꝑmittebatᷓ Clamabat altiſona uoce. Fili mi Ieſu Ieſu fili mi. Audiebat tunc forte filiuſ lamẽtãtẽ matrẽ & adaugebatᷓ ãguſtia mẽtiſ eiuſ. Nã q̃to iter eoſ amor erat uehementior tanto utriuſq̧ dolor compaſſioniſ intẽſior

Cōpatiebatur utiq; mater filio. compatiebatur filius compassiue
matri. Sed ut deuotius hanc partem exoluamus querendum est.
Verum uirgo gloriosa magis dilexerit filium suum quam aliqua
alia mater filios suos. Ad quod ego respondeo q̄ sic & probo hoc
multiplici rōe Primo rōe claritatis. Clare enī uirgo cognoscebat
& certissima erat q̄ a filio sūme diligebat. & cū firmiter crederet
ipsum esse deum in suo utero incarnatum sciebat illū eam diligere
p̄ ceteris creaturis & humanis & angelicis. q̄re cor eius illi amabat
ut illum diligeret a quo sciebat magnopere se fore dilectā. Scd̄o
hoc probo rōe sanctitatis. Diligebat uirgo filiū suū copiosissime
quem plenum sanctitate gratia omniq; uirtute diligēdum cēsebat
Tertio hoc p̄bo ratiōe totalitatis. fuit enī beata uirgo ita mater
xp̄i ut ab ea sola spiritu sancto cooperante corpolentā substātiā
acciperet. quare amor qui debet esse patris & matris ad filium erat
in uirgine sola ad xp̄m ab ea genitum. Quarto hoc probo ratiōe
diuturnitatis. Amor enim quanto diuturnior tanto uehemētior. cū
ergo filium suum uirgo dilexerit per annos. xxxiii. absq; ulla p/
turbatione cōsequens est q̄ eū diligebat in etate florēti iā cōstitutū
ultra quam dici possit. Quīto hoc p̄bo ratione familiaritatis nūq̄
enī inuentus est aliquis filius q ita blande ita reuerēter ita dulciter
ita familiariter conuersaretur cū parētibus suis sicut xp̄s faciebat
cum uirgine matre. non enim dubitare quispiam posset q̄ per tot
annos quibus xp̄s cum matre conuixit nō fuerit liquefactum cor
eius i amorem illius a quo totiens uocari matrē se fecit quē et ipsa
Filium sepe nominabat. Quare firmiter teneo q̄ uirginis amor ad
xp̄m uincebat omnem amorem quorumcunq; parentum q tener/
rime filios suos diligunt aut dilexerunt.

Quod xp̄s i p̄sentatione uehemēter doluit p̄pter accusationē
propter flagellationem & propter coronationem.

Secundi articuli primus dolor.

Ecūdi articuli primus dolor Iesu xp̄i dicitur presentationis
Cum enim Pilato fuit presētatus doluit uehemēter & p̄cipue
propter tria. Primo propter accusationē. Secūdo p̄pter flagel/
lationē. Tertio propter coronationem. Primo doluit uehemēter
propter accusationem. Ad quod intelligendum cōmemorandum
est q̄ euāgeliste tradūt uidelicet q̄ mane aductus fuit Iesus a do/
mo Caiphe ad domum Pilati presidis in pretorium. Erat autem
pretorium locus ubi audiebantur & examinabantur rei. & ipsi nō

introierunt iudei in pretorium ut nō cōtaminarētur ex ingressu domus hominis gentilis sed māducarent pasca.i.azimos panes qui a iudeis p dies.viii.comedebatur.O ipsa cecitas Alienigine iudicis pretorio contaminari timebant & fratris inocentis sanguinem non timebāt. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicēs. Quā accusationē affertis aduersus hominem istum? Responderunt. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eū. Vbi Aug. Interrogentur atq; respondeant ab immundis spiritibus liberati. Ceci uidentes. mortui resurgētes. utrum sit malefactor Addiderunt etiam quod Lucas dicit. Hūc inuenimus subuertētē gentē nostrā & phibētem tributa dari Cesari. & dicentē se xp̄m regē esse. Dixit eis pilatus Accipite eum uos & secundum legem uestram iudicate eum. Quasi dicat. Si sufficit uestra examinatio sufficiat & uestra sētētia. Nā ut dicit Nicolaus de lira. Romani aliqua minora iudicandi per/miserant iudeis retinētes sibi penam mortis & causam sanguinis Iō per hanc responsionem inhibebat ne xp̄o mors inferretur. Et iō illi intendentes eū morti adiudicari respondebant. Nobis nō licet interficere quemq̄m. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus & interrogauit Iesū. Tu es rex iudeorū? Vbi querit q̄re Pilatus sic eum interrogabat. Et respondet Nico. de lira q̄ cum iudei ac/cusassent eū de tribus uidelicet qa subuerterat gentē. & phibuerat tributa dari Cesari. & dixerat se esse regē. De duobus p̄mis pila/tus non curauit inquirere. Non de primo quia ipse gentilis erat & non iudeus. non etiam de secundo quia sciebat illud esse falsū. sed tantum de tertio eo q̄ romani nomen regium a iudeis abstulerāt Respondet Iesus A temetipso hoc dicis. an alii tibi dixerūt de me Quasi dicat. Concepisti hanc opinionem de me per temetipsum? Vbi Crysostomus ait. Non ignorans interrogat. sed ab ipso accu/sari iudeos uolens. Vnde sequitur euangelista. Respōdit Pilatus Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus Regnum meum non est de hoc mundo . Quasi dicat. non quero temporalem dominationem Dixit ei Pilatus Ergo rex es tu ? Respondit Iesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundo ut testimonium prohibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid est ueritas? Et nō expectato responso exiuit ad iudeos dicens Ego nullam inuenio in eo causā & ut liberaret eum de furore ipsorū p̄posuit secundū cōsuetudinē

quam habebãt. s. in solemnitate pasce ut unũ reũ morte peterent liberandum an uellent Xp̃m eẽ illum uel Barrabã q in carceribus ꝓpter maleficia sua detinebat̃ & populo erat odiosus. Clamauerũt autem omnes. Non hunc sed Barrabam. O quali gladio feriebat̃ tunc cor uirginis matris quãdo audiebat horribiles illos clamores iudeorum petentium potius liberationẽ Barrabe latronis q̃ filii sui innocentissimi. Dixit Pilatus iudeis. Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omẽs. Crucifigat̃. Et ille. Quid ẽquit mali fecit? R̃nderunt. Cõmouit populum per uniuersam Iudeã incipiẽns a Galilea usq; huc. Quare Pilatus misit Iesum ad Herodem Galilee tetrarcham qui illis diebus Hierusolimis erat. Et cum Iesus benedictus nullum uerbũ coram eo dixisset ſpreuit illũ Herodes cũ exercitu suo & illusit ĩdutum ueste alba & remisit ad Pilatum. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum dixit eis uolens eripere Christum de manibus eorũ. Ego nullã causam inuenio ĩ hoĩe isto ex his in q̃bus eũ accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisit eum ad nos & ecce nihil dignum morte actum ẽ ei. At illi clamabãt. Nos legem habemus & sc̃d̃m legem debet mori. Dixit eis Pilatus. Corripiam eum & dimittã. O Pilate si innocens est cur corripies? si reus cur dimittes? O q̃m laboriosa fuit mors Iesu Xp̃i: tãdiu malignis cõsiliis criminationibus accusationibus & clamoribus exquisita. Secũdo doluit Xp̃us uehemẽter propter flagellationẽ q̃n ut refert Marcus Pilatus tradidit Iesũ militibus flagellandum. Vt enim doctores dicunt. Ligauerunt illi Iesum denudatum ad columnam quãdam & flagellauerunt eum a plã a pedis usq; ad uerticẽ. Et ut ait Gregorius Nazãzenus Caro xp̃i flagellata post liuores sanguinem ex omni parte scaturiebãt quo etiam terra sub pedibus Iesu & columna ipsa atq; flagella madefiebant. Et ut arbitror post crudelem illam flagellationẽ cum soluissent eum pre debelitate nimia & doloris immensitate in terram cecidit sanguine suo irrigatam dñus noster Iesus. Sed hic theologi querunt. Vtrũ in Christo fuit uera doloris passio. & quidam licet non dicere uoluerint ꝙ nõ arguẽtes dicũt primo ex dictõ Hilarii d. iii. x. li. de trinitate. Virtus corporis sine sensu pene uim pene in se deseuiẽtis excepit. uerus autem dolor nõ est sine sensu pene. ergo etc. Secundo adducunt dictum Dionysii qui ad Iohannem euangelistam ita scribit. Absit ut ita insaniam ut credam sanctos aliquid pati sc̃d̃m corporis passiones. sed solum credo nos iudicare

ipsos sentire. si ergo sancti nõ sentiunt passiones nisi scd'm iudiciũ & nõ scd'm experientiã ergo patiendo nõ habẽt dolorẽ uerũ & ꝑ cõsequẽs multominus nec sanctus sanctoꝝ xpus. Tertio conantẽ ꝓbare opinionẽ suam exemplo Moysi qui ieiunauit. xl. diebus & xl. noctibus sine aliquã corporis lesione ꝑpter continuã cõtem/plationem si ergo perfectio contemplationis aufert passionem & sensũ famis pari ratione uidetur ꝙ aufert sensum doloris in carne passibili. Sed in Xp̃o fuit continua cõtẽplatio & perfectissima ergo uidetᷣ ꝙ nulla fuit in eo doloris expientia. Sed cõtra hanc opinionem est omnis scriptura sacra. Vnde in psal. in ꝑsona Xp̃i dicitᷣ. Afflictus sum & humiliatus sũ nimis. Et iteꝝ. Ego sũ pauꝑ & dolens. Et iterum. Super dolorem uulnerum meoꝝ addiderũt. Propterea dicunt theologi di. xvi. tertii li. ꝙ uera doloris passio fuit in Xp̃o quoniam in eo fuit caro passibilis & ꝑforabilis. fuit etiam uirtus sentiendi scd'm quam anima compatitᷣ corpori leso. Et quoniam hec duo uerum dolorem faciũt. s. uera lesio & uerus lesionis sensus. & hec duo uere fuerunt in Christo indubitanter tenendum est ꝙ in ipso uera fuit doloris passio. Ad dictum autem Hilarii rñdetur ꝙ secundum quosdam dictum illud retractauit. Vel potest dici ꝙ Hilarius in uerbo ꝑdicto non excludit sensum doloris a Christo secundũ humanam naturam sed scd'm diuinam. Vnde uerba illa referẽda sunt ad ꝑsonam Xp̃i. Vel ut magister sen. exponit dicere possumus ꝙ Hilarius non uult ostendere xp̃m non habuisse ueꝝ dolorẽ sed non habuisse causam doloris quoniã passus est ꝑpter delicta nostra. Ad scd'm uero. s. uerbum Dionysii dicit Boñ. ꝙ Dionysius non uult dicere nec sensit ꝙ beatus Io. & alii sancti non expiantur dolorem in tormentis sed uult cõmen/dare constantiã mentis que non magis cõmouebatᷣ ex expientia sensus ꝗ̃ commoueretur ex sola consideratione & iuditio rationis. Ad tertiũ uero ꝙ obiiciebatur de Moyse dicẽdum ꝙ & si dulcedo contẽꝑlationis quodamodo ipsum reficeret & a sensibus exterio/ribus abstineret a deo ut naturales uirtutes quodamõ consopiret ut non ita consumerentur & cibum requirerẽt. tñ ꝙ tãto tẽpore ieiunauit sine sui lesione hoc fuit ꝑ speciale beneficium & diuinũ miraculum. & ideo non habet locum in proposito. quia Xp̃us in passione sua nõ exercuit miracula potẽtie. sed potius usus ẽ armis patientie. Tertio doluit uehementer Xp̃s ꝑpter coronationem. quãdo milites duxerunt eum in atrium pretoriũ & induerunt eum

purpura & posuerunt capiti eius coronam spineam & circunde/
derunt eū. Et veniebant ad eum illudentes &.d. Aue rex iudeoꝝ
& expuebant in eum & dabant ei alaphas & percutiebant caput
eius. Et caput illud angelicis spiritibus tremendum ut Bern̄. ait:
spinaꝝ densitate pungebatur. Nam corona illa de iuncis marinis
ad modum spinaꝝ acutis erat confecta ut dicit Nicolaus de lira
At Pilatus fecit Iesum sic coronatum & purpura vestitum uelut
contemptibilem & abiectū exire. Dixitq; iudeis. Ecce homo. q̄si
dicat. puniuis ē ideo debet uobis sufficere. At illi magis clamabāt
Crucifige crucifige eum. Et post multa addiderunt. Si hunc di/
mittis non es amicus Cesaris. Omnis enim qui se Regem facit
cōtradicit Cesari. Et cum talia agitarentur. misit ad pilatū uxor
eius.d. Nichil tibi & iusto illi Quasi dicat. Nullo modo eum cō/
demnes sed magis dimitte. Multa enim sum hodie passa p̄ uisum
p̄pter eū. Quia ut dicit. Rabanus diabolus apparuerat ei mouēs
eam terroribus ad liberationem christi uolens sic impedire hoīm
salutem. Sed dubitatur utrū uisio predicta facta fuerit in somno
uel uigilia. Et r̄ndet Nicolaus de lira q̄ hoc non habetur exp̄sse
creditur tamen magis q̄ fuerit in somno.

Quod xp̄s in sententiatione uehementer doluit propter
oneratiouem p̄pter associatiōnē & p̄pter lamentatiōnē.

Secundi articuli dolor secundus.

Ecundus dolor secundi articuli dicit̄ sententiationis. Videns
namq; Pilatus non posse iudeoꝝ furorē sedare nec mitigare
quinimo audiebat eos magno cum tumultu clamantes. Si hunc
dimittis non es amicus Cesaris accepta aqua lauit manus coram
populo.d. Innocens ego sū a sanguine iusti huius. Vos uideritis.
Vbi Remigius ait. Mos erat aput antiquos ut cum uellet quis
ostendere se immunem esse ab aliquo crimine accepta aqua lauit
manus suas corā populo. Et respondens uniuersus populus dixit
Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quare Pilatus hu/
mano timore uictus pro tribunali sedens secundum ordinem curie
sue sententiam iniustam contra Iesum protulit ut crucifigeretur
Tunc amantissimus noster Iesus cruciatus est p̄pter tria. Primo
propter onerationem. Secundo propter associationem. Tertio
propter lamentationem. Primo cruciatus est propter oneratioñē.
quando. s. crux onerosa & dura humeris suis fuit imposita. Tūc
enim cum de domo Pilati uersus montē caluarie duceretur anḡ

deueniSSet ad locum ut dicit̃ ĩ quadam historia afflicta & mesta mater ei9 obuiã illi ꝓcessit uolens illum tãgere & amplecti. quã ut filius aspexit merore confectam cecidit fatigatus sub cruce. Ipa etiã mater dulcissima quasi mortua in terrã ruit. Ob qđ in loco illo ĩ huius facti memoriã capellã a fidelibus cõstructa fuit que sancta Maria de spãsmo nuncupat̃. Tãdem iudei angariauerunt hominem cyreneum nomĩe Symonem ut tolleret crucem Iesu. Quoniam ut aũt quidam cum sepius temptasset Iesus illam portare pre debilitate ferre amplius non ualebat. Curre o anima mea curre uelociter & humeros tuos subice illi cruci ĩ qua Iesus. dei filius opabit̃ salutem tuam ĩmo omnium saluandoꝝ. Sed hic doctores querunt. quare xp̃s bñdictus pati uoluit mortẽ crucis. Et respõdet. Tho. iii. pte q̃ hoc fecit ꝓpter. vii. ratiões. Prima ratio est ꝓpter exemplũ uirtutis. Dicit enim Augustinus in li. lxxxiii. q. Sapiẽtia dei hominem ad exemplũ quo recte uiuere mus suscepit ptinet aũt ad uitã rectã ea que non sunt metuenda nõ metuere. Sunt aũt hoies qui q̃uis mortẽ non timeant genus tñ mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis recte uiuẽti hõini metuendum eẽt. illius hõis cruce oñdendum fuit. nihil enĩ erat inter oĩa genera mortis illo genere execrabilius & formidabilius. Secũda rõ est qa hoc genus mortis maxime cõueniẽs erat satisfactioni p pctõ p̃mi pentis. Vnde Augustinus dicit in quodã sermone de passioẽ Cõtempsit Adã p̃ceptum accipiens ex arbore sed quicqd Adã pdidit Xp̃s ĩ cruce inuenit. Et Ambro. de Xp̃o ita ait. De pentis ꝓtoplasti fraude facta condolens qñ pomi noxialis morte morsu corruit ipe lignũ tũc notauit damna ligni ut solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis pditoris ars ut artẽ falleret & medelã ferret inde hostis unde leserat. Et iteꝝ ecclesia dicit. Omp̃s eterne deus qui salutẽ humani generis ĩ ligno crucis cõstituisti ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret & qui ĩ ligno uicebat in ligno quoq; uinceret. Tercia ratio est quia ut dicit Chrisostimus ĩ sermone de passione In excelso ligno & non sub tecto passus est ut etiam ipsius aeris natura mũdaretur. Sed & ipa terra simile bñficium sentiebat decurrentis de latere sãguĩs stillatione mũdata. Et idẽ Crisostimus sup Io. inquit. Audiens suspensionẽ intelligas in altũ ut sanctificaret aerem q sanctificauerat terrã ambulando ĩ ea. Quarta rõ est qa p hoc q̃ xp̃s in cruce morit̃ ascensum nobis parat ĩ celum

ut Chrisostimus dicit. Quinta ratio ē quia hoc cōpetit uniuersali saluationi totius mundi. nā figura crucis ut ait Grego. Nissenus a medio cōtracta in quatuor extrē̄a ptēta significat uirtutē & prouidentiam eius q̄ ī ea pependit ubiq̄ diffusam Criso. etiā dicit q̄ ī cruce expāsis manibus morit̄ ut altera māu ueterē populū altera eos q̄ ex gētibus sūt traheret. Sexta ratio ē quia p hoc genus mortis diuerse uirtutes designāt. Vñ Augu. dicit ī li. de. gratia ueteris & noui testamēti. Nō frustra tale genus mortis elegit ut latitudinis & altitudīs & lōgitudīs & pfūditatis de q̄bus apostolus loquit̄ magister existeret. nā latitudo ē ī eo ligno q̄ trāsuersū desup̄ figit̄. hoc ad bona opa ptinet qa ibi extendūt̄ manus. lōgitudo ē in eo ligno qđ usq̄ ad terrā trahit̄ quo crux stat sistitur & pseuerat qđ lōganitati tribuit̄. altitudo est ī ea ligni pte que ab illa que transuersa figitur uersus sursum relinquitur hoc est ad caput crucifixi qa bñ sperantiū supna expectatio ē iā uero illđ ex ligno qđ fixū occultatur ūde totū illđ exurgit significat pfūditatē gratuitate gratie. Et sicut etiā Augu. dicit sup Io. Lignum in quo fixa erāt mēbra patiētis ad cathedrā fuit magistri docētis. Septīa rō ē quia hoc genus mortis plurimis figuris rñdet Vt enim Augusti. dicit in sermone de passiōe. In diluuio aquaꝝ humanū genus arca lignea liberauit. De Egypto dei populo recedente Moyses mare uirga diuisit & Pharaonem prostrauit ac populum dei redemit. Idem Moyses lignū ī aqua misit & amaritudinē eius ī dulcedinē cōmutauit. Ex lignea uirga de spūali petra salutaris ūda pfert̄ Et ut Amalech uīceret̄ contra uirgā Moyses expāsis manibus extēdit̄ Et lex dei arce testī credit̄ lignee ut his oībus ad lignū crucis p quosdā gradus ueniat̄. Scđo cruciatus est Cristus ingenti dolore propter assotiationē. Associatus namq̄ est cū duobus latronibus sicut p̄dixerat Isa. liii. c. Et cū sceleratis deputatus est. Vbi doc. querūt. utrū hoc cōueniēter sit factū. ei rñderūt q̄ ī hoc alia fuit intētio iudeoꝝ alia ordinatio dei quātū enī ad intentionē iudeoꝝ sic dicit Chriso. Duos latrones utriq̄ crucifixerūt ut eoꝝ suspitionis fieret pticeps. sed nō ita euenit. nā de aliis nil dicit̄ huius aūt ubiq̄ crux honorat̄. Reges diademata deponētes assumūt crucē ī purpuris in diadematibus maxīs ī mēsa sacrata ubiq̄ terraꝝ crux emicat. q̄ntū uero ad dei ordinationē xp̄s cū latrōibus crucifixus ē. Prīo q̄a ut dicit Hier. sup Mat. sicut p nobis maledictū crucis factus ē sic p omniū salute inter noxios q̄si noxius crucifigitur.

Secũdo ut dicit Leo papa in sermone de passione. Duo latrones unus ad dexteram alius ad sinistrã crucifigũtur ut in ipsa patibuli specie denotaretur illa que in iudicio ipsius hominum oĩm faciẽda est discretio. Et Aug. dicit super Io. Ipsa crux si attẽdas tribunal fuit in medio.n. iudice constituto unus qui credidit liberatus. alter q insultauit dãnatus est iam signabat quid facturus est de uiuis & mortuis alios positurus ad dexterã & alios ad sinistrã. Tertio scd'm Hilarium. Duo latrones leue ac dextre assignãt omnem humani generis diuersitatẽ uocari ad secramẽtũ passionis dñi ostẽdẽtes. sed qa p diuersitatẽ fideliũ atq infideliũ fit oĩm scd'm dexterã & sinistrã diuisio. unus ex duobus ad dexteram situs fidei iustificatione saluatẽ. Tertio cruciatus est christus acerbo dolore ppter lamẽtionem qñ ut meminit Lucas sequebatur illũ multa turba populi & mulierũ que plangebant & lamentabãtur eum. Cum quibus etiam ipse cõpatiẽdo predixit futuram illius ciuitatis calamitatẽ & desolationẽ. Sed doc. hic querunt. Cur Iesus xp̃s in Hierusalem pati uoluit. Et respondent q hoc conuenienter factum est multiplici ratione. Primo quidem quia Hierusalem erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda que quidem figuralia sacrificia figurabãt Xp̃i passionem que est uerum sacrificium iuxta illud Eph. v. Tradidit semetipsum oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Scd'o quia uirtus passionis eius ad totum mũdum diffundenda erat. ideo in medio terre habitabilis pati uoluit. i. in Hierusalem. Vñ dicitẽ in psal. Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre. i. Hierusalem que dicitur esse terre habitabilis umbilicus. Tertio quia hoc maxime conueniebat humilitati eius ue. s. sicut turpissimum mortis genus elegit ita etiam ad eius humilitatẽ pertinuit q in loco tam celebri confusionẽ pati non recusauit. Vñ Leo papa dicit ĩ sermõe epiphanie. Qui formam serui susceperat Bethleem p̃elegit natiuitati. & Hierusolimam passioni.

Quod ĩ crucifixione Xp̃s uehemẽter doluit ppter potationẽ ppter conclauationẽ & ppter eleuationẽ.

Scd'i articuli dolor tertius.

[T]ertius dolor secundi articuli dicitur crucifixionis qñ crucifixerũt eũ in mõte caluarie ubi nĩo dolore agitatus ẽ ppter tria. Prĩo ppter potationẽ. Scd'o ppter cõclauationem. Tertio ppter eleuationem. Prĩo nĩo dolore agitatus est Xp̃us propter potationẽ. qa ut ĩgt Math. dederũt ei uinũ bibere cũ felle mixtũ.

Vbi querēdū est quare illo uino sic amaro potauerūt eū. Et dicit Nicol. de lira φ aliq dicūt id factum fuisse ut citius Xp̄s moreret̄ & sic milites eius custodia citius expedirēt̄ qui debebant eū custo/ dire quousq; expirasset. Sed ipse Nicol. aliter dicit. Nam legitur in quodam libro hebraico qui apud eos intitulatur liber iudicum ordinariorū. φ qa Salomon dixerat prouer. xxxi. Date siceram merentibus & uinum his qui amaro sunt aīo ut bibāt & obliuiscāt̄ egestatis sue. & ideo seniores iudeorum statuerant ut cōdemnatis ad mortem daretur uinum aromaticum ad bibendum ut facilius tollerarēt passionem in Hierusalem aūt erant matrone deuote & compassiue que hoc uinum & siceram. i. potum inebriatiuū dabāt ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti tale uinū datū pro Xp̄o & aliis duobus latronibus acceperunt sibi scd̄m φ dictū erat Amos. ii. Vinum damnatorum bibebant & loco eius posuerūt acetum cum felle mixtū. Talem potum cum gustasset Iesus noluit bibere. nec contradicit Marcus cuius textus habet. Et nō accepit qa non accepit ad bibēdum sed ad gustandum solum ut sic ipleret̄ in eo quod dictum ēst in psal. Et dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto. Secundo multo dolore fatigatus est Xp̄s propter conclauationē quando. s. cruce iam parata atq; dis/ posita & in terra collocata scd̄m cōmunē opinionem exuētes neq̄ illi magno impetu dn̄m Iesum xp̄m ad terram proiecerūt ut clauis eum configerent. Et licet euangeliste non omnia dicant quia tm̄ eēntialia scribere curauerūt nihilominus uerisimiliter credere pos/ sumus φ ita nudatus & genuflexus Iesus ut se sup crucē extēderet oculis ad celū leuatis in corde suo dixit. Suscipe sācte pater eterne me dilectum filiū tuū quem tibi offero in sacrificiū imaculatū pro salute humani generis & remissione peccatoꝝ. Ecce iā nō offerūt tibi legalia sacrificia hircorum aut agnorum uel similium sed caro inocentis mei filii tui. Triginta & tres anni elapsi sunt quibus hāc crucem semp aspiciens in illam mori pro humani generis redēptiōe concupiui & desideraui. Tandē ꝓiciēs se super crucem manus suas & pedes liberalissimo gestu extendit. Acceperunt autē clauos cru/ cifixores & crucifixerunt eum. Malleorum autem ictus & sonitus audiri poterant a uirgine matre cuius cor clauis illis acutissimis qui manus & pedes ossa & carnes filii sui rūpebāt cōfigebat. Crucifixi sunt etiam cū eo duo latrones quos plerią; uoluerūt tenere fuisse cruribus alligatos tantum. Sed ego dico quod fuere conclauati.

Quia ut inquit Aug. super Io. Pendentes in ligno clauis ad lignũ manibus confixi producta morte necabant. Scripsit aũt & titulũ Pilatus & posuit super crucem. Erat aũt scriptũ. Iesus nazarenus rex iudeorũ. litteris hebraicis grecis & latinis. Vbi querit a doc/toribus. Cur hac triplici lĩgua deo uolẽte titulus ille fuerit scriptus. Et respondet Chrisost. Credibile est multo gentiles simul cũ iudeis propter festum conuenisse. Et ideo ut nullus ignoraret nõ in una lingua sed in tribus scripsit. Et Aug. d. Tres lingue ibi pre ceteris eminebant. Hebraica propter iudeos in lege dei gloriantes. Greca propter gentiũ sapientes. Latina ꝓpter Romanos multis & pene omnibus tunc gentibus iperantes. Theophilus uero sic. Significat aũt superscriptio triplici sermõe signata dominũ eẽ regẽ. practice philosophice necnon theologice. nam per latinas litteras figuratur practica eo ꝙ Romanum imperium potentissimum fuitq officiosũ in expeditiõibus fuit. Per grecas uero philosophia figurat. Greci namq erga naturaliũ speculationẽ isudauerũt. demũ ꝑ hebraicas theologia portenditur. dum iudeis est credita rerꝫ diuinarꝫ agnitio. Dicebãt ergo Pilato põtifices iudeorꝫ. Noli scribere. Rex iudeorꝫ sed quia dixit rex sum iudeorum. Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites aũt diuiserunt sibi uestimẽta sua & tunicã mittẽtes sortem. Erat autem tunica inconsutilis. i. sine sutura desuper con/texta per totum super quã miserunt sortes. Et licet Marcus dicat ꝙ sortes miserunt super eis. s. aliis indumentis Christi. tamen scd̃m Nicolaũ de lira. Illud debet intelligi per synecdoche. i. sup aliqd eorum. i. super tunicam. Tertio uexatus est Iesus multo dolore qñ crux fuit eleuata a terra & posita in foramine atq plantata in q̃ iam natus erat fructus nostre saluationis. anteq̃ in mõte caluarie defigeretur. In ipso autẽ motu & eleuatione crucis ac plantatione pondus corporis per tres clauos uel q̃tuor scd̃m quosdã sustinebat. Ideo menbra illa debilitata incredibili cruciebãtur dolore. Sed & tunc mestissima mater filium intuens contemptibilem cõfusibilem despectum deformem grandi angustia plenum plagis attritum in medio latronum pendentem adiutorio Magdalene & Io. quãtum potuit cruci propinq̃ se fecit. Vbi mutatam cernens aspectus filii sui uenustatem & elegantiam considerausq q̃ graui supplitio deti/nebatur lamentabiles uoces emittebat. Hoc autem expressit Ioh. qñ dixit. Stabat aũt iuxta crucẽ Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophe & Maria Magdalene. Sed dubium est hic.

Quia Luce.xxiii.dicitur. Stabant omnes noti eius a longe. Sed dicit Nicol. de lira sequendo Aug. in li. de consensu euangelistarum, q in tanto interuallo erant ut & iuxta dici possent quia in conspectu eius presto aderant & a longe respectu turbe ppinquis circumstantis cum Centurione & militibus. Pretereuntes aut blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes. Vah qui destruis templum dei & in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es descende nunc de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Iesus aut in tot persecutionibus & maledictis dixit uerbum illud primum in cruce omnis patientie exemplum. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. opere implens quod uerbo docuit quando dixit. Orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Im pprabat etiam ei latrones qui crucifixi erant cum eo. Lucas uero dicit quod unus eum blasphemabat quem alius reprehendit Sed Aug. in libro de consensu euangelistarum dicit q Io. loquitur in plurali ponens plurale pro singulari secundum usitatum loquendi modum. Vel potest dici secundum Hiero. q primum uterq blasphemauerit. Deinde unus credidit in xpm & priorem negationem sequenti confessione emendauerit. Vnde Hieronim. sequitur. In duobus latronibus uterq populus et gentilium et iudeorum primo dominum blasphemauit postea signorum multitudine alter exterritus egit penitentiam & usq hodie iudeos increpat blasphemantes. hec ille. Dixit ergo latro penitens. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Respiciens aut Iesus benedictus huius latronis contritionem fidem spem atq caritatem respondit ei secundum uerbum quod in cruce protulit dicens. Hodie mecum eris in paradiso. O felix promissio. O breuis tante felicitatis adimpletio. Nullus ante latronem hoc uerbum audiuit. Promissa siquidem fuit patribus & prophetis eterna uita per xpm sed nulli sicut latroni ita breui spatio designata.

Quod in inspectione Christus uehementer doluit propter querelationem propter recordationem & propter commendationem.

Secundi articuli dolor quintus.

Vartus dolor secundi articuli dicitur inspectionis. Cum enim de cruce inspexisset matrem asperrimo dolore uulneratum est cor eius & precipue propter tria. Primo propter querelationem. Secundo propter recordationem. Tertio propter commendationem. Primo doluit Christus propter querelationem. Audiebat namq

querelas matris ingeminantis & dicentis sibi uocabulum illud quod p triginta & tres annos cũ tanta dulcedine utriusq; cõmẽorauerat in passione uero illud proferebat cum corde pleno dolore merore & amaritudine. Poterat ergo uirgo illa sanctissima lamentari & dicere. Fili mi anime mee olim consolatio & gaudium. nunc autem gladius penetrabilior õi mucrone acutissimo. Fili mi quem nouem mensibus in utero tenui quẽ paruo lacte paui quem totiẽs infantẽ & paruulum pãnis inuolui in cuna reposui & amorosis ãplexibus strinxi inter ubera mea & osculata sũ. O q̃ felix mihi & tibi facta est dies ista Et quis poterit mederi uulneribus dolorum meorum. & mitigari angustiam miselle matris tue cum inspiciam te filium meũ ui leprosũ factum qui speciosus eras pre filius hominũ ut maleficũ & reum cum iniquis deputatũ? Qui sanctus sanctorum es ut fatuũ & stultum cerno in quo reconditi sunt omnes thesauri sapiẽtie dei ut hostem & omnium inimicum qui omnibus affabilis benignus & humanus semper astitisti. Et sup omnia uelut oblitum mei uidue matris tue. Nam ecce iam morieris & nil mihi dicis. Et quid faciam ego sine te filio meo? Quo diuertam? Ad quẽ confugiã? Tu mihi pater. Tu mihi frater. Tu mihi blandus filius eras. Tu mee diuitie. Tu mee dilitie. Tu mea gloria. O me desolatam que tantũ filium ĩ cruce uideo deficere. O amãtissime fili Loquere mihi matri tue. Loquere ut audiã uocẽ tuã cigneo canore dulciorẽ. Loquere sq̃ ut sic saltem audiẽs uerba tua patientior fiam ad tollerandam que me cruciat pro amore tuo penã. Nõ deneges mihi quod postulo. Exaudi me & uerbo tuo consolare ne deficiã in hac tribulatione. O fili mi lumen oculorum meorum condescendisti latroni miseri-corditer loquens ei. Acquiesce itaq; uoto matris tue & dic mihi qd factura sim. Cui me orphanam derelinquis? His aũt uel similibus querelis pulsabat mestissima mater aures afflictissimi filii sui q non minorem penam experiebat in mente ppter teneritudinẽ matris quam sentiebat in corpore a planta pedis usq; ad capitis uerticem uulnerato. Ideo scd'm quendã deuotũ tacitus in suo corde dicebat carmẽ illud uulgare siue eius sentẽtiã. Matre mia benedeta multo te uego aflicta. El tuo lacrimare e una sagitta. Che el cuor mio ha passato. Non piagnere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chio sia da morte resuscitato. Secũdo doluit Xps ppter recordationem. In talibus namq; mysteriis recordabatur & in seipso conferebat dicens. O mi mater quomodo omnia gaudia

que de me suscepisti conuersa sunt tibi in merorē & luctū. Vbi nā sunt angeli in mea natiuitate cantantes? Vbi pastores ad presepe uenientes? Vbi orientales reges in cuna me adorantes? Vbi grata per triginta & tres annos utriusq conuersatio & familiaritas? Vbi tot & tanta de me predicata miracula propter que omnia letabat̄ cor tuum? Heu me nunc uides tm̄ filium tuū factum in derisum omni populo & abiectissimam mortem pati. Tertio doluit Xp̄us propter commendationem. Quando apertens os suum mellifluum dixit ei. Mulier ecce filius tuus. s. Iohannes euangelista qui secum iuxta crucem astabat. Et ut doctores dicunt non uocauit eā matrem nomine sed communi ne ex teneritudine nominis materni si exprimeretur aggrauaretur animus eius. Deinde commendans eā discipulo dixit. Ecce mater tua. Quasi dicat. Deputo te ad eius obsequium. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. s. curā & diligentiam. O quot dolorum aculeis punctū fuit tunc cor uirgineum ex una parte cum mulieris non matris audiuit uocabulum licet ex parte altera aliqualiter consolaretur quia filius amantissimus eius Iesus eam commedauerat dilecto discipulo. Ideo August. ait super hoc passu Io. Ex illa hora etc. Hec nimirum ē illa hora de qua Iesus aq̄m conuersurus in uinum dixerat matri. Quid mihi & tibi est mulier. Nōdū uenit hora mea. Tunc enim diuina factura nō diuinitatis sed infirmitatis matrē uelut incognitā repellebat. Nunc aūt humana iā partes ex quo fuerat factus homo affectu commendabat humano. Moralis igitur insinuatur locus & exemplo suo instruit preceptor bonus ut a filiis piis impendatur cura parentibus tāq̄m lignum illud ubi erant fixa membra morientis effec cathedra magistri docentis.

Quod Christus uehementer doluit in clamatione propter mundi horrorem propter sui confusionem & propter patris derelictionem. Tertii articuli primus dolor.

Rimus dolor tertii articuli dicitur clamationis. Ostendit enī in clamore suo immensitatē doloris & potissimum ꝓpter tria. Primo propter mundi horrorē. Secundo propter sui confusionē. Tertio propter patris derelictionem. Primo ostendit Christus immensitatem doloris in mundi horrore. Quando scilicet insensibiles creature crudelitatem que in ipsum fiebat horrētes modo suo patienti Iesu compati uise sunt. A sexta namq hora tenebre facte sunt super uniuersam terrā usq ad horam nonā. Et ut Lucas sigt.

Sol obscuratus est & uelum templi scissum est in duas partes a summo usq; deorsum & petre scisse sunt. & terra mota est. Vbi appet perturbatio corporum superiorũ primo. deinde īferiorꝝ. Qualiter autem fuit illa tũc solis eclipsis doctores uarie sunt opinati. Hieronymq; dixit ꝙ ille tenebre fuerunt facte per retractionē radiorꝝ solis diuina uirtute. Origenes autem dixit ꝙ hoc factum est per impositionem nubium densarum. Sed in hoc magis credendum Dionysio ariopagite qui dicit in epistola ad Policarpũ hoc fuisse per interpositionem lune inter terram & solem sicut fit in eclipsi solis. Et ibidem dicit ꝙ ipse hoc uidit tunc existens in egypto ubi est aeris puritas. Vidit igitur lunam ab oriēte ascendentē uersus meridiem & supponentem se soli. Hieronimus autem & Origenes non loquuntur de illa eclipsi asserendo ꝙ sic fuerit ut dicũt sed ꝙ potuit sic fieri. Quare sequēdo Dionysium dicimus. ꝙ illa eclipsis non potuit esse naturalis sed miraculosa & hoc multipliciter. Primo quia luna erat. xv. & tunc distat a sole per diametꝝ celi. Eclipsis autem solis non potest fieri naturaliter nisi tempore cōiunctionis solis & lune propter quod dicit Dionysius ꝙ mirabatur quia non erat tpus conueniens ad talem coniunctionem. Secundũ miraculũ fuit quia transacta eclipsi luna redijt ad orientem ita ꝙ in uespere fuit in oriente sole existente in occidente & sic orbes eorũ sunt ad pristinum statum restituti. Tertiũ miraculum fuit quia pars orientalis soli primo fuit obscurata & iterum illuminata. cōtrario aũt modo fit in eclipsi naturali. Quartum miraculum fuit ꝙ luna fuit immobilis sub sole per tres horas. In naturali uero eclipsi cōtinue mouetur sub sole ut etiam refert Chrisost. Quintum miraculũ fuit quia illa eclipsis abstulit lumen uniuersis partibus terre licet aliqui hoc uelint intelligi tantum de terra Iudee. Verumtñ ut apparet ex dictis Dionysii fuit in egypto fuit in grecia & fuit Rome & sic in aliis mundi partibus. Vnde Horosius ait. Cũ dominus patibulo affixus est maximo terremotu per urbē Romã facta saxa in montibus scissa maximarumq; urbium plurime partes plus solita concussione ceciderunt. Eodemq; die ab hora diei sexta sol in totũ obscuratus est tetra nox subito obducta terris est a deo ut stellas tunc diurnis horis uel potius in illa horrenda nocte toto celo uisas fuisse referatur. Eusebius etiam in chronica asserit se legisse quod tunc in Bithinia que est in Asia fuit magnus terremotus & maior solis obscuratio q̃ ũq̃ fuerit. & ꝙ dies hora. vi. in tenebrosã noctē

uerſuſ ſit ita ut ſtelle uidereutur in celo. Et ꝙ in Nicea que eſt urbſ Bitbinie multaſ edeſ terremotuſ ſubuertit. De illiuſ eclipſiſ miraculo Dionyſiuſ in epiſtola ad Apolophantum qui ſecum erat in egypto illo tempore poſtea ſic ſcripſit. Cum reperimuſ quia & erat notiſſimū ſolem pati moleſtiaſ non debere aio ad te uaſte pe/ritie ſacrarium. adhuc neſcimuſ tante rei myſterium. Quid inq̄m ſpeculum doctrine Apolopani hiſ ſecretiſ aſcribiſ atq; tu mihi ore diuino & non humani ſenſuſ ſermone? O bone Dionyſi diuinarū permutationeſ ſunt rerum. In hiſtoria uero ſcolaſtica legitur. qđ philoſophi ad hoc abducti ſunt ut dicerent. Aut deuſ nature pa/titur aut ordo nature peruertit̄. De turbatione corpoꝝ īferiorū clara ſunt omnia tantum de uelo ſciendum eſt ſcđm Nicolaum de lira. qđ erat iuxta tēplū īter ſanctū & ſāctūꝝ ſancto. Cuiuſ ſciſſio ſignificauit impletionem ueritatiſ in morte Chriſti que latebat in figuriſ ueteriſ teſtamenti. Secundo fuit immenſuſ dolor Chriſti propter ſui confuſionē quando cōſiderabat q̄ confuſibiliter patie/batur quia precedenti dominica ab omni populo ita uenerabiliter fuerat ſuſceptuſ. Erat enī paſſio eiuſ ignominioſiſſima & deſpecta ualde de qua aliaſ deo dante ſuo loco dicemuſ. Tertio immenſuſ fuit dolor Chriſti ꝑpter patriſ derelictionem. Ideo clamanſ circa horam nonam uoce magna dixit. Hely. Hely. lamazabathani? Quod eſt interpretatum hely ideſt deuſ meuſ. lama ideſt quare. zabathani ideſt dereliquiſti me? Vbi gloſa. dicit̄ deuſ eum deſeru/iſſe in morte quia poteſtati perſequentium eum expoſuit. Sub/traxit enim protectionem ſed non ſoluit unionem. Quidam autē illic ſtanteſ ſcilicet militeſ Romani ſcđm Hiero. idioma hebraicū ignorāteſ dicebāt. Heliā uocat iſte. At & mater uerba illa audiēſ & intelligeuſ illorū q uim conſideranſ undiq; experiebat̄ merorē.

Quod Chriſtuſ uehementer doluit in potatione ꝑpter ama/ricationem propter peccatorū obſtinationē ꝑpterq; matriſ lamentationem. Tertii articuli ſcđſ dolor.

Ecunduſ dolor tertii articuli dicitur potationiſ. quādo iteꝝ clamanſ dixit. Sitio. oblataq; fuit ori eiuſ ſpōgia potu ama/riſſimo replera. Tūc doluit Chriſtuſ propter tria. Primo propter amaricationē. Secundo propter peccatorū obſtinationē. Tertio ꝑpter matriſ lamentationē. Primo doluit Chriſtuſ ꝑpter amari/cationē qa ſpōgia illa ori eiuſ ſic appōita amaricauit labia & eiuſ lignā. Quare iterum clamanſ dixit. Conſumatum eſt. ſ. totum iam

corpus meum doloribus & passionibus circũdatũ est. Nam lingoa
que sine lesione hucusq; fuerat reseruata : modo amaritudine est
repleta. Vel consumatum est mystice intelligendo opus redẽpti/
onis humane. Secundo doluit uehementer Christus ꝓpter pctõꝝ
obstinationem. Non enim minus sitiebat peccatorum salutem q̃m
corporis sui in cruce extensi & fatigati recreationẽ. Dicebat eteni
sitio idest salutem omnium quia pro omnibus patior pro omnibus
sanguinem meũ patri offero pro omnibus morior. Venite ad me
omnes corde compuncti & emendatione ac correctione uestra re/
create mentẽ meam. O q̃ grauis tunc illius animum dolor urgebat
cum uidebat innumeros esse qui a peccatis ad penitentiam nunq̃m
redirent quibus nec passionis sue uirtus propter eorum duritiã eẽt
in aliquo profutura. Vt enim dicunt theologi licet Christi passio
sufficientissima fuerit pro salute omnium tamen illius effectum nõ
consequuntur illi qui peccata deponere nolunt. Quare cũ õnibus
ꝓfit sufficienter non tñ oĩbus efficienter. Vnde sicut erga Xp̃m
crudeles fuerunt illi qui eum potauerunt felle & aceto ita pecca/
tores qui ad penitentiã redire nolunt. Audite illũ audite o pecca/
trices anime. pro uobis clamat amorosissimus Iesus pro uobis dicit.
Sitio. Cur ergo saxea corda non rumpitis? Cur tam clemẽtissimo
domino non compatimini. Hinc Ber. ait. Ascendit in altum crucis
ut ab omnibus uideretur. uoce magna clamauit ut ab oĩbus audi/
retur. clamori lacrimas addidit ut ei homo compateretur. Qui ad
eius uocem uon excitatur. ad clamorẽ nõ compungitur grauior
est terra & fetidior sepulchris. Tertio doluit Christus uehemẽter
propter matris lamentationem. Poruit igitur tunc uirgo benigna
filium audiẽs in cruce dicentem. Sitio. multis singultibus lacrimis
ac suspiriis dicere. Heu heu me. Quid uideo? Quid audio? O uni/
uerse creature celi & terre admiramini paupertatem filii mei. Ipsẽ
enim qui diuinitatis sue potẽtia faciat angelos pascit etiã ꝓuidẽtia
sua uolucres celi & pisces maris bestiasq; ac uniuersa pecora campi
atq; hominibus cunctis quottidianum panem distribuit clamat in
cruce sitio & denegatur sibi paululũ aque imo tribuit sibi potus
amarissimus. O fili fili fili mi amorosissime. Cur tibi de meo pecto/
re lac illud porrigere non ualeo quod totiens dum paruulus eras
suxisti? O fili mi. Cur non possum tibi ministrare in cruce sitiẽti
cibum & potum quem colo & acu ita diligenter dum in etate ĩfãtili
eras acquirebam? Poterat etiã tunc illa feruẽtissima Magdalena

& ipsa flendo dicere. O magister care. O magister bone. Et cur ego indigna tua discipula in hac tanta necessitate tibi subuenire ñ possum? O damnata seuitia iudeorum. Cur tãto furore īflãmaris aduersus dominum & magistrum meum? Que omnia ipsi domino Iesu ad dolorem accedebant.

Quod Christus uehementer doluit cognoscens generalē scã/dalizationem. iudeorum īgratitudinē. & multoꝝ īcõpassionē

Tertii articuli tertius dolor.

Ertius dolor tertii articuli dicitur cognitionis. Doluit etiam summopere Iesus noster amorosissimus propter suam sciētiã & cognitionem. Quia ut inquit sapiens ecclesiastes p̄rio. Qui addit scientiam addit & dolorem. Et licet omnia Christus cognosceret presentia preterita & futura. uerũtamen in cruce positus cognos/cebat & considerabat precipue tria. unde tristabatur & dolebat. Primo generalem scandalizationem. Secundo iudeorum ingrati/ficationem. Tertio multorum īcompassionem. Primo cognoscebat generalē scãdalizationē. Videbat utiq; ꝙ uirgine matre dũtaxat excepta in qua sola ut doctores dicũt remansit fides diuinitatis sue ceteri oēs a fide defecerant. Nam apostoli & oēs discipuli uidētes ignominiam crucis putauerunt eum purum hominem & non deũ. Secundo considerabat Christus & cognoscebat iudeorum ingrati/ficationem de quorum ingratitudine dolens in seipso dicebat illud quod ecclesia hodie decantat. Popule meus qd feci tibi aut in quo contristaui te? responde mihi. Ego propter te flagellaui egyptũ cum primogenitis suis & tu me flagellatum tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso Pharaone in mare rubrum & tu me tradidisti principibus sacerdotum. Ego ante te preiui in columna nubis. & tu me adduxisti ad pretoriũ Pilati. Ego te paui manna per desertũ & tu me cecidisti alaphis & flagellis. Ego dedi tibi sceptꝝ regale. & tu mō capiti meo coronã spineã. Ego propter te Chananeorũ reges pcussi & tu percussisti arundine caput meum. Ego te exal/taui magna uirtute. & tu me suspendisti in patibulo crucis. Tertio cognoscebat & considerabat xp̄us in cruce multorũ incõpassionē. Sciebat etenim quotquot futuri erant qui non solum sibi compati non debebant uerum etiam & crucē ipsam & passionem ipsius forēt derisuri. Verbum namq; crucis ut apostolus inquit pereuntibus qdē stultitia est. O quot īnumerabiles ut sic dicã uiri & mulieres inter Christianos reperiũtur qui hodie passionem Xp̄i recolētes

nec minima pietate flectuntur. nec curant dare operam ut in commemoratione tanti mysterii & si non oculis corporis saltem oculis mentis fleant & lacrimentur. Quinimo multi sunt qui aut luxuria aut auaritia aut superbia excecati dominũ Iesum Christũ habẽt in derisum. rursus sibi crucifigentes filium dei. pro quibus omnibus ipse mitissimus dñs sua caritate dolere attrahebatur uehementer.

Quod xp̃us uehementer doluit dum inclinato capite emisit spiritum. & de lamentatione matris eius.

Tertii articuli dolor q̃rtus.

Varetus dolor tertii articuli dicitur separationis. Doluit dñs Iesus Christus dum clamans ad patrem dicẽs. In manus tuas commendo spiritum meum inclinato capite tradidit spiritũ. Vbi Chrisost. ait. per hoc ꝙ moriens uocem emisit magnã apertissime se uerum deum esse ostendit. Quoniam homines cum moriuntur uix tenuem uocem emittere possunt. Caput autem inclinauit ut ex modo moriendi ostenderet ꝙ moriebatur ex obediẽtia patris. Comꝓbata autem fuit ueritas mortis eius ut patet ex textu euãgelii. Iudei enim quoniã parasceue erat idest dies ueneris in cuius uespera incipit solemnitas sequentis sabbati ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat enĩ magnus dies ille sabbati & ꝓpter se & propter pasce solẽnitatem Rogauerũt Pilatũ ut frangerẽt crucifixorum crura & de cruce tollerẽt eorũ corpora. Venerũt ergo milites & fregerunt crura latronum. Ad Iesum autem cum uenissent ut uiderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura Sed unus militũ lãcea latus eius aperuit. & cõtinuo exiuit sãguis & aqua. Sanguis ad nostram redemptionẽ. Aqua uero ad pctõrũ ablutionem. Sciendum tamen sc̃dm Tho. iii. parte. q. lxvi. ar. .iiii. in responsione ad tertium argumentum. ꝙ aqua illa non fuit humor fleumaticus ut qdã dixerunt sed aqua miraculose egrediẽs a corpore mortuo. sicut & miraculose ꝓduit sanguis ad cõꝓbãdã ueritatem dominici corporis contra Manicheorum errorem ut. s. per aquam que est unum ex quatuor elemẽtorũ numero. corpus Xp̃i uere fuisse compositum ex q̃tuor elementis. Per sanguinẽ uero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus. Itaqꝫ post tot labores cruciatus & penas rex angelorum & dominus in crucis supplitio fuit extinctus. O quale nouum. Quo merito pro amore & pietate tanti domini omnes homines lugere debent senes & iuuenes mulieres & uiri. Moueri siqdẽ debent eorũ corda cum

surrectiōis ē iudex ut quodā famulatu paterne uolūt atis resur/
rectio nūtiaret̄.& ut dicit̄ act.x.Dedit eū manifestū fieri n̄ oīm
populo sed testibus p̄ordinatis a deo. Ad primū ergo argumētū
dicēdū q̄ passio xp̄i pacta ē i corpe adhuc habēte naturā passi/
bilē que cōi lege nota ē oībus & iō passio xp̄i oīm populo ime/
diate māifestari potuit.Ipa aūt resurrectio siplicitur supnat̄alis
& miraculosa fuit. Ad scd̄m argumētū dicēdū q̄ ascēsio xp̄i q̄ntū
ad terminū a quo n̄ trāscēdebat hoīm coēm notitiā sed solū q̄ntū
ad terminū ad quē. Et iō discipuli potuerūt uidere ascensionē
Xp̄i q̄ntū ad terminū a quo.i.scd̄m q̄ eleuabat̄ a terra non aūt

uiderūt ipm q̄ntū ad terminū ad quē qa nō uiderūt qūo recipeē ī celo Sed reſurrectio xp̄i traſcēdebat coēm notitiā, & q̄ntū ad terminū a quo ſcd̄m ꝙ aīa redut ab īferiſ & corpuſ de ſepulchro clauſo exiuit & q̄ntū ad terminū ad quē ſcd̄m ꝙ ē adeptuſ uitā glorioſā.et iō ñ debuit fieri reſurrectio ſic ꝙ ab hoīe uidereē. Ad tertiū uero argumētū.d.ꝙ mulieri ñ pmittitē docere ī eccliā publice ſed bñ pmittitē aliquoſ dōeſtica admōitiōe īſtruere. apparuit ergo xp̄ſ p̄mo Marie magdalene ut ſicut mulier p̄ma fuit nūtia mortiſ ita eēt nūtia uite. Ex quo Ciril. ait Feīa que qd̄ āmodo fuit mortiſ miſtra uenerāde reſurrectiōſ myſteriū p̄ma pcipit & nūtiat. Adeptū eſt ergo femineum genuſ & ignomie abſolutiōem & maledictionis repudiū. Simul etiā p hoc oñditē ꝙ q̄ntū ad ſtatū glorie ptiet nullū detrimētū patietē ſexuſ feīeuſ. Oñdit etiā xp̄ſ qa iā nō uenerat uocare iuſtoſ ſed pc̄tōreſ & qa pc̄tōreſ & meretriceſ ad pn̄iam redeūteſ p̄cedūt in regno celorū. Supeſt adhuc & alia rō q̄re mulieribuſ p̄uſ apparuit eo ꝙ ipſe xp̄m ardētiſſime amauerūt ītm̄ ut ab eiuſ ſepulchro diſcipuliſ recedētibuſ ñ recederēt. Et precipue ipſa feruētiſſīa magdalena que ſtabat ad monumētū foriſ ploráſ ut dicitē Io. xx. que a xp̄o ſibi apparēte īterrogata mulier qd ploraſ? exiſtimāſ ꝙ ortulanuſ eſſet rīdebat Tulerūt dn̄m meū & neſcio ubi poſuerūt eū. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti eū dicito mihi ubi poſuiſti eū & ego eū tollā. O ardēſ amor Marie magdalene. Colloquebatur magiſtro ſuo de ſeipſo cum tanta affectione q̄re xp̄ſ bn̄dictuſ eā noīando Mariā ſe cognoſcēdū illi dedit atq̄ uoluit p̄uſq̄ diſcipuliſ ſibi apparere. Scd̄o ſurrexit xp̄ſ ueraciter quia uerꝫ corpuſ habuit Contra qd̄ aliq arguunt. Prīo qa uerꝫ corpuſ nō p̄t eē cū alio corpore ī eodem loco ſicut erat corpuſ xp̄i. nā ītrauit ad diſcipuloſ ianuiſ clauſiſ ut.d. Io. xx. ſcd̄o qa uerꝫ corpuſ ñ euaneſcit ab aſpectu īſuētū niſi forte corrūpta ſed corpuſ xp̄i euanuit ab oculiſ diſcipulorꝫ eū īſuētū ut.d. Luce ultīo Tertio quia cuiuſlibet ueri corporiſ eſt determiata figura. ſed corpuſ xp̄i apparuit diſcipuliſ in alia effigie ut patet Mar. ul. ergo uidetē ꝙ xp̄ſ poſt reſurrectiōem nō habuit uerꝫ corpuſ hūanū. Ad primū argumētum rn̄det Tho. ꝙ corpuſ xp̄i poſt reſurrectionē non ex miraculo ſed ex conditione glorie ſicut qdā dicūt clauſiſ ianuiſ ad diſcipuloſ intrauit ſimul cum alio corpore ī eodem loco exiſ. Vel dc̄. ꝙ nō ex natura corporiſ ſed potiuſ ex uirtute diuinitatiſ unite illud corpuſ ad diſcipuloſ licet uerumeſſet ianuiſ clauſiſ intrauit. Vnde Aug. ſup Iohānem dicit.

Molli corpis ubi dītas erat clausa hostia ñ obstiterūt. Ille qppe ñ
eis aptis ītrare potuit quo nascēte uirgītas matris iuiolata pmāsit.
Ad scd̄m argumentū. d. Tho. ꝙ qcūq; habet corpus glorificatum
in ptāte sua habet uideri qñ uult & ñ uideri qñ nō uult hoc tamen
xp̄s habuit nō solum ex cōditione corpis gloriosi sed etiā uirtute
diuinitatis sue. Euanuit ergo ab oculis discipuloꝝ nō qa corrūperet
aut resolueretꝰ in aliq̄ iuisibilia sed qa sua uoluntate desiit ab eis
uideri uel eo p̄nte uel eo abscedēte per dotē agilitatis. & si adhuc
quereretꝰ cur post resurrectiōē ñ cōuersabatꝰ cū discipulis sicut añ
cōtinue: rñdet Tho. ꝙ circa resurrectionē xp̄i duo erāt discipulis
declarāda. s. ipsa ueritas resurrectiōis & gloria resurgētis. ad ueri/
tatē autē resurrectiōis maifestādā sufficit ꝙ eis plures apparuit
ut dicetur in tertio mysterio. Ad gloriam autem resurrectionis
maifestandā noluit cōtinue cōuersari cum eis sicut ꝑus fecerat ne
uideretur eis ad talem uitam resurrexisse qualē ꝑus habuerat. Ad
tertium dicendū quod apparuit discipulis sicut uoluit sine sui mu/
tatiōe qa sic erat in potestate eius. Ex quibus cōcludimus ꝙ ueꝝ
corpus h̄uit & ueraciter resurrexit. Tertio surrexit xp̄s feliciter
quia ī resurrectiōe corpus habuit gloriosū pd̄ appet triplici rōe
Prio quidē quia resurrectio xp̄i fuit exēplar & cā nostre resur/
rectionis. Sācti autē in resurrectiōe habebūt corpa gloriosa ut
dicit aplūs. i. Coꝝ. xv. Vñ cum cā sit potior causato & exēplar
exēplato multomagis corpus xp̄i gloriosū fuit cū resurrexit. Se/
cūdo hoc appet qa per humilitatē passionis meruit gloriā resur/
rectiōis. Tertio qa aīa xp̄i a ꝑncipio sue cōceptiōis fuit gloriosa
p fruitionē & uisionē dīuitatis. Est aūt dispēsatiōe factū ut ab aīa
gloria ñ redūdaret ī corpus ad hoc ꝙ mysteriū nostre redēptiōis
sua passiōe impleret & iō pacto hoc mysterio aīa xp̄i statī ī cor/
pus in resurrectiōe reassūptū suā gloriā deriuauit & ita factū ē
corpus illud gloriosū. de quo Phil. ii. aplūs. d. Reformabit corpus
hūilitatis nostre cōfiguratū corpi claritatis sue. Sed nōnulli obii/
ciūt ꝑpter cicatrices q̄s in corpe post resurrectionē retinuit que
ad q̄dā corruptionē ptinere uidētꝰ. Ad qd̄ rñdet Tho. ꝙ cicatri/
ces ille erant in corpe xp̄i post resurrectionē ñ ad corruptionē &
deformitatē sed ad dignitatē & decorē ut Aug. d. xxii. li. de ci. dei.
Quare aūt cum cicatricibus resurrexit plures a doc. assignātꝰ rōes.
Prima rō est ꝑpter gloriā xp̄i. Vñ Beda sup Lucā. Nō īqt ex

impotētia curādi cicatrices seruauit sed ut i ppetuū uictorie sue circunferat triūphū. Scđa rō fuit ad cōfirmādā fidē circa resurrectionē. Tertia rō ut patri p nobis supplicās q̄le genus mortis p hoie ptulerit sp oñdat. Quarta rō ut illas in iuditio ad cōfusionē repbox demōstret. Vnde Aug. in li. de sym. ait. Inimicis uulnera demōstraturus ē sua ut cōuicēs eos ueritas dicat. Ecce hoiem quē crucifixistis uidere uulnera que infixistis agnoscatis latus qđ pupugistis quoniam per uos & propter uos apertum est nec intrare uoluistis.

Quod sufficienter Christus declarauit resurrectionē suam uerbo nuntio & argumento. Cap. iii.

Ertium mysterium declarandū de resurrectiōe Christi dicitē ueritatis. Voluit namq; clementissimus saluator noster ueritatem resurrectionis declarare sufficienter quod fecit tripliciter. Primo uerbo. Secundo nuntio. Tertio argumēto. Primo declarauit Christus ueritatē resurrectionis sue uerbo qñ scilicet ante passionem prenuntiauit illam. Vnde Mathei. xvii. post transfigurationem suam dixit. Nemini dixeritis uisionem hanc donec a mortuis filius hominis resurgat. Et Mathei. xx. postq̄ dixit quod filius hominis erat crucifigendus subdidit & tertia die resurget. Et Mathe. xxvi. passione sua iam de proxīo īminente dixit. Postq̄ resurrexero precedam uos in galileam. Secundo declarauit ueritatem resurrectionis sue nūtio quando scilicet ipso uolēte āgelus dixit mulieribus. Surrexit non est hic. Marci ultimo & Mathei. xxviii. Tertio id declarauit argumento. Vnde Actuū primo. Prebuit seipsum uiuum in argumētis multis post passionem suam. Notandum tamen ut inquit Thomas. iii. parte q̄ argumentum dicitur dupliciter. Vno modo quecunq; ratio rei dubie faciēs fidē. Alio modo aliquod sēsibile signum quod inducit ad alicuius ueritatis manifestationē. Primo modo Christus nō probauit discipulis resurrectionem quia talis probatio argumentatiua procedit ex aliquibus principiis que si non essent nota discipulis nihil per ea eis manifestaretur. quia ex ignotis non potest aliquid fieri notū. Si autem essent eis nota non transcenderent rationem humanam & ideo non essent efficacia ad fidem resurrectionis astruendā que rationem humanam excedit. Oportet enim principia ex eodem genere assumi ut dicitur primo posteriorum. Si autem accipiatē

argumentum secundo modo sic Christus resurrectionem suam dicitur argumentis declarasse in quantum per quedam signa euidentissima uere se resurrexisse ostendit. ostēdit autem illa ꝓpter duo. Primo quia non erant corda eorum disposita ad hoc qđ de facili fidem resurrectionis acciperent. Vnde dixit eis Luce ultimo. O stulti & tardi corde ad credēdum. & Marci ultimo. Exprobrauit incredulitatem illorum. Secūdo ut per huiusmodi signa eis ostēsa efficatius testimonium illorum redderetur. Ipsa autem argumēta uel signa omnia simul sumpta ostendunt ueram & gloriosā resurrectionem. ꝙ uera fuerit resurrectio ostendit Christus ex parte corporis & ex parte anime. Primo ex pte corporis circa qđ tria ostendit. Primo ꝙ esset uerum & solidum non fantasticū uel rarꝫ sicut aer per hoc ꝙ palpabile ꝓbuit. Vñ ipe dixit Luce ultimo. Palpate & uidete. q. s. c. &. o. n. h. s. m. u. h. Secundo ostendit ꝙ esset corpus humanum ostendendo eis ueram effigiem quā oculis intuerentur. Tertio ostendit ꝙ esset idem corpus numero ostendendo uulnerum cicatrices ob quod dixit Luce ultimo. Videte manus meas & pedes meos· q e. i. s. Secundo ostendit ueritatē resurrectiōis ex parte anime iterato corpori unite & hoc per opera triplicis uite. Primo quidem per opus uite nutritiue in hoc ꝙ cum discipulis manducauit & bibit ut legitur Luce ultimo. Et si diceretur qđ angeli in assumptis corpibus comederunt & biberunt ut patet Geñ xviii. de angelis quos Abraham suscepto hospitio & tamē ex hoc non concluditur ꝙ angeli habeant uera corpora sibi naturaliter unita ergo nec per hoc qđ Christus comedit posset argui ꝙ habuerit suum uerum corpus iterum anime unitum. Respondet Thomas. Quod alia ratio est de angelis alia de Christo. Nam angeli apparentes non asserebant se homines esse sicut asseruit xps se uerum hominem esse Etiam aliter Christus manducauit & aliter angeli. Nam quia corpora ab aliis assumpta non erant corpora uiua uel animata non erat uera comestio licet esset uera cibi contritio & intectio in īteriorem partem corporis assumpti. Vnde angelus dixit Thobie. x. Cum essem uobiscum uidebar quidem manducare & bibere uobiscum sed ego cibo inuisibili utor. Sed quia corpus Christi uere fuit animatum uera fuit eius comestio qa ut Augustinus inquit. Non potestas sed egestas edendi corporibus resurgentiū aufertur quare Christus uere manducauit potestate

non egestate. Ideo Beda inquit. Manducauit post resurrectionem non quasi cibo indigens nec quasi nos in resurrectione quam expectamus cibis egere significans. sed ut eo modo naturam corporis resurgentis astrueret. Secundo ostendit ueritatem resurrectionis per opera uite sensitiue in hoc q discipulis ad īterrogata respondebat & p̄sentes salutabat in quo ostendebat se & uidere & audire. Tertio per opera uite intellectiue in hoc q cū eo loquebantur & de scripturis disserebant & ne quid deesset ad perfectionem manifestationis ostendit se habere diuinā naturā p miraculū quod fecit in captura piscium & ulterius per hoc q eis uidentibus ascendit in celum. Gloriam adhuc ostendit intrans ianuis clausis permittens se uideri & non uideri. Unde Gregorius in omelia. Palpandam carnē dominus prebuit quam clausis ianuis īntroduxit ut etiam post resurrctionem ostenderet corpus suū eiusdē nature & alterius glorie. Ipse itaq redemptor mundi qui tot argumentis ueritatem sue resurrectionis ut tactum est confirmauit uoluit tādem de illa certiores nos reddere cum ad se attraxit omnes populos omnesq nationes falsorum deorum cultu penitus extincto. Quō namq nisi uiueret deus & homo sedens in gloria patris credidissēt in eum non solū populares & rudes uerꝫ etiam & docti philosophi ac potētissimi reges & p̄ncipes. O uere efficacissimū signū ad credēdum in xp̄m resuscitatum quem adorāt ut diximus tot milia miliū eoꝫ qui credunt & sparant ī illum. Ipe igitur est ī cuius femore erat scriptum. Hic est rex regū & d.d. Apoc.xix. Ipe est cui data est oīs ptās in ce. & in t. qui surrexit uere rgnaturus cum p.&.s.s. in eternm Amen.

Feria tertia post dominicam resurrectionis. De resurrectiōe omnium generali ante iudicium contra illos quibus hec uidetē ueritas impossibilis.

Sermo.lxxiiii.

Idete manus meas & pedes meos quia ego ipse sum. Verba sunt redemptoris nostri Luce.xxiiii.c. & in euangelio hodierno. Cum andimus a mortuis suscitatum dominum Iesum xp̄m spem nostram subleuare debemus ad futuram omnium resurrectionem. Quoniam plerisq incredulis & curiosis impossibile uidetur ac nullo pacto uerisimile q rursus anime suis corporibus reunient sicq omnes homines tandem resurgent. Idarco in presenti sermōe

de generali resurrectione aliqua discutiemus quoniam hanc salua/
tor noster resurgens idem numero premonstrauit in seipso sicut
patet in uerbis allegatis in themate. In quibus ad generalem re/
surrectionem animum reuocantes tria mysteria declarabimus.
Primum dicitur ueritatis. Secūdm generalitatis. Tertium qualitatis.

Quod ueritas resurrectionis generalis probatur per aucto/
ritates rationes & exempla.

Capitulum .i.

Rimum mysterium de resurrectione generali declarandum dicitur ueritatis. In quo ponitur talis conclusio. q̄d numero electorū completo omnes anime reunientur corporibus suis & re/surgent homines illi idem secūdm naturam qui prius fuerūt probat autem hoc tripliciter. Primo auctoritate. Secundo ratiōe. Tertio exemplo. Primo auctoritate. Scribitur enim Iob. xix. Scio. n. q̄d redemptor meus uiuit & in nouissimo die de terra surrecturus sum & rursus cum pelle mea & ī carne mea uidebo saluatorē meū quem uisurus sum ego ipse & non alius & oculi mei conspecturi sūt propter que uerba Hieronimus dicit de Iob ad Paulinum ut de ceteris sileam resurrectionem corporum sic prophetat. ut nullus de ea uel manifestius uel clarius scripserit. Et Ezechielis. xxxvii. deus ait. Ecce ego intromittam in uos spiritum & uiuetis & dabo super uos neruos & succrescere faciam super uos carnem & super extēdam in uobis cutem & dabo uobis spiritum & uiuetis & scietis quia ego dominus. Et Isaye. xxvi. dicitur. Viuēt mortui tui inter/fectiq; uestri resurgent. Et Danie. xii. Multi de his qui dormiūt in terre puluere euigilabunt alii in uitam eternam alii in obpro/brium ut uideant semper. Et sopho. iii. Expecta me in die re/surrectionis. Et Ioñ. iii. Subleuabit de corruptione uitā meā. Et psalmo. cxxxviii. Tu cognouisti sessionem meam & resurrecti/onem meam. Et. ii. Mathei. vii. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne uite resurrectione suscitabit. Et. i. cor. xv. Omnes quidem resurgemus. Et ibidem. Stella differt a stella in claritate sic erit & resurrectio mortuorum. Et. i. thesal. iiii. Nolu/mus uos ignorare de dormientibus ut ñ. c. s. & c. q. s. ñ. h. Si. n. c. ꝙ Iesus. m. ē. & r. i. d. h. q. d. p. Iesum ad. cum eo. Et Luce xiiii. Retribuetur tibi in resurrectione iustorum. Et Io. v pro/cedent q. b. f. in resurrectionem uite. qui uero. . m. e. in. r. iudicii.

Et Mathei. xxii. In resurrectione neq; nubent neq; nubentur Et ne multa dicamus in utroq; symbolo resurrectio mortuorum decantatur. De qua etiam in c.i. de summa trinitate & fide catho/lica. Innocētius tertius ait sic. Omnes cum suis propriis resurgent corporibus. Que nunc gestant ut recipiant scd'm opera sua siue bona fuerint siue mala. illi cum diabolo penam perpetuam & isti cum Christo gloriam sempiternam. Sed contra hanc ueritatem arguunt nonnulli multipliciter. Primo infirmant testimonium scripturarum asserentes q̄ quicquid in eis dicitur de resurrectione est spiritualiter intelligendū licet etiam corporaliter loqui uideātur sicut cū dicimus multa de deo corporalia qui incorporeus est que per metaphoram aliquid spirituale designant. Secundo arguunt quia .i. Cor. xv. dicitur. Caro & sanguis regnum dei non possi/debunt. Tertio arguunt quia dicit Auicenna. ııı. meta. quod anni/hilatum est non reducitur. Sed forme corporum humanorum ad ultimum anihilantur quia nihil de eis remanet nisi materia prima Ergo ille forme eedem numero nunq̄m reuertentur. Quarto ar/guunt quoniam contingit ut aliquādo homines carnibus uescantur humanis & solum tali nutrimento nutriantur. Caro ergo eadem in pluribus hominibus reperitur. Non est autem possibile quod in pluribus resurgat nec aliter uidetur uniuersalis resurrectio & in/tegra si unicuiq; non restitueretur quod habuit uidetur ergo im/possibile q̄ hominum resurrectio sit futura. Ad primum argumētū respondet Thomas in. ıııı. sum. contra. gentiles. dicens. q̄ philetus quidam & himeneus tenuerunt spiritualiter intelligēda duntaxat uerba scripturarum de resurrectione quos apostolus. ii. thi. ii. re/probat. dicens. Philetus & Himeneus exciderant a ueritate dicētes. resurrectionem iam esse factam. Contra eorum igitur opinionem est euangelicus textus Iohannis quinto ubi de utraq; resurrectiōe spirituali scilicet & corporali expresse dominus est locutus. Aitm. Amen amen dico uobis quia uenit h. & nunc ē. q. m. au. u. fi. dei & q. au. ui. Quod ad resurrectionē spūalem animarum pertinere uidetur que iam tunc fieri incipiebat cum aliqui per fidem Christo adherebant. Sed postmodum corporalem resurretionem exp̄mit dicens. Venit hora in q̄. o. q. i. m. s. au. uo. fi. dei. Manifestum est autem q̄ in monumentis non sunt anime sed corpora. Ergo predicitur hic resurrectio corporum. Ad secundum argumentum

dicit Boñ. in. quarto. di. xliii. q̄ apoſtoluſ loquitur ibi de carne & ſanguine quãtum ad corruptionem non quantum ad ſubſtantiam ut intelligatur q̄ qui carnaliter uiuunt regnum dei poſſidere non poterunt & ſumitur ibi caro pro homine per ſynedochẽ. Ad tertium argumentum reſpondet Richarduſ in quarto di. xliii. quod Auicenna loquitur de poteſtate nature que eſt limitata & finita. Virtuſ autem diuina cum ſit īfinita poteſt idem corpuſ in numero reformare & anime ſue unire. Ad quartum argumentum r̃ndet Thomaſ in quarto ſumme cõtra gentileſ capitulo. lxxxi. Quod nõ eſt neceſſarium q̄ quicquid fuit in homine materialiter reſurgat in eo. Et iterum ſi aliquid deeſt ſuppletur per potentiam dei. Ad hoc ergo q̄ reſurgat homo idem numero nõ requiritur quod quicquid fuit materialiter in eo ſcd̃m totum tempuſ uite ſue reſumatur ſed tantum quantum ſufficit ad complementum debite q̃ntitatiſ & precipue illud reſumendum uidetur quod perfectiuſ fuit ſub forma & ſpecie humanitatiſ ſubſiſtenſ. Caro ergo comeſta reſurget in eo in quo priuſ fuit anima rationaliſ perfecta in ſecũda uero ſi non ſolum carnibuſ humaniſ paſtuſ eſt ſed & aliſ cibiſ poterit reſumere tantum de alio quod ei materialiter aduenit quod erit neceſſarium ad debitam quantitatem corporiſ reſtaurandam. Si uero ſolum humaniſ carnibuſ ſit paſtuſ reſurget in eo quod a generantibuſ traxit & qđ defuit ſupplebitur oīpotentia creatoriſ. qđ & ſi parenteſ ex ſoliſ humaniſ carnibuſ paſti fuerant ut ſit & eorum ſemen quod eſt ſuperfluum alimẽti ex carnibuſ alieniſ generatum ſit reſurget quidem ſemen in eo qui eſt natuſ ex ſemine loco eiuſ ei cuiuſ carneſ comeſte ſunt ſupplebitur aliunde. Hoc enĩ in reſurrectione ſeruabitur q̄ ſi aliquid materialiter fuit in pluribuſ hominibuſ reſurget in eo ad cuiuſ perfectionem magiſ pertinebat. Vnde & ſi fuit in uno ut radicale ſemen in quo eſt generatuſ in alio uero ſicut ſupplementũ ſuperueniens reſurget in eo q eſt generatuſ ex hoc ſicut ex ſemine. Si uero in uno fuerit ut ꝑtinenſ ad perfectionem indiuidui in alio ut deputatum ad ꝑfectionem ſpeciei reſurget in eo ad quem pertinebat ſcd̃m ꝑfectionẽ indiuidui. unde ſemen reſurget in genito & non in generante. Et coſta Ade reſurget in Eua non in Adam in quo fuit ſicut in nature principio. Si autem ſcd̃m eundem perfectioniſ modum fuit in utroq; reſurget in eo in quo primituſ fuit. que omnia fiẽt uirtute

illius cui nihil est impossibile. Hinc Augustinus li.xxii.de ciuitate dei c.xx.ait. Absit ut ad resuscitanda corpora uitecq reddenda nõ possit omnipotentia creatoris omnia reuocare queque bestie uel ignis assumpsit uel i puluerem cinere mue collapsum uel i humorẽ solutum uel in auras est exalatum. Absit ut sinus ullus secretumq nature ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris ut omniũ creatoris aut cognitionem lateat aut refugiat potestatem.hec ille. Scd'o probatur ueritas generalis resurrectionis ratione que tri/plex esse potest. Prima dicitur reparationis. Secunda perfectiõis. Tertia completionis. Prima ratio ostendens futuram corporum resurrectionem dicitur reparationis. Vt enim dicit Anselmus in libro cur deus homo. Si homo non peccasset nunq̃ moreretur sed cum anima simul & corpore ad beatam gloriam assumeretur. Ergo si Christus perfecte reparauit hominẽ lapsum debuit illum ad talẽ statum reducere in quo simul anima & corpus glorificaretur. Cũ autem hoc non fiat in presenti quia omnes morimur. Ergo aut omnes resurgemus post mortem aut humani generis reparatio fuit minus sufficiẽs quod est falsum. Idcirco saluator noster uoluit a mortuis resurgere ut dictum est in precedentibus quatenus & nos de resurrectione nostra spem habeamus indubitatam. Vñ et Paulus primo Cor.xv.ait. Si autem Christus predicatur quod resurrexit a mortuis quomõ quidam dicũt in uobis q resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuoꝝ non est neq Christus resurrexit. Secunda ratio dicitur perfectionis. Vt enim inquit Richardus. Resurrectio corporum facit ad perfectionem uniuersi. Est.n.triplex substantia scilicet pure corporalis & pure spiritualis & corporali & spirituali composita. Si aĩme ergo a cor/poribus separate nunq̃ corporibus iterum unirentur sequeretur q in hac parte uniuersum perpetuo sua perfectione careret. Pre/terea anima nata est ut sit pars substantie composite ex corporali & spirituali natura pars autem habet de communi lege imperfectum esse extra totum. Incõueniens autem est ut tam nobilis substantia perpetuo careat naturali perfectione sui esse. Insuper cũ anima sit corporis forma & forma naturalem inclinationem habeat ad materiam anima ex consequenti naturalem inclinationem habet ad perficiendum humanum corpus & regendum. Sed nulla natu/ralis inclinatio est frustra quia ut dicitur i tertio de anima Nata

nihil facit frustra Et in primo de celo & mundo Natura non facit aliquod factum uacuum. Et si hoc est uerum de natura naturata multo fortius de natura naturante hoc est de institutore create nature qui ipsam non naturaliter nec de necessitate sed libera uolũtate instituit. Frustra aũt & uana esset in anima separata predicta inclinatio si nunq̃ eẽt humano corpori iterũ unienda. Tertia ratio dicitur completionis. Nam ut ait Isidorus in primo de sũmo bono capitulo. xxix. Qui mente tractauerunt quod perficerẽt corpore simul & animo puniuntur & corpore. Spectat ergo ad completam rationem punitionis iniquorum & manifestationem diuine iustitie ut mali cum suis propriis corporibus perpetuo puniantur. Sic eciam requirit supabundantissima clementia & liberalitas sũmi dei & electi sui cum propriis corporibus eternaliter letentur et gaudeant. Fuerunt namq; corpora ipsa instrumenta & organa animarum ad uirtutum opera exercenda. Ipsi etenim sancti pro Christi amore carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis. Et ut ait Paulus hebre. xi. Alii distenti sunt non suscipientes redemptionem ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alii uero ludibria & uerbera experti insuper & uincula & carceres lapidati sunt secti sunt temptati sũt in occasione gladii mortui sũt. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes in montibus & in speluncis & cauernis terre. Tertio probatur exemplo ueritas resurrectionis generalis. Et Augustinus libro. xxii. de ciuitate dei refert exemplum illud quod Valerius recitat libro primo i rubrica de miraculis. Et Macrobius libro primo de somno Scipionis. Et Plato in libro de republi. Quod quidam Pheretres natiõe Pamphilus miles officio cum uulneribus in prelio acceptis uitam effudisse crederet cum. xii. die inter ceteros una peremptos iacens tandem esset honorãdus igne subito seu recepta anima. seu retenta quicquid emersis diebus egerat uideratue tamq̃ publicum professus iudicium humano generi enuntiauit Faciunt adhuc ad resurrectionẽ corporum approbandam exempla eorum qui surrexerunt per solam uirtutem dei tam in ueteri q̃ in nouo testamẽto. Scribitũ nãq; iii. Re. xvii. qđ Helias precibus suis filiũ uidue suscitauit quia iam mortuus erat. Et de ipso. d. Hieronimus in plogo in Ionam. Sanctum Ionam hebrei affirmant filium fuisse

mulieris uidue sareptene quem Helias pphēta mortuū suscitauit matre postea dicēte ad eū. Nūc cognoui ꝙ uir dei es tu & uerbū dei in ore tuo uerum est. Et. iiii. Re. iiii. c. habetur. ꝙ Heliseus extinctum filium mulieris precibus suis ad uitam reuocauit. Lu. uero vii. c. ponitur resurrectio adolescentis. Et Mathei. ix. resurrectio filie archisynagogi. Et Io. xi. resurrectio Lazari q̄tuor dies in monumēto iā habentis. Et Actuum. xx. c. narratur de Paulo qui dum predicaret apud Troadem quidam adulescēs nomine Eutichus super fenestram cum mergeretur somno graui cecidit de tertio cenaculo deorsū & sublatus oblatus est mortuus. Ad quē cum descendisset Paulus incubuissetq; super eum adolescens ille ꝑtinus uiuens & incolumis resurrexit. Et ut breuius partem istam concludamus omissis aliis in medium adducemus memorabile illud exemplum de Septem dormientibus quod Theodorus & Rufinus insimul scripserunt. In ciuitate ergo Ephesi orti sunt .s. Maximianus Marcus Martianus Iohānes Seraphyon & Constātinus. Hi cum accusati essent Decio tunc Ephesi existenti ꝙ Christiani essent dato eis resipiscendi spatio usq; ad reditum Decii qui prouinciā uisitaturus erat dimittuntur. At illi interim patrimonium suum in pauperes expendentes inito cōsilio in montem Celion secesserunt & ibi esse secretius decreuerunt. Diu ergo latentibus sic unus eorum scilicet Malchus mutato habitu ne cognosceretur ad emendum panes ciuitatem intrabat. Cum autem Decius rediisset & eos ad sacrificandum perquiri iussisset Malchus territus ad socios rediit qui sedentes & colloquētes in luctu & lacrimis sicut deus uoluit dormierunt. Mane autem facto cum innotuisset Decio illos in spelunca latere iussit os spelunce lapidibus obstrui ut ibi fame morerentur. Mortuo ergo Decio post ānos ·c·lxxxxvi. tempore Theodosii imparatoris pullulauit heresis eorum qui negabant resurrectionem mortuorum. Unde contristatus Theodosius indutus cilicio per singulos dies flebat. Quod misericors deus uidens thesaurum sue pietatis aperuit misitq; in cor cuiusdā burgēsis Ephesi ut ī illo monte edificaret stabulū pastoribus suis. zementariis ergo speluncā aperientibus surrexerunt sancti & putabant se una nocte tātum dormisse. Malchus uero ad urbem descendere disposuit ut panes emeret & quid de ipsis diceretur sentiret. Et cum deuenisset ad os spelūce uidens lapides miratus est. Veniens autem ad portā

urbis uidit signum crucis superius depictum inspexit cum admi/
ratione & timore pariter urbem īgreditur in qua neminē cognos/
cebat audiebatq̨ homines colloquentes de Xp̄o sicq̨ stupefactus
& attonitus accessit ad eos qui panes uendebant & cum argenteos
protulisset mirati uenditores dicebant adinuicem ꝙ ille īuenis ā/
tiquū thesaurū inuenisset. Malchus uero eos adinuicē loqui uidēs
territus rogabat eos ut ipsum dimitterent & panes & pecuniam re/
tinerent. At illi tenentes eum dixerunt Vnde es tu ꝙ thesauros
imparatorum inuenisti? Indica nobis & erimus socii tecum & ce/
labimus te. At ille quasi insanus stabat. Illi uero clamare ceperūt
ꝙ thesaurum absconditum inuenisset. adduxeruntq̨ eum ad episc
copum ciuitatis nomine Mamertinum & ad proconsulem nomine/
antipatrem. Qui dū uidissent argenteos interrogassentq̨ Malchū
ubi illos reperisset procidens ante eos Malchus. d. Pro deo dicite
michi ubi est Decius imperator qui heri fuit in hac ciuitate Epis/
copus dixit. Fili non est hodie in terra qui Decius imparator no/
minetur. hic fuit ante longum tempus. Malchus dixit. In hoc ego
stupeo & nemo mihi credit. Sed sequimini me & ostendam uobis
socios meos qui sunt in monte Celion & ipsis credite. Hoc enī scio
ꝙ a facie Decii imperatoris nos confugimus. Et heri sero uidi ꝙ
ingressus est Decius hanc urbem si tamen hec est ciuitas Ephesi.
Tunc episcopus dixit proconsuli. Visio est q̄ uult dn̄s ostendere
in iuuene isto. Perrexerunt ergo cum eo & populi plurima mul/
titudo & īuenerūt sicut Malchus dixerat. uidētesq̨ facies sāctoꝝ
glorificauere dominum nuntiaueruntq̨ rem tam grandem impa/
ratori qui mox ex Constantinopoli Ephesum ueniēs iuit ad locū
ubi sancti morabantur amplexatusq̨ illos dicebat. Sic uideo uos
tāq̄ si uiderē dn̄m resuscitātē Lazarū. Tūc dixit sāctus Maxi/
mianus Crede nobis ꝙ propter te sususcitauit nos deus. Vere. n.
resurreximus & uiuimus & sicut infans ē in utero matris non sen/
tiens lesionem & uiuit sic fuimus uiuentes iacentes & dormientes &
non sentientes. Ex his dictis consolatus totus populus fuit Xp̄i/
anorum & cunctis uidentibus inclinantes capita sua in terram sp̄m
domino tradiderunt. Surgens autem imparator cecidit super eos
flens & deosculans eos. Et cum iussisset fieri loculos aureos in qui/
bus mitterentur in ipsa nocte apparuerunt imparatori. d. ut sicut
hactenus in terra iacuerāt & de terra surrexerāt ita eos dimitteret

donec illos deus iterũ suscitaret. Iussit ergo imperator locum illũ in honorem & memoriam eorum ornatis lapidibus decorari.

An resurrectio erit generalis respectu electorum damnatorum & paruulorum. Cap. ii.

Secundũ mysteriũ de resurrectiõe generali declarandũ dicit generalitatis. In quo aperiendum est an resurrectio erit generalis. & hoc triplici respectu. Primo respectu electorum. Secundo damnatorum. Tertio paruulorum. Primo uidendum est si resurgent electi. Et licet ex precedentibus firmiter habeatur ꝙ sic. Tamen nonnulli arguunt in contrarium. Et primo quia liberior est anima ad contemplandũ deum a corpore exuta q̃ corpori coniuncta. Sed nihil debet fieri quo anime electorum sint minus libere ad contemplandum deum. Ergo electorum anime iterum corporibus non reunientur. Secundo arguunt quia non debet participare in premio quod prestat impedimentum in merito. Sed corpus prestat impedimentum anime in merito. quia ut dicitur ad gal. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ergo non debet participare cum anima in premio. Participet autem si iterum aĩe uniret electe. Tertio arguunt quia non potest esse resurrectio nisi a morte in uitã reparatio. Sed non omnes homines morientur ergo non omnes resurgent. Dicitur enim in symbolo. Quod Christus uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ergo aliqui iudicabuntur qui nunq̃ morientur. Et Hieronimus ad Marcellam ait. Quosdã in fine seculi aduentente Christo non esse morituros sed uiuos repertos in immortalitate repente mutandos. Et Augustinus li. ii. de baptismo paruulorum dicit. Quibusdam in fine largietur ut mortẽ istã repẽtina cõmutatione non sentiant. Ad pmũ argumẽtũ respondet Rich. ꝙ licet anima unita corpori tali quali habet mõ non sit ita libera ad contempladum deum sicut a corpore exuta tamen hoc non est uerum de corpore glorificato quale habebunt electi in resurrectione. Ad secundum dicendum scd̃m Richardũ. ꝙ in corpore nostro duo sunt scilicet natura & hec non prestat impedimentum merito & uitiositas que prestat impedimentũ merito. Et ideo in electis non resurget uitiositas corporis sed natura. Ad tertium refert Richardus Quod falsum est dicere ꝙ non omnes homines morientur cum dicatur Geñ. iii. ad Adam Puluis es & in puluerem reuerteris. que sententia cecidit super omnes qui scd̃m

legem nature ab eo erant deſcenſuri. Vnde Paulus Ro. v. dicit. Sic per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors ita in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt. Et heb. ix. ait. Statutum eſt omnibus ſemel mori quare. dicendum eſt ꝙ ad ſoluendū debitum originalis pec/cati omnes homines morient. In ſymbolo uero dicitur ꝙ Chriſtus iudicabit mortuos qui iam mortui ſunt. & uiuos qui ſcilicet uiuūt in preſenti licet ſint morituri. Hieronymus etiam pro tanto dixit quoſdam non monturos quia poſt mortem quaſi ſtatim reſurgent Auguſtinus autem dictum ſuum correxit li. ii. retractionum. c. xxiii. Secundo uidendum ſi reſurgent omnes adulti damnati. Et hoc propter uerbum propphete. d. Non reſurgēt impii in iudicio Ad quod rñdet Rich. Quod illud uerbum intelligitur uel de re/ſurrectione ſpirituali in preſenti iudicio miſericordie uel de reſur/rectione corporali glorioſa. Quod patet ex uerbis ſequentibus ubi ſubditur. Neq; peccatores in conſilio iuſtorum. Tertio uidēdū eſt an reſurgent paruuli qui cum ſolo originali deceſſerunt. Et quibuſdam uidetur ꝙ non eo ꝙ reſurrectio erit propter plenam attributiōem meritorum. Sed paruuli eam purgati a peccato ori/giali q̄ illi q̄ ī peccato origīali decedūt nō meruerūt neq; demeru/erunt ergo nec illi nec iſti reſurgent. Sed in contrarium eſt ſnīa omnium theologorum. Ideo Richardus dicit ꝙ paruuli qui cum originali deceſſerunt reſurgent. Ratio eſt quia pro peccato ori/ginali obligatur homo ad penam damni. Peccatum aūt origīale contrahit illa anima per ſui unionem cum infecta carne. Et ideo conueniens eſt ut anime paruulorum carentiam uiſiōis dei perpe/tuo patiantur ſuis corporibus unite per quorum contagionem in/currerunt obligationem ad penam. Ad rationem ergo incōtrariū dicendum. ꝙ quamuis in paruulis non ſit actus merendi uel deme/rendi in illis tamen in quibus remiſſum eſt peccatum originale eſt radix merendi ſcilicet gratia gratum faciens Et in illis quibus non eſt remiſſum eſt radix demerendi ſcilicet habitualis concu/piſcentia. Et ideo reſurgent tam iſti q̄ illi. Ex quibus omnibus concludimus reſurrectionem corporum futuram ad omnes homi/nes ſe extendere.

Qualiter mortui reſurgēt reſpectu loci diſpoſitionis & finis.
Capitulum. iii.

Ertium myſterium de reſurrectione generali dicitur quali/
tatiſ. In quo aperiendum eſt qualiter mortui reſurgent & hoc triplici reſpectu. Primo reſpectu loci. Secundo reſpectu diſ/
poſitionſ. Tertio reſpectu finiſ. Primo uidendum eſt qualiter mortui reſurgẽt reſpectu loci in quibuſ ſcilicet locſ reſurrecturi ſunt. Et dicit Richarduſ. qđ ſi corpora mortuorum ſiue illorum pulutereſ fuerint in monumentiſ ibidem reformabuntur & ſurgẽt iuxta illud Ezechielis.xxxvii. Ecce ego aperiã tumuloſ ueſtroſ & educã uoſ de ſepulchriſ ueſtriſ popule meuſ. Et glo.ſuper illud Mathei.xxvii. Monumenta aperta ſunt etc.dicit monumenta aperta ſunt in tipum reſurrectioniſ future. Si autem corpora nõ erunt in monumentiſ reſurgent in illiſ locſ in qbuſ tẽpore reſur/
rectioniſ erit parſ principalior corporiſ. Si autem illo tẽpore cõ/
tigat alicuiuſ corporiſ parteſ eſſe in pluribuſ locſ utpote quia me/
dietaſ cordiſ eſſet in uno loco & medietaſ in alio & ſic de capite & aliſ membriſ tunc reſurrectio fiet in loco ubi deuſ uolet. Si autẽ in uno loco eſſet cor totum & in alio totum caput tunc quidã dĩt ꝙ reſurrectio fiet in eo loco ubi erit cor quia ipſum formatur p̄/
uſq̃ cetera membra ut dicit Ariſt.in.xiii.de animalibuſ. Et ſic.d. Auicenna. Cor eſt primum membrum in uita & eſt primum p̄nci/
pium uenarum & neruorum & ab ipſo tamq̃m a primo principio deriuatur per totum corpuſ influencia anime uitalium motuum cauſatiua quia ab ipſo eſt prima origo ſpirituum qui ſunt delatiui influentie ipſiuſ anime Circa cor etiam alia membra congregant̃ ſicut contra centrum & eſt illud quod ultimo moritur in homine. Alii dicunt ꝙ homo reſurget ubi tunc erit caput quia ut habet̃. ff.de reli. & ſump.fuñ.l. Cum in diuerſiſ. Ibi eſt hominiſ ſepultã ubi eſt caput eiuſ ſepultum. Ambroſiuſ etiam in gloſa ſuper illud pſal. Vide humilitatem meam & eripe me.dicit ꝙ caput totũ cor/
puſ dirigit & ſenſibuſ implet. Et ibi expreſſe uidetur attribuere ſibi primatum inter omneſ parteſ totiuſ corporiſ. Quicquid autem de hoc ſit relinquamuſ ipſi deo cuiuſ uirtute ut dictũ eſt reſurrectio mortuorum fiet. Secundo uidendum eſt qualiter mortui reſurgẽt reſpectu dipoſitioniſ & hoc quantum ad tria. Primo quantum ad etatem. Secundo quantum ad quantitatem. Tertio quantum ad deformitatẽ Primo quantum ad etatem. querit̃ ſi omneſ reſurgẽt in eadem etate. Et reſpondet Richarduſ in.iiii.di.xliiii. ꝙ etaſ

poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro toto tp̄re quo uixit homo ab inſtanti ſue formatōiſ uſq; ad īſtanſ ſue reformationiſ & ſic nō omneſ in eadem etate reſurgent. Alio modo pro ſtatu corporiſ & uirtutiſ qui ex anniſ ī humano corpore reliquitur ſcḋm quē modū accipiendi etatem dicimuſ ꝙ Adam fuit factuſ in etate uirili. Et ſic omneſ in eadem etate reſurgent quia omneſ reſurgent in ſtatu corpiſ & naturaliſ uirtutiſ quam habituri erant ſi tantum uixiſſēt uel habuerunt qui tantum uixerunt que eſt in tempore ad quod terminatur moduſ perficiendi qui circiter de lege comuni eſt illud tempuſ quo Chriſtuſ mortuuſ eſt. Propterea glo. eph. iiii. quam magiſter ſententiarum inducit in textu dicenſ. Omneſ in eadem etate reſurgent in qua Chriſtuſ mortuuſ eſt & reſurrexit cuiuſcunq; etatiſ mortui fuerint. Et Auguſtinuſ. xxii. li. de ciuitate dei c. xv. inquit. Quod cōmemorauit apoſtoluſ de māſura etatiſ plenitudiniſ Chriſti ſic accipiamuſ dictū ut nec ultra nec infra iuuenilem formam reſurgant corpora mortuorum ſed in ea etate ad quam Chriſtum perueniſſe cognouimuſ. Secundo quātum ad q̄ntitatem querunt doctoreſ. Vtrum omneſ reſurgent ī eadem forma. Et reſpondet Richarduſ Quod non ſed quilibet reſurget in ea quantitate & menſura ſiue ſtatura que unicuiq; indiuiduo debebatur in termino motuſ perficiendi ſcḋm naturalem uirtutem caloriſ extendentiſ humidum & humidi ſuſcipientiſ extenſionem. Si autem per errorem nature uel per nimiam ſuperabundantiam materie eſſet indebituſ quantitatiſ exceſſuſ uel diminutio ſiue defectuſ diuina potentia ſupplebit uel reſecabit prout plene ponit Auguſtinuſ libro. xxii. de ciuitate dei c. xv. Tertio quantum ad deformitatem queritur. Vtrum corpora reſurgentium reſurgent cum deformitatibuſ ſuiſ. Et quidam arguunt ꝙ ſic. Primo quia cicatriceſ ſunt deformitateſ in corpore. Sed corpuſ Chriſti reſurrexit cum cicatricibuſ ut patet Iohanniſ. xx. Ergo multo fortiuſ reſurgent alia corpora cum ſuiſ deformitatibuſ. Secundo arguūt quia Auguſtinuſ dicit. xxii. de ciuitate dei c. xv. Quod mulieres in ſexu femineo reſurgēt. Sed femineuſ ſexuſ eſt ex defectu nature & preter eiuſ intentionem quia ſicut dicit Ariſtoteleſ in. xvi. de animalibuſ. Femina eſt uir occaſionatuſ id eſt imperfectuſ. Ergo aliqua deformitaſ erit in illiſ reſurgentibuſ. Sed in contrarium eſt auctoritaſ Auguſtini in Ench. dicentiſ. Reſurgen:

corpora ſanctorũ ſine ullo uitio ſeruata integritate naẽ. Rñdẽt ergo doctoreſ Theologie. Quod ſicut accipi poteſt ex ſententia Auguſtini. xxii. de ciuitate dei c. xix. Omniſ deformitaſ reduci/tur uel ad illam que eſt ex parte coloriſ. uel ad illã que eſt ex pte figure. uel ad illam que eſt ex parte diminutioniſ partium. uel ad illam que eſt ex parte ſuperabundantie. Quocunq; modo accipi/atur deformitaſ nullo pacto erit in corporibuſ electorum. Corpa autem damnatorum reſurgent ſine deformitate que eſt ex parte diminutioniſ partium. quia ut apoſtoluſ dicit. i. Coꝝ. xv. Mor/tui reſurgent incorrupti ideſt ſine diminutiõe ſcd̃m glo. Sed utꝝ reſurgant ſine deformitatibuſ aliiſ dubium eſt. Et quidam dicunt. Quod deformitateſ alie manebunt in eiſ ad maiorem confuſionem illorum. Alii uero dicunt ꝙ reſurgent ſine illiſ quia in reparatiõe corporiſ reſurgentiſ magiſ attendetur naẽ perfectio q̃ conditio que priuſ fuit. Hoc tñ Aug. in Ench. reliq̃t indeterminatũ dñſ. ꝙ noſ fatigare ñ debet eoꝝ ĩcerta ƀitudo uel pulchritudo quoꝝ erit certa & ſempiterna damnatio. Ad primum ergo argumẽtũ rñdet Auguſt. xxii. de ciuitate dei c. xx. qđ cicatriceſ in corpore Xp̄i & in corporibuſ martyrum ut etiam tactum eſt in ſermone pre/cedenti non erunt ad deformitatem ſed ad dignitatem & decorem. Ad ſecundum argumentum. Notandum ꝙ ut Auguſtinuſ dicit. xxii. de ciuitate dei c. xvii. Aliqui uoluerunt dicere quod omneſ reſurgent in ſexu uirili propter uerbum apoſtoli qui ait eph. iiii. Donec omneſ occurramuſ in uirum perfectum. Et ſicut Auguſt. exponit Vir dicitur ibi non a ſexu ſed a uirtute non corporiſ ſed mentiſ per quem modum mulier ſancta uir eſt. Et ſecd̃m hoc dicit in pſal. Beatuſ uir q non abiit i cõſilio etc. qđ intelligi etiam poteſt de muliere. Dicendum ergo qđ ſicut uiri reurgent in ſexu uirili ſic muliereſ in femineo quia hoc exigit natura indiuidui & con/gruit perfectioni ſpeciei & erit occaſio laudãdi ſapientiam dei. Et ut ait Auguſtinuſ ubi ſupra. Membra feminea non erunt accom/modata ueteri uſui ſed nouo decori quo non alliciatur aſpicientiſ concupiſcentia que nulla erit ſed dei laudetur ſapientia atq; cle/mentia. Quamuiſ igitur mulier generetur preter intentionem na/ture particulariſ. eſt tamen de intentione nature uniuerſaliſ que utrunq; ſexum requirit ad perfectionẽ humane ſpeciei. nec erit poſt reſurrectionẽ in illo ſexu confuſio quia ſicut. d. Auguſtinuſ

Non erit ibi libido que confusionis cā est. Nam priusq̃ peccassēt nudi erant & non confundebantur uir & femina. Vnde nec post resurrectionem uestibus opus erit. Tertio uidendum est qualiter mortui resurgent respectu finis. Et ad hoc dicimus ꝙ ut ex precedētibus colligi potest. finis damnatorum erit ut cum corporibus eternaliter crucientur. finis autem electorum erit ut cum corpibus in perpetuum letentur & consolentur. Sed dubium in hoc oritur. Vtrum electorum beatitudo maior erit post iudicium q̃ ante. Et respondet Richardus di. xlix. ꝙ maior erit extensiue eo ꝙ modo non habent nisi beatitudinem anime. Tunc autem erunt beati & in anima & in corpore. Beatitudo etiam cuiuslibet aīe erit maior extensiue quia nunc gaudet de bono proprio. Tunc autem gaudebit & de suo & de corporis bono. Aliqui tamen dicunt ꝙ nō erit maior intensiue. Sed contra eos est auctoritas magistri dicentis in textu. Peracto iudicio ampliorem gloriam sue claritatis deus monstrabit electis. nō ꝙ anima sit receptura maiorē glorie habitum. sed quia augebitur perfectio sue naturalis uirtutis. Quāto autem perfectior est naturalis anime uirtus tanto cum equali adiutorio supernaturali deum clarius uidet. Quod autem perfectior futura sit per corporis resumptionem naturalis anime uirtus. Ric. probat sic. Quanto res habet perfectiorem essendi modum tanto perfectius potest habere sue uirtutis operationem. Sed anima btā per sui corporis resumptionem habebit perfectiorem essēdi modū q̃ modo quia omnis pars habet perfectiorē modum essēdi in toto q̃ seperata ideo habebit perfectiorem naturalem uirtutem q̃ mō. Preterea natura recta non appetit naturaliter habere aliqd quo habito non fieret perfectior scd̄m modū essendi nec scd̄m uirtutē. Sed si cuiuslibet anime btē est natura recta & quelibet naālīter appetit resūmptionem corporis proprii. Ergo per illā resūptionē quelibet fiet perfectior scd̄m essendi modum uel scd̄m uirtutem. Perfectiorem ergo habebunt anime essendi modum & uirtutem post reassūptionem corporum q̃ ante & per consequens maiorem beatitudīem. Quod autem aīa in corpore corruptibili īpfectiorē habeat suam operationem naturalem q̃ separata hoc est ꝑ accidēs scilicet ratione corruptibilitatis corporis. Quia ut dicitur sapie. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed ut dicit Aug. xii. super Geñ. uersus finem. Cum anima hoc corpus iam ñ aīale

ſed per futuram commutatationem ſpiritualem receperit perfectũ habebit nãe ſue modũ obediẽſ & imperanſ uiuificata & uiuificãſ tam ineffabili facilitate ut ſit ei glorie quod fuit ſarcine. Erit itaq; in illa generali reſurrectione ſuperadmiranda letitia & iocũditaſ amicorum dei qui ex affectu experientur ꝙ fructuoſum ẽ ꝓpter xp̃m quoſcunq; ſubire laboreſ. Ecõuerſo uero damnati miſeri ex pene acerbitate cognoſcent quanta eſt ſtulticia quanta dementia negligere animam & fouere corpuſ cõtempnere celum & querere mundum reſiſtere deo & ſeruire diabolo. Sollicite igit̃ ꝓuidẽdum eſt ut ab ipſiſ impiiſ ſeparati per bona opera & ueram penitẽtiam anumerari ualeamuſ angeliciſ choriſ ordinibuſq; ſanctorum col/laudãteſ & benedicenteſ deũ per immortalia ſeculoꝝ ſecula. Amen

Aſpiciſ illuſtriſ lector quicunq; libelloſ
Si cupiſ artificum nomina noſſẽ: lege.
Aſpera ridebiſ cognomina teutona: forſan
Mitiget arſ muſiſ inſcia uerba uirum.
Cõraduſ ſuueynheym: Arnolduſ pãnartzq; magiſtri
Rome impreſſerunt talia multa ſimul.

M.CCCC.LXXII.
die.xvii. Nouembriſ.